DISSERTATIONES

PHILOLOGICAE HALENSES.

VOL. VII.

HALIS SAXONUM.

MAX NIEMEYER.

MDCCCLXXXVI.

INDEX DISSERTATIONUM.

PAULUS GRAETZEL:

DE PACTIONUM INTER GRAECAS CIVITATES FACTARUM AD BELLUM PACEMQUE PERTINENTIUM APPELLATIONIBUS, FORMULIS, RATIONE.

PRAEFATIO.

Haec scriptiuncula quid sibi velit cum e titulo satis cognoscatur pauca praemonere opus est. Spectat igitur commentatio ad describendas pactiones inter Graecas civitates confectas: indutias, deditionem, pacem, foedus.[1]) Ac multorum quidem foederum quibus, cum tota Graecorum natio perpetua distraheretur discordia, singulae inter se erant conjunctae civitates nos in tractandis eis operam nostram continebimus, quae non aut originis aut religionis communione fundata aut alia firmiore ratione constituta, sed casu magis bellico ut res gestae ferebant modo in longius modo in brevius tempus inita nullis nisi commodi utilitatisque vinculis devincta fuerint atque astricta. Ceterum ea tantum scriptiuncula mea volui comprehendere, quae si non ad omnes sed tamen ad plurimas maximasque Graecorum civitates sine dubio possent referri. In appellationes, quibus varia pactionum genera proprie significata sunt, accuratius inquirere opus duxi, cum miram quandam de ea re percrebruisse viderem sententiarum obscuritatem atque confusionem. Quae eo potissimum videntur ortae esse, quod aliae voces, ut verbum *σπονδαί*, et quamlibet pactionem et peculiare genus indicare, aliae, ut verba *συνθήκη, ὅρκοι,* ipsae quoque omnium pactorum quidem sed nullius propriae generis notiones possunt adhiberi; cf. quae exposui p. 18 sq.. De alia errorum causa v. p. 6.

De nonnullis locis Thucydideis ut planius exponerem et res postulare videbatur et voluntas adhortabatur. Quod in docu-

[1]) cf. Müller, de ritibus et caerimoniis quibus Graeci commercia publica, foedera belli pacisque sanxerunt, deque vocabulis juris fetialis propriis, quoad ex Herodoti et Thucydidis et Xenophontis libris cognosci possunt. Diss. Regim. 1854.

mentis apud Thucydidem traditis duas statui corruptelas, id si quidem jure feci eam ob causam aliquid puto habere momenti, quod, postquam Kirchhoffii potissimum opera monumentorum illorum integritatis fides graviter est labefacta, vel minima quae accedit offensio ortam augere debet suspicionem. Etiam hic valet — pace dixerim Schilleri —

Quam multos unus locuples sustentat egentes!
Si aedificant reges, floret opus populi.

Si tamen ego unus ex philologorum populo principi illi non semper assensus sum, etiamsi erraverim veniam me spero impetraturum, quippe cum non tyrannidis sed rei publicae litterarum vivamus temporibus.

Restat ut scriptorum inprimis adhibitorum editiones quas secutus sum indicem nonnullaque compendia explicem.

Herodotus, ed. Stein; Thucydides, ed. Classen; Xenophon Hell., ed. Breitenbach; Anab., ed. Vollbrecht; Cyropaed., ed. Hertlein; Oratores attici, edd. Baiter et Sauppe; Polyb., ed. Hultsch; Diodorus, ed. Dindorf.

Mnemos. = Mnemosyne (Naber); Mitteill. = Mitteilungen des deutschen archaeol. Instituts in Athen (Koehler).

In afferendis titulis commodum putavi praeter corp. inscr. numeros ubi fieri potuit locos quoque indicare, quibus inveniuntur in Caueri delectu inscr. Graec.[2] (= Cauer) et in Dittenbergeri Sylloge inscript. Graec. (= Dittbg.).

Ἄνευ γὰρ ἀναγκαίης ἰσχυρῆς συμβάσιες ἰσχυραὶ οὐκ ἐθέλουσι συμμένειν.
Ἡρόδοτος Α, 74.

I. Indutiae (σπονδαί, ἐκεχειρία).

1. Duo sunt genera indutiarum, eorum inter quos conveniunt si personas respicimus: alterum summorum rei publicae magistratuum, alterum militarium ducum auctoritate factarum. Superioris generis unum traditum est publicum instrumentum (Thuc. IV, 118. 119)[1]), quae paucitas cum moneat, ne continuo ea, quae hoc solo exemplo cognita habemus, toti generi tribuamus, tamen sunt quaedam quae liceat inter haec et altera militaria illa foedera statuere discrimina. Quorum alterum est illud, quod quae a belli ducibus fiant indutiae cum certis quibusdam locorum circumscriptae sint finibus, ut indutiae illae ab Atheniensibus cum Lacedaemoniis factae in Sphacteria insula inclusis, publicae pactiones ad totam aeque belli sedem solent omnesque ejus participes spectare; quam distinctionem locum non habere perspicuum est, id quod in Graecorum res gestas minus cadit, si summa belli reique publicae administratio ad unam eandemque pertinet personam. Alterum in temporis spatio positum est. Cum enim omnium fere apud Graecos militarium magistratuum muneris administratio angustis unius anni cancellis contineretur, hac ipsa temporis determinatione modus imperatoribus impositus est actionum, quem excedere in quibusvis officiis et imponendis et subeundis vel ob eam causam plane vanum fuit, quod neque in alius locum qui successit alieno,

[1]) De totius instrumenti condicione cf. Kirchhoff, Ueber die von Thucydides benutzten Urkunden I, Monatsber. der Berl. Acad. 1880 p. 834 sqq. J. Steup, Thucydideische Studien I p. 1 sqq.

nec quocum foedus ictum erat ne is quidem suo adversus alienum obstringebatur jure jurando.

Ad haec quae primum statuimus utriusque generis discrimina in re posita accedit altera differentia a forma faciendi petita, quod indutias quae rei publicae auctoritate fiebant iisdem fere formulis caerimoniisque gravissimis quibus alia inter civitates foedera sanctas, alteras militares leviore quodam ritu et simpliciore pactas esse veri simile est.

His in universum inter duo illa quae posuimus indutiarum genera constitutis discriminibus, ut ad singula explananda ac primum quidem ad indutias civitatis auctoritate factas accedamus, initium sumendum est a statuenda ea qua hoc genus proprie significetur voce.

Propriam autem vocem eam intellectam volo, quae in publico monumento vel rogatione vel populiscito contineatur, ut in eo quod apud Thucydidem traditum est indutiarum instrumento lib. IV, 118, 11: *Λάχης εἶπε — ποιεῖσθαι τὴν ἐκεχειρίαν*, § 12: *καὶ ὡμολόγησαν ἐν τῷ δήμῳ τὴν ἐκεχειρίαν εἶναι ἐνιαυτόν*. Itaque illud hoc loco nihil interest, quod et in praemunitis constitutionibus bis (c. 118, 4. 10) vocabulum *σπονδαί* adhibitum invenimus et a Thucydide ipso de his indutiis lib. IV, 122, 2 vocem *ξυνθήκη*, c. 122, 4; 123; lib. V, 1 vocem *σπονδαί* scriptam legimus. Id enim in universum statuendum tenendumque est, quo postea disputatio recurret, scriptorum usum in significandis cujusvis generis pactionibus accurate esse sejungendum ab ea quae in titulis usitata sit dicendi ratione, et tum solum aliquem ex scriptoribus in hac re fructum percipi posse, si, ut apud Thucydidem, eorum quibus in conscribendis operibus usi sunt monumentorum notiones cum iis, quae ab ipsis ad illa respicientibus adhiberi solent, liceat comparare. Cum autem constet verba quaedam, quae in titulis usitata sunt, in communi saepe hominum usu et sermone aut raro aut omnino non locum habere, quod in publico indutiarum instrumento vox *ἐκεχειρία*, in earum propositionibus notio *σπονδαί* posita sit cur miremur nulla causa est, si quidem vocem *ἐκεχειρία* non tam translaticiam fuisse possumus probare. Vocabulo autem *ἐκεχειρία*, iis locis quibus de propositis indutiis agitur remotis (lib. IV, 117, 1. 3; 119, 3; 122;

123; 134; lib. V, 15, 2) Thucydides ut significet indutias inter duas civitates factas utitur lib. IV, 58: *Καμαριναίοις καὶ Γελῴοις ἐκεχειρία γίγνεται — πρὸς ἀλλήλους*, lib. V, 26, 2: *Βοιωτοί τε ἐκεχειρίαν δεχήμερον ἦγον*, quo spectat c. 32, 5: *ἀπειπεῖν τὴν ἐκεχειρίαν*. De infida quae post Niciae quae dicitur pacem secuta est quiete lib. VI, 26, 2: *ἀνειλήφει ἡ πόλις ἑαυτὴν — διὰ τὴν ἐκεχειρίαν*. De sacris indutiis lib. V, 1, 2; 49, 3. Jam vero si consideramus, apud Xenophontem vocabulum *ἐκεχειρία* non nisi de sacris indutiis adhibitum inveniri (Hell. IV, 2, 16; V, 2, 2), apud ceteros rerum gestarum scriptores, si alias notiones idem significantes comparamus, ut sunt *σπονδαί, ἀνοκωχή, ἀνοχή*[1]) perraro occurrere, hoc sane concedendum videtur, vocem *ἐκεχειρία* apud Graecos non tam fuisse vulgarem atque usitatam. Cujus rei quae sit causa cum certo argumento probari nequeat, conjectura tamen assequi licet. Illud primum, quod vocabulum *ἐκεχειρία* de sacris saepe indutiis usurpatur (sic etiam ex. c. in titulo Delphico, C. I. G. 1688 vss. 48. 49, et in titulo Ephesiorum decreti de augenda religione Dianae C. I. G. 2954 B vs. 3), deinde ipsius verbi conformatio prorsus poetica suspicionem movit, notionem illam ex sacris institutis originem traxisse, tum in res ut fit profanas emanasse, non tamen totam ut ita dicam civitatem ibi esse adeptam.[2]) Ex eo autem, quod in proposito instrumento vox *ἐκεχειρία*, non usitatior *σπονδαί* adhibita sit si quis colligi posse arbitratur, illam ad indutias inter civitates factas, hanc ad militares significandas proprie usitatam esse, quamquam statuendo ejus rationis discrimini usum Thucydideum aliquo modo vidimus favere, tamen cum desit copia exemplorum, ex quibus quatenus hic usus pa-

---

[1]) Vox *ἀνοκωχή* (de orthographia v. Stahl, quaest. gramm. p. 14) proprie de indutiis re ipsa, non lege exstantibus videtur adhibita esse; cui usui apud Thucydidem unus repugnat locus, lib. III, 4, 4. Vocabulum *ἀνοχή* praecipue a posterioris aetatis scriptoribus ad significandas cujusvis generis indutias usurpatur.

[2]) Haec sententia aliquid probabilitatis accipit observatione, quam Dittenbergero, viro doctissimo maximeque a me colendo, debeo. Bene enim confertur vox illa Pythagorica *ἐχεμυθία* (v. Gell. I, 9, 5; Plut. Mor. p. 519 C; ibid. p. 728 D; Jambl. 94), quae plane eodem modo conformata ipsa quoque ex religionibus quibusdam habet originem.

tuerit accuratius cognosci possit, inconsultius duxerim; eo magis, quod alia explicatio fortasse multo similior veri praesto mihi est: distinctionem inter vocabula *ἐκεχειρία* et *σπονδαί* eam ob causam factam esse, quod vox *σπονδαί*, ut postea accuratius demonstrabo, in publicis instrumentis significationem fere quae est *εἰρήνη* assumpserat.

Summus ejus modi indutiarum temporis modus quantus fuerit vereor ne certis finibus constitui nequeat, sed tamen unius plerumque anni spatium eas non superasse verisimile est. Annuas quoque indutias fecerunt Dionysius, Syracusanorum tyrannus, cum Reginis Ol. 96, 3 (Diod. XIV, 90, 7); Antiochus III cum Ptolemaeo IV post pugnam apud Raphiam commissam Ol. 140, 4 (Polyb. V, 87, 4). — *ἀνοχαὶ τετράμηνοι* Polyb. V, 66, 2; Diod. XX, 113, 2. *τριακονθήμεροι* Polyb. V, 28, 1.

Indutias decimum quemque diem renovandas commemorat Thucydides, lib. V, 26, 2: *Βοιωτοί τε ἐκεχειρίαν δεχήμερον ἦγον* cf. c. 32, 5. 6. 7. lib. VI, 7, 4: *Λακεδαιμόνιοι δὲ πέμψαντες παρὰ Χαλκιδέας τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης, ἄγοντας πρὸς Ἀθηναίους δεχημέρους σπονδάς* cf. c. 10, 3; quod indutiarum genus ad rationem inter civitates quae pactae sunt valde incertam atque lubricam referendum est, ne quo quisque velit tempore, prout res postulet, quo minus ad bellum animum intendat, pactionibus in longius tempus factis impediatur.

Condicionum autem quibus indutiae inter Athenienses et Lacedaemonios compositae sunt latius patere puto primum eam, qua constituatur, ut quorum uterque eo tempore quo convenerit locorum in possessione fuerit, quam diu permaneant indutiae, tam diu eos teneat (c. 118, 4: *ἐπὶ τῆς αὑτῶν μένειν ἑκατέρους ἔχοντας ἅπερ νῦν ἔχομεν* cf. lib. I, 28, 5); qua cum condicione finium descriptionem, extra quas egredi non licuit, ut in proposito exemplo sic semper cnnjunctam fuisse verisimile est. Deinde qua commercium inter utramque civitatem earumque socios per indutiarum tempus intermittatur (*μὴ ἐπιμίσγεσθαι μηδετέρους μηδετέρωσε*), praeterquam quod legationibus pacis agendae causa ab utraque parte factis publica promittitur fides (§ 6: *κήρυκι δὲ καὶ πρεσβείᾳ καὶ ακολούθοις, ὁπόσοις ἂν δοκῇ, περὶ καταλύσεως τοῦ πολέμου καὶ δικῶν — σπονδὰς εἶναι ἰοῦσι καὶ ἀπιοῦσι καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν*);

tertium qua transfugis indutiarum tempore recipiendis interdicatur (§ 7: *τοὺς δὲ αὐτομόλους μὴ δέχεσθαι ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, μήτε ἐλεύθερον μήτε δοῦλον*); quartum denique qua controversiae intra armorum quietem ortae jure non bello componi jubeantur. Quarum condicionum certis quibusdam formulis expressarum prima et quarta in pacis quoque pactionibus occurrunt.

Jam si nonnulla de caerimoniis addimus, quae cum hujus modi indutiis erant conjunctae, de loco quodam Thucydideo vario modo codicibus exhibito pauca opus videtur exponere, non quo ipse locus qua emendetur ratione nostra hic intersit, sed quod a viro summa in his rebus auctoritate ad refellendam lectionem quandam causa est prolata, quae si esset vera, ad ea in quibus haec versatur disputatio sane aliquod haberet momentum. Exstat locus in appendice indutiarum instrumenti (IV, 119), ubi libri has praebent lectiones: *ταῦτα ξυνέθεντο Λακεδαιμόνιοι, καὶ ὡμολόγησαν καὶ οἱ ξύμμαχοι, Ἀθηναίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις μηνὸς ἐν Λακεδαίμονι Γεραστίου δωδεκάτῃ* A E (sic Bekkerus) *ταῦτα ξυνέθεντο Λακεδαιμόνιοι καὶ ὤμοσαν καὶ οἱ ξύμμαχοι* B C *ταῦτα ξυνέθεντο καὶ ὤμοσαν Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι κτλ.* C M (sic Stahlius). Kirchhoffius quidem l. l. p. 848 illud *ὤμοσαν* tolerari posse plane negat, cum et instrumenti ipsius verbis *σπείσασθαι δὲ αὐτίκα μάλα τὰς πρεσβείας* (c. 118, 14) et appendicis *ξυνετίθεντο δὲ καὶ ἐσπένδοντο* (c. 119, 2) has indutias non jure jurando confirmatas sed libatione modo sanctas esse evidenter appareat. Quam viri doctissimi ratiocinationem qui probaverit alterutrum sumat utique necesse est: aut hujus generis pactiones semper jure jurando caruisse aut exceptionem hoc loco esse statuendam. Quarum sententiarum alterius dubito an ullum testimonium possit reperiri, exceptionis quid causae fuerit cum per se non perspiciam tum ob id ipsum, quod soli legati Lacedaemoniorum pactionem sanxerunt — atque hoc semper in ejusmodi pactionibus ad tempus factis observatum esse veri simillimum est — non ut alias fiebat etiam domi magistratus totave civitas sponsione sunt obstricti, jus jurandum non omissum esse facit ut persuasum habeam. Huc accedit gravius illud, quod ipsa verba *ἦ μὴν ἐμμενεῖν ἐν ταῖς σπονδαῖς τὸν ἐνιαυτόν* jusjurandum

simul cum libatione dandum indicant (cf. lib. V, 18, 9; 47, 9). Ceterum quid impediat non video, verbum *σπείσασθαι* hoc loco ne non propria significatione quae est 'libationem facere' sed ut sexcenties translata vi, i. e. 'pacisci' intellegamus.[1]) *ξυνετίθεντο καὶ ἐσπένδοντο* igitur valet: pactum conficiebant, confectum sanciebant, nempe libatione et jure jurando; quae res tam arte inter se erant conjunctae, ut vel altero verbo tota actio posset significari (cf. *ὅρκοι, σπονδαί* = pactio). Sic in appendice pacis instrumenti Thuc. V, 19, 2 exstant verba *ὤμνυον δὲ οἵδε καὶ ἐσπένδοντο* (hic quidem propria verbi *σπένδεσθαι* significatione subjuncta), cum in foederis monumento ej. lib. c. 24 legatur: *τὸν δὲ ὅρκον ὤμνυον Λακεδαιμόνιοι μὲν οἵδε,*

---

[1]) Hac simul interpretatione removeri puto Steupii offensionem (l. l. p. 21), qui dubitat, an verbum *σπένδεσθαι* hoc modo conjungi possit cum juris jurandi formula a particulis *ἦ μήν* incipiente. Illa enim qua supra posuimus significatione probata causam equidem non video, cur quae constructio saepissime in verbo *ὀμνύναι* ejusque compositis (*διομνύναι* Aesch. III, 150 *ἐπομνύναι* Thuc. V, 80 *ἀντομνύναι* Xen. Hell. III, 4, 6) non raro tamen etiam in aliis occurrit cognatis significationibus, eam verbo *σπένδεσθαι* concedere nolimus, praesertim cum verbum *σπένδεσθαι* Thuc. III, 109, 2 cum mero infinitivo conjunctum inveniatur. Exscripsi mihi illius rationis exempla haec: *ὅρκοις — καταλαβὼν τὰ τέλη τοῖς μεγίστοις ἦ μὴν — ξυμμάχους ἔσεσθαι αὐτονόμους* Thuc. IV, 86. *πολλὰ ἀπειλήσας τοῖς Χίοις ἦ μὴν μὴ ἐπιβοηθήσειν* VIII, 33. *ὥρκωσαν πάντας τοὺς στρατιώτας τοὺς μεγίστους ὅρκους — ἦ μὴν δημοκραθηθήσεσθαι* VIII, 75, 2. *ὑπεδέξατο ἦ μὴν — μὴ ἀπορήσειν αὐτοὺς τροφῆς* ibid. 81, 3. *πίστιν λαβεῖν ἦ μὴν — ἡμᾶς μηδὲν — ἀδικήσειν* Xen. Hell. III, 4, 5; item VII, 1, 42. *ἡ τῶν Μαντινέων πόλις ἐγγυῷτο ἦ μὴν παρέξειν* VII, 4, 38. *ἀρασάμενοι τὰς μεγίστας ἀράς — ἦ μὴν ψηφιεῖσθαι περὶ ἐμοῦ τὰ δίκαια* Andoc. I, 31. — Ceterum quod ad loci scripturam attinet, ne judicium sane difficile vitare videar, cum utriusque familiae codices verba *καὶ ὤμοσαν* praebeant e textu ea removere aliquam habet dubitationem (verba *συντίθεσθαι* et *ὀμνύναι* sic conjuncta ex. c. etiam Mitteill. II p. 142 (Dittbg. 79) vss. 18. 57), cum praesertim si rem spectamus ea ferri posse demonstrasse nobis videamur. Si tamen interpolata sunt, locum graviter corruptum ita emendare proposuerim, ut legatur: *ταῦτα ξυνέθεντο καὶ ἐσπείσαντο Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι Ἀθηναίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις μηνός κτλ.* ut accurate respondeant quae sequuntur verba *ξυνετίθεντο δὲ καὶ ἐσπένδοντο Λακεδαιμονίων μὲν οἵδε.* Tum illud *καὶ ὤμοσαν* vel *καὶ ὡμολόγησαν* falsa emendatio habenda est, facta, postquam vera lectio *καὶ ἐσπείσαντο* gravi corruptela affecta est.

quibus tamen ex verbis libationem non esse factam colligere minime opinor licere. Quae cum ita sint, etiamsi illo ex quo profecti sumus loco, propria verbi *σπένδεσθαι* vis esset statuenda, ne sic quidem ut Kirchhoffii sententiae assentiar a me possem impetrare.

Ex eo quod nihil proposito exemplo de columnis ut solebat erigendis praecipitur, chartae modo, non etiam lapidi, cui alia inscribebantur foedera, et hoc instrumentum cognoscimus et similia mandata esse conjectura colligere licet, quippe quae non ad omnium saeculorum posteritatis memoriam sed ad tempus et quasi praenuntia longioris pacis firmiorisque composita sint atque descripta.

Indutiae ut passim pronuntiarentur legati ex utraque parte electi mitti solebant (Thuc. IV, 122) eo consilio, ut de locis ex conventione sive restituendis sive retinendis si qua existeret dissensio suae quisque partis consuleret commodis (l. l. § 3: *Ἀριστώνυμος δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις κατήνει, Σκιωναίους δέ — οὐκ ἔφη ἐνσπόνδους ἔσεσθαι*).

2. Militares quas altero loco posuimus indutias si quis exprobret minus cadere in disputationem, quae ad pactiones inter Graecorum civitates factas spectet, ego non tam refragabor; sed tamen cum res ipsa postulare videtur ne alterum genus plane praetermittamus tum illud velim consideret, praevaluisse apud veteres alteram illam, dico bellicam publicae disciplinae rationem, quod verum esse vel inde cognoscere licet, quod optimis quidem temporibus auctoris rei publicae dignitas cum imperatoris arte erat conjuncta; qua de causa praetores in munere suo fungendo civitatis ipsius quodammodo personam gerebant, et id solum accuratius exquirere videtur opus esse, quanta fuerit illis paciscendi cum hostibus potestas. Cui tribus potissimum condicionibus, tempore, loco, eventu modus videtur impositus fuisse. De tempore quidem supra cum de utriusque generis discriminibus in universum commentati sumus exposuimus; locus qui est praetoribus provincia data quo erat remotior eo majorem fuisse verisimile est illorum potestatem leviorum quidem pactionum faciendarum. Sic qui bellum in Asia gerebant praetores magis sui juris fuisse ex eo apparet, quod Dercylidas, domesticis magistratibus non rogatis, Pharnabazo satrapae bis dedit longioris

temporis indutias (Xen. Hell. III, 2, 1. 9), cum quotiescunque de gravioribus rebus agebatur, ad ephoros referri debuisse sciamus. cf. Xen. Hell. III, 2, 20: *ἕως ἀπαγγελθείη τὰ λεχθέντα Δερκυλίδᾳ μὲν εἰς Λακεδαίμονα*, c. 4, 26: *ἀποκριναμένου δὲ τοῦ Ἀγησιλάου, ὅτι οὐκ ἂν ποιήσειε ταῦτα ἄνευ τῶν οἴκοι τελῶν*, lib. VI, 4, 2: *Κλεόμβροτον — ἐπερωτῶντα τὰ οἴκοι τέλη.* Contra in patria ipsa vel propioribus regionibus artioribus praetorum arbitrium vinculis astrictum fuisse cum per se pateat tum exemplis probatur, quorum notissimum est illud quod Thucydides narrat lib. V, 60: *καὶ ὁ Ἆγις δεξάμενος τοὺς λόγους (τῶν Ἀργείων) αὐτὸς καὶ οὐ μετὰ τῶν πλειόνων — σπένδεται τέσσαρας μῆνας.* Cujus rei de eventu apud Lacedaemonios cf. c. 63, 3: *νόμον δὲ ἔθεντο ἐν τῷ παρόντι — δέκα γὰρ ἄνδρας Σπαρτιατῶν προσείλοντο αὐτῷ ξυμβούλους ἄνευ ὧν μὴ κύριον εἶναι ἀπάγειν στρατιὰν ἐκ τῆς πόλεως*[1]), apud Argivos c. 60, 5: *Ἀργεῖοι — ἐν πολλῷ πλείονι αἰτίᾳ εἶχον τοὺς σπεισαμένους ἄνευ τοῦ πλήθους.* Atqui indutiae illae quatuor mensium, de quibus post pugnam ad Tanagram commissam inter Lacedaemonios et Athenienses convenit, si quidem Diodori narrationem sequimur (lib. XI, 80, 6: *τότε μὲν οὖν ἐπιλαβούσης νυκτὸς καὶ τῆς νίκης ἀμφιδόξου γενομένης διεπρεσβεύοντο πρὸς ἀλλήλους καὶ τετραμηνιαίους σπονδὰς ἐποιήσαντο*) imperatorum auctoritate confectae existimandae sunt. Attamen ab omni similitudine veri plane abhorret, Lacedaemoniorum ducem tale post victoriam consilium, ut tum quidem fuit rerum Lacedaemoniarum status, minime opportunum injussu magistratuum suo inisse periculo. Diodorum igitur, ut de eventu pugnae illius, quam ambiguam fuisse scribit, Thucydidis verbis (lib. I, 108: *ἐνίκων Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι*) haud dubie refutatur, ita de indutiarum ratione sive scriptoris quem secutus est sive sua culpa non accurate rem narrasse existumo. — Athenienses quidem in tribuenda praetoribus auctoritate non certa videntur consilia secuti esse sed potius ex eventu judicium fecisse. Cujus sententiae testimonium affero ea, quae Thucydides de Potidaeae deditione tradidit, lib. II, 70, 4: *Ἀθηναῖοι*

---

[1]) De hac institutione cf. Hermann, gr. Staatsaltert.[5] § 44, 16, Curtius, gr. Gesch.[5] III p. 759 ann. 75.

δὲ τούς τε στρατηγοὺς ἐπῃτιάσαντο ὅτι ἄνευ αὐτῶν ξυνέβησαν (ἐνόμιζον γὰρ ἂν κρατῆσαι τῆς πόλεως ᾗ ἐβούλοντο). Quo ex loco si quis colligere velit, semper praetores de urbe in deditionem accipienda priusquam accepissent ad populum referre debuisse non recte disputet: fuisset sane extremae dementiae et quae Atheniensibus tribui nequeat, eorum si conatuum, quorum ipsa natura moram sustentationemque nequaquam patitur, ejus modi praecepto dubium effecissent eventum. Eventum autem sive ad approbationem atque laudem sive ad vituperationem conviciumque civium plus attulisse momenti quam judicium certis quibusdam legibus moderatum vel ex eo intellegitur, quod Nicias, quamquam ei expeditionem in Siciliam molienti liberum rerum gerendarum arbitrium populiscito permissum est (Thuc. VI, 8, 2: ἐψηφίσαντο — πέμπειν ἐς Σικελίαν — στρατηγοὺς αὐτοκράτορας)[1]) tamen injussu populi Atheniensium noluit redire: εὖ γὰρ εἰδέναι ὅτι Ἀθηναῖοι σφῶν ταῦτα οὐκ ἀποδέξονται ὥστε μὴ αὐτῶν ψηφισαμένων ἀπελθεῖν lib. VII, 48, 3; cf. tamen c. 83, 2. Aliam in hac re rationem Romanos secutos esse scimus, quorum si quis magistratus injussu civitatis quamlibet fecerat pactionem, recusante senatu populoque Romano sponsionis auctoritatem, ne res publica perjurii noxio teneretur, hosti dedi solebant. Cujus moris ne vestigium quidem apud Graecos memini me invenire; contra apud Thucydidem, ubi de indutiis illis agitur ab Argivorum ducibus injussu populi cum Lacedaemoniorum rege factis, legimus lib. V, 61: ὅμως — τὰς σπονδὰς ὤκνουν (οἱ Ἀργεῖοι) λῦσαι πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους.

Sed ut ab iis qui faciebant militares indutias ad ipsas nos convertamus, proprie hoc genus σπονδαί audisse et ex communi eorum quorum ratio habenda est scriptorum usu apparet et monumento apud Thucydidem, lib. IV, 16 tradito satis comprobatur. Ipsius autem pactionis exemplar subesse iis quae apud Thucydidem leguntur cum accurata condicionum enumeratio tum certa quaedam sermonis ratio colorque elocutionis

[1]) De auctoritatis formula v. Thuc. VI, 8, 2: ἐψηφίσαντο — τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ πρᾶξαι (τοὺς στρατηγοὺς) ὅπῃ ἂν γιγνώσκωσιν ἄριστα Ἀθηναίοις c. 26: ἐψηφίσαντο — αὐτοκράτορας εἶναι καὶ — πράσσειν ᾗ ἂν αὐτοῖς δοκῇ ἄριστα εἶναι Ἀθηναίοις cf. lib. I, 95, 2.

perspicue indicant (*καὶ ὅπλα μὴ ἐπιφέρειν τῷ τειχίσματι μήτε κατὰ γῆν μήτε κατὰ θάλασσαν — καὶ ὅπλα μὴ ἐπιφέρειν τῷ Πελοποννησίων στρατῷ μήτε κατὰ γῆν μήτε κατὰ θάλασσαν· ὅτι δ' ἂν τούτων παραβαίνωσιν ἑκάτεροι καὶ ὁτιοῦν κτλ.*). Neque unde documentum in scriptoris manus venerit difficile est dictu. Elucet enim Athenienses, antequam a Lacedaemoniorum legatis flebilis illa oratio (c. 17 sqq.) de reconcilianda pace habita est, qua nusquam pacti Sphacteriae initi mentio fit, eorum quae ibi essent constituta praetorum litteris, ut mitti solebant (*ἐπιστολή* Thuc. VII, 10 sq.; Xen. Hell. I, 7, 4; *γράμματα* ibid. c. 1, 23) certiores esse factos. Quas litteras cum ut alia publica documenta in Metroo deponere mos esset, commoda Thucydidi, qui sine dubio illo tempore Athenis affuit, describendi exemplaris data est occasio. Plerumque tamen nisi res cogebat militares has indutias non litteris mandatas sed sine perscriptione hostiis immolatis libationeque cum jure jurando conjunctis vel simplicissima eaque ut videtur antiquissima datae atque acceptae dexterae caerimonia[1]) sanctas esse opinor. De ritu et ratione sacrificii (*τρίττοια* = suovetaurilia) in ejusmodi foedere feriendo adhibitis v. exemplum apud Xen. Anab. II, 2, 9: *ὤμοσαν σφάξαντες ταῦρον* [*καὶ λύκον*] *καὶ κάπρον καὶ κριὸν εἰς ἀσπίδα* (cf. Aesch. Sept. v. 43), *οἱ μὲν Ἕλληνες βάπτοντες ξίφος, οἱ δὲ βάρβαροι λόγχην.*

Spatium indutiarum duplici ratione poterat definiri: aut certo statim constituendo mensium dierumve quibus rata esset pactio numero, ut Diod. XIV, 26, 2: *εἰς τρεῖς ἡμέρας ἀνοχὰς ἐποιήσατο*; XIV, 38, 3: *μετὰ δὲ ταῦτα* (*Δερκυλίδας*) *πρὸς Φαρνάβαζον ὀκταμηνιαίους ἀνοχὰς ποιησάμενος*[2]), aut ita,

---

[1]) Hujus caerimoniae formula: *δεξιὰς δοῦναι καὶ λαβεῖν* Xen. Anab. VII, 3, 1 et s. Similes formulae, etiam titulis exhibitae, sunt: *πιστὰ δοῦναι καὶ λαβεῖν* Xen. Hell. VII, 3, 8; Anab. V, 4, 11; Cyrop. III, 2, 23; Herod. III, 7; Andoc. I, 41; *ὅρκους δοῦναι καὶ λαβεῖν* Xen. Hell. I, 3, 9; C. I. Att. IV, 33a (Dittbg. 23) v. 19 et s.

[2]) Breitenbachius (ann. ad Xen. Hell. III, 2, 1) hanc apud Diodorum temporis definitionem ex eventu putat factam; quae sententia refutari mihi videtur ipso eo, quod Dercylidam de prorogandis indutiis ad Pharnabazum misisse Xenophon narrat (lib. III, 2, 9: *πάλιν πέμψας πρὸς τὸν Φαρνάβαζον ἐπήρετο, πότερα βούλοιτο σπονδὰς*

ut tempus usque ad quod actio quaedam esset effecta indutiarum terminus constitueretur, ex. c. Thuc. I, 28, 5: *σπονδὰς δὲ ποιήσασθαι ἕως ἂν ἡ δίκη γένηται* lib. IV, 16, 2: *ἐσπεῖσθαι δὲ αὐτὰς μέχρι οὗ ἐπανέλθωσιν οἱ ἐκ τῶν Ἀθηνῶν Λακεδαιμονίων πρέσβεις — ἐλθόντων δὲ τάς τε σπονδὰς λελύσθαι ταύτας.* Xen. Hell. III, 2, 20: *ἀλλήλοις σπονδὰς ἐποιήσαντο (Δερκυλίδας — Τισσαφέρνης καὶ Φαρνάβαζος), ἕως ἀπαγγελθείη τὰ λεχθέντα Δερκυλίδᾳ μὲν εἰς Λακεδαίμονα, Τισσαφέρνει δὲ ἐπὶ βασιλέα.* ibid. c. 4, 5: *εἰ τοίνυν θέλεις σπείσασθαι, ἕως ἂν ἐγὼ πρὸς βασιλέα πέμψω.* ibid. § 26: *ἕως ἂν πύθῃ τὰ παρὰ τῆς πόλεως μεταχώρησον.*[1]) cf. Herod. I, 21: *σπονδὰς ποιήσασθαι — χρόνον ὅσον ἂν τὸν νηὸν οἰκοδομέῃ.*

Peculiare militarium indutiarum genus est, quo cui ut incolumis abeat a victore hoste permittatur, ut Thuc. III, 109: *προσφέρει λόγον περὶ σπονδῶν καὶ ἀναχωρήσεως Δημοσθένει καὶ τοῖς Ἀκαρνάνων στρατηγοῖς.* § 2: *ἀναχώρησιν δὲ ἐκ μὲν τοῦ προφανοῦς οὐκ ἐσπείσαντο ἅπασι, κρύφα δέ κτλ.* Xen. Hell. VI, 4, 25 (post pugnam apud Leuctra commissam): *οἱ μέντοι Λακεδαιμόνιοι ἀκούσαντες αὐτοῦ (τοῦ Ἰάσονος) πράττειν περὶ τῶν σπονδῶν ἐκέλευον· ἐπεὶ δὲ ἀπηγγέλθη, ὅτι εἴησαν αἱ σπονδαί, παρήγγειλαν οἱ πολέμαρχοι — συνεσκευάσθαι πάντας κτλ.* cf. Diod. XV, 56, 3. — Xen. Hell. VII, 1, 17: *σπονδὰς ποιησάμενος (ὁ Λακεδαιμονίων πολέμαρχος) — οὕτως ἀπῆλθε.*

ἔχειν καθάπερ διὰ τοῦ χειμῶνος ἢ πόλεμον), cujus interrogationis quid aliud causae fuerit non video nisi quod exierat destinatum indutiarum tempus.

[1]) Hoc quidem loco facere non possum quin Breitenbachio (ann. ad l.) assentiar: cum dissensio inter Diodorum (lib. XIV, 80, 8: *ἑξαμηνιαίους ἀνοχὰς ἐποιήσατο*) et Isocratem (or. IV, 153: *στρατιὰν ὀκτὼ μῆνας ταῖς αὐτῶν δαπάναις διέθρεψαν*) dubitationem moveat tum illud Xenophonteum *ἕως ἂν ἐγὼ πρὸς βασιλέα πέμψω*, collatis aliis quos supra attulimus locis, ne potuisse quidem indutias illas certo numero definiri satis videtur probare.

II. Deditio (ὁμολογία, σύμβασις).

Multo etiam majore me spero jure quam militares illas indutias has urbium deditiones pactionum rei publicae auctoritate factarum numero eam ob causam ascripturum, quod ab altera certe parte civitas, quippe quae tota antiquitate urbis nomine contineatur, deditionis exstat auctor.

Acerbissimum autem atrocissimumque genus significatur formula quae est: *χρῆσθαι* vel *βουλεύειν* — *ὅτι ἂν βούλωνται* et qu. s. s., qua ii, qui victi sunt, se suaque omnia potestati atque fidei victoris permittunt.[1]) Cujus formulae exempla afferre liceat haec: Thuc. II, 4, 7: *ξυνέβησαν* (*οἱ Θηβαῖοι*) *τοῖς Πλαταιεῦσι παραδοῦναι σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὰ ὅπλα χρήσασθαι ὅ τι ἂν βούλωνται*. lib. III, 28: *ποιοῦνται* (*οἱ Μυτιληναῖοι*) *κοινῇ ὁμολογίαν πρός τε Πάχητα καὶ τὸ στρατόπεδον, ὥστε Ἀθηναίοις μὲν ἐξεῖναι βουλεῦσαι περὶ Μυτιληναίων ὁποῖον ἄν τι βούλωνται*. IV, 37, 2: *ἐκήρυξάν τε εἰ βούλοιντο* (*οἱ Λακεδαιμόνιοι*) *τὰ ὅπλα παραδοῦναι καὶ σφᾶς αὐτοὺς Ἀθηναίοις ὥστε βουλεῦσαι ὅτι ἂν ἐκείνοις δοκῇ*. V, 116, 3: *ξυνεχώρησαν* (*οἱ Μήλιοι*) *τοῖς Ἀθηναίοις ὥστ' ἐκείνους περὶ αὐτῶν βουλεῦσαι*. Xen. Hell. II 4, 37: *ἔπεμπον* — *λέγοντας, ὅτι αὐτοὶ μὲν παραδιδόασι καὶ τὰ τείχη, ἃ ἔχουσι, καὶ σφᾶς αὐτοὺς Λακεδαιμονίοις χρῆσθαι ὅ τι βούλονται*. IV, 5, 5: *οἱ δ' ἐν τῷ Ἡρείῳ καταπεφευγότες ἐξῄεσαν, ἐπιτρέψοντες Ἀγησιλάῳ γνῶναι ὅ τι βούλοιτο περὶ σφῶν*. V, 3, 23: *δεδόχθαι γὰρ σφίσιν ἔφασαν ἐπιτρέπειν τοῖς τέλεσι τῶν Λακεδαιμονίων χρήσασθαι τῇ πόλει ὅ τι βούλοιντο*. Polyb. V, 9, 9: *αὐτός τε* (*Ἀντίγονος Δώσων*) *ὢν κύριος ὃ βούλοιτο χρῆσθαι καὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς ἐμπολιτευομένοις*. cf. etiam Thuc. II, 70, 4: *ἐνόμιζον γὰρ ἂν κρατῆσαι τῆς πόλεως ᾗ ἐβούλοντο* (v. Classenii ann. ad l.).[2]) Ejusdem formulae mutationes haben-

[1]) cf. Hermann, gr. Staalt.[5] § 9, 6; Schoemann, gr. Alt.[3] II pp. 10. 16.

[2]) Eadem formula etiam de singulis hominibus usitata est, ex. c. Herod. I, 210: *ἐγώ τοι παραδίδωμι χρᾶσθαι αὐτῷ τοῦτο ὅ τι σὺ βούλεαι*. Thuc. VII, 85: *καὶ ἑαυτῷ μὲν χρήσασθαι ἐκέλευεν* (*Νικίας*) *ἐκεῖνόν τε καὶ Λακεδαιμονίους ὅ τι βούλονται*. Xen. Hell. VII, 3, 7: *ὑπερορᾶν μέν — οὐ δυνατὸν ὑμῶν ἀνδρί, ὃς εἰδείη κυρίους*

dae sunt qui apud Diodorum exstant loci, lib. XIV, 111, 4: *παρέδωκαν τὴν πόλιν οἱ Ῥηγῖνοι τῷ τυράννῳ, τὴν πᾶσαν καθ' αὑτῶν ἐπιτρέψαντες ἐξουσίαν*. lib. XVIII, 18, 3: *δόντος ἀπόκρισιν (Ἀντιπάτρου) ὡς ἄλλως οὐ μὴ συλλύσηται τὸν πρὸς Ἀθηναίους πόλεμον, ἐὰν μὴ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέψωσιν αὐτῷ*. c. 22, 4: *τὸ μὲν ἐγχειρίσαι τὴν πόλιν καὶ τὰ καθ' αὑτοὺς ἐπιτρέψαι τοῖς πολεμίοις οὐκ ἔκριναν*.

Aliquando hujus conditionis crudelitas paulo lenitur exceptione statuenda, ex. c. morte eximenda, ut Thuc. IV, 54, 2: *ξυνέβησαν (οἱ Κυθήριοι) πρὸς Νικίαν καὶ τοὺς ξυνάρχοντας Ἀθηναίοις ἐπιτρέψαι περὶ σφῶν αὐτῶν πλὴν θανάτου*, ad quem locum Classenius confert Herod. V, 71: *τούτους (τοὺς Κυλωνείους) ἀνιστᾶσι μὲν οἱ πρυτάνιες — ὑπεγγύους πλὴν θανάτου*. Conferri potest etiam Diod. XIX, 50, 5: *οἰομένου δὲ δεῖν τοῦ Κασσάνδρου τὰ καθ' αὑτὴν ἐπιτρέπειν, μόγις ἔπεισεν ὥστε μόνην ἐξαίρετον λαβεῖν τὴν τοῦ σώματος ἀσφάλειαν*. Discrimen fit personarum in constituendis condicionibus Thuc. IV, 69, 3: *ξυνέβησαν (οἱ Νισαῖοι) τοῖς Ἀθηναίοις ῥητοῦ μὲν ἕκαστον ἀργυρίου ἀπολυθῆναι ὅπλα παραδόντας, τοῖς δε Λακεδαιμονίοις, τῷ τε ἄρχοντι καὶ εἴ τις ἄλλος ἐνῆν, χρῆσθαι Ἀθηναίους ὅ τι ἂν βούλωνται*.

Condiciones victoris magis indulgentis sunt eae, quibus expugnatis aut, armis aliisque rebus relictis, urbe excedendi potestas detur (*ὑπόσπονδος ἐξιέναι*), legibus quibusdam de vestitu virorum feminarumque, de viatico aliis additis, ut Thuc. II, 70, 3: *ἐπὶ τοῖσδε οὖν ξυνέβησαν, ἐξελθεῖν αὐτοὺς (τοὺς Ποτιδαιάτας) καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ τοὺς ἐπικούρους*

μὲν ὄντας ὅ τι βούλεσθε αὐτῷ χρῆσθαι. Cyrop. III, 1, 6: *ᾧ ὁ θεὸς ἔδωκε καὶ ἄνευ δίκης χρῆσθαί σοι ὅ τι βούλοιτο*. Andoc. I, 11: *χρῆσθε ἐμοὶ ὅ τι ἂν ὑμῖν δοκῇ, ἐὰν μὴ τἀληθῆ λέγω*. § 26: *καὶ ἐάν τις ἐλέγξῃ με ὅτι ψεύδομαι, χρήσασθέ μοι ὅ τι βούλεσθε*. Dem. XIX, 109 (Bekkerus): *ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐμοὶ μὲν χρήσασθε ὅ τι βούλεσθε*. — Hoc hujus formulae usu suam accipere lucem puto locum Xenophonteum, Hell. II, 3, 12: *ἐπεὶ δὲ ἤρξαντο βουλεύεσθαι, ὅπως ἂν ἐξείη αὐτοῖς τῇ πόλει χρῆσθαι ὅπως βούλοιντο κτλ.*, quae verba apparet cum acerbitate quadam de triginta viris adhibita esse quasi de hostibus Athenas urbem turpi deditione accipere molientibus.

ξὺν ἑνὶ ἱματίῳ[1]), γυναῖκας δὲ ξὺν δυοῖν, καὶ ἀργύριόν τι ῥητὸν ἔχοντας ἐφόδιον (minus accurate Diod. XII, 46, 6: ἀπελθεῖν ἐκ τῆς πόλεως ἅπαντας τοὺς Ποτιδαιάτας, ἄλλο μὲν μηδὲν λαβόντας, ἔχοντας δὲ τοὺς μὲν ἄνδρας ἱμάτιον ἕν, τὰς δὲ γυναῖκας δύο). Xen. Hell. II, 3, 6: οἱ δὲ Σάμιοι πολιορκούμενοι ὑπὸ Λυσάνδρου — ὡμολόγησαν ἓν ἱμάτιον ἔχων ἕκαστος ἀπιέναι τῶν ἐλευθέρων, τὰ δ' ἄλλα παραδοῦναι. Diod. XVI, 34, 5: παραδοῦναι τὴν πόλιν τῷ βασιλεῖ, ὥστε ἀπελθεῖν τοὺς πολίτας ἐκ τῆς Μεθώνης ἔχοντας ἓν ἱμάτιον ἕκαστον, aut, atque haec lenissima deditionis ratio habenda est, victis cum armis fortunisque abire permittitur, ex. c. Thuc. IV, 105, 2: καὶ τὴν ξύμβασιν μετρίαν ἐποιεῖτο (ὁ Βρασίδας) — τὸν — μὴ ἐθέλοντα (μένειν) ἀπιέναι τὰ ἑαυτοῦ ἐκφερόμενον πέντε ἡμερῶν (cf. Diod. XII, 68, 3: παρέλαβε τὴν πόλιν καθ' ὁμολογίαν, ὥστ' ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ τὰ ἑαυτοῦ λαβόντα ἀπελθεῖν ἐκ τῆς πόλεως). c. 114, 1: τοῖς δὲ Ἀθηναίοις κήρυκα προσπέμψας ἐξιέναι ἐκέλευσεν ἐκ τῆς Ληκύθου ὑποσπόνδους καὶ τὰ ἑαυτῶν ἔχοντας. Xen. Hell. V, 4, 11: εἶπον, ὅτι ἀπίοιεν ἄν, εἰ σφίσιν ἀσφάλειαν μετὰ τῶν ὅπλων ἀπιοῦσι διδοῖεν· οἱ δέ — ἔδοσαν ἃ ᾔτουν. Diod. XIV, 82, 6: τοὺς δ' ἀπὸ Πελοποννήσου τὰ σφῶν ἔχοντας εἴασαν ἀπελθεῖν. lib. XIX, 61, 5: τοῖς μὲν παρὰ Πτολεμαίου στρατιώταις συνεχώρησαν ἀπελθεῖν ἔχουσι τὰ ἑαυτῶν, cf. Thuc. V, 18, 5.

Neque huic pactionum generi sollemnia quibus alia pangi solebant foedera defuisse, docet locus Xenophonteus supra allatus (lib. V, 4, 11) ubi legitur: οἱ δέ — ἔδοσαν (sc. τοῦ ἀπιέναι ἀσφάλειαν) καὶ σπεισάμενοι καὶ ὅρκους ὀμόσαντες ἐπὶ τούτοις ἐξέπεμπον. De perscriptione tamen ejus rationis pactorum cogitari nequit, quod condiciones re ipsa statim expletae sunt.

III. Pax (σπονδαί, εἰρήνη).

Prius quam ad constituendem vocem qua in pacis pactionibus proprie usi sunt Graeci accedamus, utile erit monere,

[1]) cf. Liv. VI, 3, 4: urbe hostibus tradita inermis cum singulis emissa vestimentis (paucitas oppidanorum) cf. etiam lib. IX, 4, 3.

vocabula quae sunt σπονδαί, ὅρκοι, συνθήκη, ὁμολογία, σύμβασις, ut ipsa eorum natura fert, ad significandum quodvis pactionum genus posse adhiberi. Quod verum esse optime ex Thucydide intellegitur, qui quamvis accuratissime eas studet in rerum narrandarum tenore servare notiones, quae ea ad quae pertinent praebent monumenta operi inserta, tamen interdum notiones illas latiore vi subjuncta non dubitat usurpare. Sic voces σπονδαί lib. IV, 122, 4; 123; lib. V, 1 ξυνθήκη lib. IV, 122, 2 ad vocabulum ἐκεχειρία lib. IV, 118, 11, voces ὅρκοι lib. V, 56, 3 ξυνθήκη V, 42, 2 ὁμολογία V, 21, 3 ξύμβασις VI, 10, 2 ad vocabulum σπονδαί lib. V, 18 referendae sunt; verba ἐν ταῖς πρότερον ξυνθήκαις lib. VII, 18, 2 respiciunt ad triginta annorum pacem (lib. I, 115: σπονδαὶ τριακοντούτεις). Quorum vocabulorum tenendum est, si ad singulas spectant pactiones, voces ὁμολογία et σύμβασις non nisi singulariter poni, vocabulum συνθήκη et singulari et plurali numero adhiberi ad totam pactionem, singulariter saepe ad certam quandam ejus condicionem significandam, verba denique σπονδαί et ὅρκοι, cum de pacto agitur, nunquam singulariter solere usurpari.[1])

[1]) Hujus usus explicationem praetermittere nolebam, quod virum doctum in hac re errasse video. Busoltus enim in libello cui inscribitur 'der zweite athenische Bund' VII. Suppl. d. Jahrb. f. klass. Philol. p. 793 respiciens ad conventionem ol. 102, 3 (370) inter Athenienses et nonnullas civitates Peloponnesiacas factam (Xen. Hell. VI, 5, 2), cum a Xenophonte ejusd. lib. cc. 36. 37 ad illam conventionem spectante verba παρὰ τοὺς ὅρκους adhibita sint, ipsis verbis pactum illud non foedus (συμμαχία) fuisse putat indicari. Rem ipsam minime nego, rationi probandi assentiri nequeo. Vocem ὅρκοι cum supra vidimus cujusvis generis pacta posse significare tum locutiones quae sunt κατὰ τοὺς ὅρκους, παρὰ τοὺς ὅρκους ad quamlibet pactionem pertinentes sexcenties occurrunt, ut lib. VI, 5, 10 verba κατὰ τοὺς ὅρκους, παρὰ τοὺς ὅρκους ibid. § 36 παρὰ τοὺς ὅρκους ad pacem ol. 102, 2 (371) inter Athenienses et Lacedaemonios factam (lib. VI, 3, 18), lib. V, 4, 54 verba κατὰ τοὺς ὅρκους ad foedus ol. 100, 2 (379) a Lacedaemoniis cum Olynthiis initum (lib. V, 3, 26) spectant. Propria eorum quae illa conventione constituta sunt significatio non vocabulum ὅρκοι sed vox δόγμα habenda est (lib. VI, 5, 2: δόγμα ἐποιήσαντο μετὰ τῶν κοινωνεῖν βουλομένων ὀμόσαι τόνδε τὸν ὅρκον), quae vox saepissime de ejusmodi conciliorum sententiis usurpatur. — Vehementer errat Breitenbachius (ann. ad § 36), cum existimet, vocem ὅρκοι illo loco idem valere quod

Jam de eis notionibus, quae proprie ad pacem pertinent accuratius opus videtur disputare, et initium facere placet a definitione, quae exstat apud Ammonium, diff. vocab. p. 130: *σπονδαὶ καὶ συνθῆκαι διαφέρει· σπονδαὶ μὲν γάρ, ἃς ἐκ πολέμου συντίθενται πρὸς ἀλλήλους, ἃς ἀναγράφονται ἐφ' οἷς διακρίνονται, οἷον συντιθέμενοι μὴ πολεμήσειν μηδ' ἀδικήσειν ἀλλήλους, συντίθενται δὲ εἰρήνην καὶ φιλίαν πρὸς ἀλλήλους. καὶ τὸ παρὰ ταύτας πραχθὲν ἀρχὴ γίνεται πολέμου.* Quae definitio quamvis tantam prae se ferat fidei speciem, ut non grammatica Ammonii mente excogitata sed ipso celeberrimo Ammonis oraculo videatur edita, tamen miror, etiam nostrae aetatis viris doctis eam imposuisse[1]), cum quam sit inepta[2]) vel ex eo appareat, quod quae dicuntur alterius propria eadem non minus cadunt in alterum. An illud *καὶ τὸ παρὰ ταύτας πραχθὲν ἀρχὴ γίνεται πολέμου* minus pertinet ad *σπονδάς, ἃς ἐκ πολέμου συντίθενται πρὸς ἀλλήλους*? porro nonne ea quae continentur verbis *ἃς ἐκ πολέμου συντίθενται πρὸς ἀλλήλους κτλ.* eadem spectant ad *εἰρήνην καὶ φιλίαν*? Ad has causas in sana cogitandi ratione positas accedunt aliae eaeque gravissimae ex usu monumentorum repetitae. Tota grammatici argumentatio refutatur uno exemplari apud Thucydidem tradito, lib. VIII, 37:

> *Ξυνθῆκαι Λακεδαιμονίων καὶ τῶν ξυμμάχων πρὸς βασιλέα Δαρεῖον — καὶ Τισσαφέρνην.*[3])
> *Σπονδὰς εἶναι καὶ φιλίαν κατὰ τάδε κτλ.*

---

vocabulum *ὅρκος* l. l. ('*ὅρκοι,* wofür oben *ὅρκος*'). Ut verbum *σπονδή* nihil nisi libationem sic singularis *ὅρκος* nunquam pactionem, sed semper quo illa sancitur jusjurandum significat. Cum autem libatione et jure jurando ab utraque pariter parte peractis rata fieret pactio, factum est ut plurali utriusque vocis numero pactio ipsa posset indicari.

[1]) v. Hermann, gr. Staalt.[5] § 9, 8.

[2]) Ceterum fortasse non Ammonio sed malae loci traditioni culpa tribuenda est.

[3]) Recte monet Steupius l. l. p. 38 ann. 1 post vocem *Τισσαφέρνην* gravius esse interpungendum, cum verba illa tituli praescriptio sint intellegenda. Similes praescriptiones exstant ex. c. C. I. Att. II, 6 (Dittbg. 51), Mitteil. II p. 197 (Dittbg. 85). Tamen titulus Macedonicus supra exscriptus docet, etiam in litterarum tenore verba illa potuisse scripta esse.

Voces videmus quae sunt *συνθῆκαι* et *σπονδαί* minime inter se discrepare, sed eam potius inter haec vocabula intercedere rationem, ut illud in universum pactionem, hoc peculiare pactionum genus indicet. Immo id quod supra de latiore nonnullorum verborum significatione statuimus ita supplendum est, ut voce *συνθῆκαι* — atque idem ad vocem *ὅρκοι* pertinet — per se certum aliquod dici posse pactionum genus omnino negemus; qua de causa ubicunque hoc verbum monumento alicui superscriptum invenimus, additur alia qua genus pactionis significetur notio, ut in documento supra allata vox *σπονδαί*. Sic in capite tituli Macedonici, ed. H. Sauppe, Inscriptiones Macedonicae quatuor p. 15 n. 2 (Dittbg. 60) scriptum legimus:

Συνθῆκαι πρὸς Ἀμύνταν τὸν Ἐρριδαίο[υ].
Συνθῆκαι Ἀμύντᾳ τῷ Ἐρριδαίου καὶ Χαλκιδεῦσι·
συμμάχους εἶν[αι] *ἀλλήλοισι κτλ.*

Hic quidem generale illud *συνθῆκαι* accuratius definitur verbis quae proxime secuntur *συμμάχους εἶναι ἀλλήλοις*, ut armorum societatem esse intellegendam cognoscamus. Ubi autem omittitur ejusmodi notio, ut in documento quod exstat apud Thucydidem, lib. VIII, 58: — *ξυνθῆκαι ἐγένοντο ἐν Μαιάνδρου πεδίῳ κτλ.* nisi ipso tituli argumento quanam de re agatur intellegi nequit.

Alia definitio invenitur apud Andocidem, de pace § 11: *εἰρήνην μὲν γὰρ ἐξ ἴσου ποιοῦνται πρὸς ἀλλήλους ὁμολογήσαντες περὶ ὧν ἂν διαφέρωνται· σπονδὰς δέ, ὅταν κρατήσωσι κατὰ τὸν πόλεμον, οἱ κρείττους τοῖς ἥττοσιν ἐξ ἐπιταγμάτων ποιοῦνται κτλ.* Cum vero constet, sicut in fabulis comicorum poetarum convertendis ad res gestas indagandas ita in oratorum operibus, non solum dico eorum, qui ob ipsam naturam atque mores ut Aeschines minus quibus fides habeatur digni videantur sed etiam apud Demosthenem valde esse cavendum, ne ea quae ab illis ad delectandos, ab his ad eorum qui audiant animos sibi conciliandos audacter et confidenter fingantur, meram accipiamus veritatem, tum ne vitio quidem tribuendum est, si in iis praesertim rebus, quae neque ad personas quasdam spectent calumniandas neque ad res gestas commutandas deformandasque, non accuratam nostrae aetatis sequantur virorum doctorum rationem, sed quo modo rei de qua agatur

personisque apud quas loquantur maxime conveniens videatur ita verba instituant. Sic proposito loco Andocideo rem se habere videor mihi probaturus. Ad commendandam enim pacem orator cum se demonstrasse dicat, omnes eas quae usque ad illud tempus factae essent ab Atheniensibus pacis pactiones, magno semper populo fuisse emolumento, oppositum sibi fingit novissimum Atheniensium cum Lacedaemoniis pactum; ex quo tantum abesse ut aliquid utilitatis rei publicae exstiterit, ut regno populari soluto triginta illi urbi tyranni impositi multique boni cives mortifero damnati sint poculo. Quam exceptionem Andocides ita refellere studet, ut illud quod adversarii proponant pacem (*εἰρήνη*) dici posse omnino neget, sed potius pactionem (*σπονδαί*) fuisse contendat a victoribus victis vi inculcatam. Quod argumentum per se satis infirmum ut auribus eorum qui adsint quam maxime probetur, duabus utitur orator vocibus acute subtiliterque inter se distinctis; cui distinctioni aliquantum sane praebuit adjumenti illud, quod vox *εἰρήνη* nihil significare poterat nisi 'pax', contra vocabulum *σπονδαί* latiorem in cotidiano hominum usu habuisse vim supra vidimus. Ceterum ipse orator illa definitione quam non confisus sit vel ex eo elucet, quod, ubi iterum notiones illas inter se opponat (§ 12), minime satis habet simplici uti voce *σπονδαί*, sed ad explicandum quomodo intellectum velit vocabulum ipsa verba ex definitione antea facta repetit: *τότε μὲν οὖν σπονδαὶ κατ᾽ ἀνάγκην ἐξ ἐπιταγμάτων ἐγένοντο, νῦν δὲ περὶ εἰρήνης βουλεύεσθε.* Neque non quantum valeat apud eum qui invenit definitio illud docet, quod § 4 verba quae sunt *εἰρήνη* et *σπονδαί* sine discrimine inter se commutantur: *καὶ τότε ἡμῖν εἰρήνη ἐγένετο πρὸς Λακεδαιμονίους ἔτη πεντήκοντα, καὶ ἐνεμείναμεν ἀμφότεροι ταύταις ταῖς σπονδαῖς ἔτη τριακαίδεκα.* Quare cum minimam per se verisimilitudinis speciem prae se ferat Andocidis definitio, tum ne re quidem eam probari recte jam demonstravit Schoemannus, Antiqu. jur. publ. p. 373, 10 ann., neque jure apud K. F. Hermannum, gr. Staalt.[5] § 9, 8 definitioni illi aliquid veri tribuitur, cum illud quidem concedendum esse dicatur, vocem *εἰρήνη* pacem aequa utriusque partis voluntate factam, contra vocabulum *σπονδαί* armorum quietem significare invitis magis iis inter quos conveniat compositam tamque diu

quam opus sit observatam. Neque tamen ea quam Schoemannus ipse l. l. profert explicatio ferri potest, cum verum discrimen hoc esse contendat, ut vox *σπονδαί* de quovis foedere, etiam de paucorum dierum indutiis, vocabulum *εἰρήνη* autem de pace in longius tempus facta usurpetur.

Omnes hae virorum doctorum definitiones uno laborant ad irritumque cadunt vitio neglecti discriminis, quod intercedit in adhibendis his vocabulis inter scriptorum usum ad tempora atque personas valde diversum et qui vix firmam sequatur rationem et titulorum constantissimum facillimeque perspicuum. Res autem ut breviter dicam vere ita se habet, ut vox *εἰρήνη* **usque ad quarti saeculi fere initium ad pactionem quae pace contineatur proprie significandam in publicis titulis omnino non usurpetur, sed semper vox** ***σπονδαί***, immo ne quarti saeculi quidem certa exstant exempla i. e. publica monumenta, in quibus vocabulum *εἰρήνη* illa ratione adhibitum inveniatur. Tamen ex eo quod et Xenophon plerumque (Hell. II, 2, 20; VI, 2, 1; 3, 18; VII, 4, 10) et oratores scriptoresque posterioris quidem temporis de suae aetatis pacibus semper voce *εἰρήνη* utuntur, colligere licet, vulgarem usum etiam in publicum paullatim transisse, et iis locis ubi verbum *σπονδαί* occurrit pristina intellegenda est significatione. Sic Demosthenes de Philocratis quae dicitur pace, quam ex multis aliis apud oratores locis ad documenti pretium accedentibus voce quae est *εἰρήνη* appellatam scimus, ipse hanc adhibet significationem, ex. c. ubi de accepta ea Atheniensium contione verba facit, XIX, 57: *η μὲν τοίνυν εἰρήνη ἐλαφηβολιῶνος ἐνάτῃ ἐπὶ δέκα ἐγένετο,* cum paullo post § 59: *ταύτῃ ἐγίγνονθ' αἱ σπονδαί* et § 60: *ἀφ' οὗ γεγόνασιν αἱ σπονδαί* non ad ipsam pacem sed ad caerimoniam, qua a Philippi parte rata facta sit pax respiciat; quae caerimonia alias non minus recte verbo *ὅρκοι* notatur, ut § 158: *ἐνταῦθ' ἐγίγνοντο οἱ ὅρκοι.* Primum publicarum litterarum exemplum in quo vox *εἰρήνη* propria significatio adhibetur et quod fere limes novi usus statui possit, est epistula illa regis Persarum, quae quasi deus ex machina in Graecorum populorum theatri scaenam rebus turbulentissimis repletam est demissa, in qua scriptum legimus, Xen. Hell. V, 1, 31: *ὁπότεροι δὲ ταύτην τὴν εἰρήνην μὴ*

δέχονται κτλ.[1]) Sic etiam in tenore tituli quo foedus Atheniensium cum Chiis ictum continetur (Mitteill. II p. 138, Dittbg. 59) de Antalcidae pace semper vox *εἰρήνη* adhibita est (vv. 5. 12. 17). Nondum tamen constantem fuisse hunc usum idem exemplum praeclare demonstrat, cum in aliis publicis litteris apud Xenophontem traditis pax illa non voce *εἰρήνη* sed voce *σπονδαί* appellata sit, Hell. VI, 5, 2: *ἐμμενῶ ταῖς σπονδαῖς ἃς βασιλεὺς κατέπεμψε* cf. V, 1, 33: *Θηβαῖοι δ' εἰς τὰς σπον-*

[1]) De hujus pacis significatione Koehlerus, Mitteill. I (1876) p. 15 ann. sic statuit, ut dicat, '*ἡ ἐπ' Ἀνταλκίδου εἰρήνη καλουμένη*' vulgarem, '*ἡ βασιλέως εἰρήνη*' aut '*εἰρήνη ἣν βασιλεὺς κατέπεμψεν*' publicam appellationem fuisse videri. In universum hoc virum doctissimum recte disputasse puto (cf. tamen quae supra exposuimus) et utriusque significationis cum Koehlerus locos ubi exstant non indicaverit nonnulla afferam exempla. Publica significatio invenitur Xen. Hell. V, 1, 30: *παρεῖναι τοὺς βουλομένους ὑπακοῦσαι ἣν βασιλεὺς εἰρήνην καταπέμποι.* ibid. § 35: *ἐμμενεῖν τῇ εἰρήνῃ, ἣν κατέπεμψε βασιλεύς.* ibid. § 36: *προστάται γὰρ γενόμενοι τῆς ὑπὸ βασιλέως καταπεμφθείσης εἰρήνης.* lib. VI, 5: *ὅσαι βούλοιντο τῆς εἰρήνης μετέχειν, ἣν βασιλεὺς κατέπεμψεν.* cf. Isocr. VII, 81: *ὡς δὲ βασιλεὺς ἔχει πρὸς ἡμᾶς, ἐκ τῶν ἐπιστολῶν ὧν ἔπεμψεν ἐδήλωσεν.* Vulgaris appellatio exstat ex. c. Xen. Hell. V, 1, 36: *ἐκ τῆς ἐπ' Ἀνταλκίδου εἰρήνης καλουμένης* (hoc primo loco haec significatio occurrit). Demosth. XX, 54: *εἰρήνη μετὰ ταῦτ' ἐγένετο ἡ ἐπὶ Ἀνταλκίδου.* Theopomp. fragm. 111 (Müller): *τὴν ἐπὶ Ἀνταλκίδου ἔθεντο εἰρήνην.* Polyb. I, 6, 2: *τὴν ἐπὶ Ἀνταλκίδου λεγομένην εἰρήνην.* lib. IV, 27, 5: *κατὰ τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδου γενομένην εἰρήνην* item lib. VI, 49, 5. — In eadem annotatione Koehlerus dicit, post pugnam ad Chaeroneam factam, cum Antalcidae pax in oblivionem venisset, ejus locum communem quae dicatur pacem (*ἡ κοινὴ εἰρήνη*) obtinuisse; qua de causa titulum C. I. G. 1118 Argis repertum, sed attica dialecto confectum (v. quae exposuit Dittenbergerus, Hermes VII p. 67) cum *ἡ κοινὴ εἰρήνη* in eo commemoretur (vss. 2. 5) non ad Antalcidae pacem, ut statuit Boeckhius et qui eum secuti sunt, refeferendum, sed intra ol. 108, 1/109, 1 (338/334) ponendum esse. Haec tamen causa num sufficiat dubitaverim, cum etiam Antalcidae pacem locutione quae est *ἡ κοινὴ εἰρήνη* appellatam esse ex his Diodori locis colligam: lib. XV, 5: *προϋπαρχούσης τοῖς Ἕλλησι κοινῆς εἰρήνης τῆς ἐπὶ Ἀνταλκίδου* ibid. § 3: *φυλάξαντες τὰς κοινὰς σπονδάς* § 4: *παραβαίνειν τὰς κοινὰς συνθήκας* c. 19: *παρὰ τὰς κοινὰς συνθήκας τὰς ἐπ' Ἀνταλκίδου γενομένας.* Itaque, nisi aliae exstant causae, quas equidem nullas video, in Boeckhii temporis determinatione acquiescendum esse videtur.

δὰς εἰσελθεῖν ἠναγκάσθησαν. — Duo tantum praeterea proferre possum exempla publicis monumentis exhibita eaque inferioris demum aetatis, in quibus vox εἰρήνη propria inveniatur pactionis appellatio, alterum foederis inter Byzantios et Prusiam regem Bithyniae extremo saeculo tertio facti, Polyb. IV, 52, 6: εἶναι Προυσίᾳ καὶ Βυζαντίοις εἰρήνην καὶ φιλίαν κτλ., alterum Astypalaeensium cum Romanis extremo saeculo secundo icti, C. I. G. 2485: εἰρήνη καὶ φιλία καὶ ξυμμαχία.

Causa autem cur vocabulum εἰρήνη ea de qua agitur ratione adhibitum prioribus quidem temporibus a publicis titulis plane abhorreat ea est habenda, quod illud proprie pacem indicat reapse exstantem, ut millies voci πόλεμος opposita inveniatur, contra vocabulum σπονδαί pacem lege inter complures partes compositam significat. Hanc veram esse quae inter duo illa verba intercedat rationem cognoscere licet ex enuntiatis ut sunt Thuc. IV, 19: Λακεδαιμόνιοι δὲ ὑμᾶς προκαλοῦνται ἐς σπονδὰς καὶ διάλυσιν πολέμου, διδόντες μὲν εἰρήνην καὶ φιλίαν κτλ. lib. V, 59, 5: καὶ τὸ λοιπὸν εἰρήνην ἄγειν σπονδὰς ποιησαμένους Diod. XV, 29, 5: τοῖς δὲ Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς Ἀθηναίοις σπονδὰς πεποιημένοις ἐν τοῖς ἐπάνω χρόνοις συνέβαινε μένειν τὴν εἰρήνην μέχρι τῶνδε τῶν καιρῶν (ubi vox σπονδαί ad Antalcidae pacem spectat). Deinde vulgari ut fieri solet hominum usu pristino discrimine abolito etiam vox εἰρήνη de pacis pactionibus adhibita est; quae res nihil habet momenti ad propriam utriusque verbi constituendam vim, nec recte fecit Schoemannus, quod gr. Altert.[3] II p. 19 ann. 5 vocis εἰρήνη definitionem post alteram quam supra commemoravimus ab eo prolatam eam ob causam in dubitationem vocavit, quod apud Herodotum, lib. VII, 148 legitur: τριήκοντα ἔτεα εἰρήνην σπεισάμενοι Λακεδαιμονίοισι. Qui locus ad id modo demonstrandum idoneus est, jam Herodotum a recto et qui in monumentis solus valeret verbi εἰρήνη usu recessisse (cf. tamen ibid. § 149: σπονδὰς γενέσθαι τριηκοντοέτιδας) neque plus habet auctoritatis quam loci Andocidei III, 6 ubi de pace illa triginta annorum inter Athenienses et Lacedaemonios facta verba exstant: εἰρήνην ἐποίησαν πρὸς Λακεδαιμονίους ἔτη τριάκοντα et § 8 de Niciae pace: τὴν εἰρήνην ἐποιησάμεθα, ἣν ἡμῖν Νικίας ὁ Νικηράτου κατειργάσατο, cum utramque

pactionem in titulis non verbo εἰρήνη sed vocabulo σπονδαί significatas esse ex Thucydide cognitum habeamus. Eodem modo Diodorus, lib. XII, 60, 3 de centum annorum pace inter Acarnanes et Ambraciotas composita vocem εἰρήνη adhibet (συνέθεντο τὴν εἰρήνην ἔτη ἑκατόν) contra Thucydidem, lib. III, 114, 3, ubi vocabulum σπονδαί positum est, et s. s.

Sed dicat quispiam, omnibus iis locis ubi verbum σπονδαί in publicis monumentis occurrat non eam id habere significationem quae sit 'pax' sed omnino indicare 'pactionem' moneatque ad confirmandam sententiam suam, certum semper intra quod pactum auctoritatem habeat definiri temporis spatium, ut vocis σπονδαί notio propius accedat ad illam quae est 'indutiae'. Tota haec quaestio, quandoquidem quid quaeque pactio sibi velit ex ipsis condicionibus intellegitur, etsi levioris momenti est et quodam modo ad verborum altercationem spectat, cum nos quidem alius linguae homines summo labore et vix plane varias et eas subtiliter distinctas cogitandi rationes persequi possimus, quibus Graeci in iisdem verbis hoc illo momento adhibendis utebantur, tamen quid sentiam de hac re breviter exponam, et sunt sane, quae ad explanandam difficultatem illam in diversis ejusdem vocabuli notionibus positam possint afferri.

Ipsa vox σπονδαί, quam militarium indutiarum propriam fuisse vidimus, certaque temporis definitio probabile facit, pacis pactiones inter civitates initas ex militaribus indutiis, quippe quae antiquissimis temporibus solae exstitisse putandae sint, originem duxisse ab iisque appellationem quae est σπονδαί mutuatas esse; qua de causa illa priorum temporum usque ad medium fere quintum saeculum pacta vere non paces sed armorum quietes intellegendae et vox σπονδαί indutiarum significatione accipienda est.[1])

---

[1]) Haec sententia aliquo modo confirmatur usu Romanorum, qui cum ipsi in definitum tempus paces fecerint ad significandas eas non vocem 'pax' sed vocabulum 'indutiae' adhibuerint, ex. c. Liv. (ed. Weissenborn) lib. VIII, 37, 2: indutias annuas ab urbe rettulerunt; item IX, 41, 6. — IX, 20, 3: indutiae biennii impetratae; item X, 5, 12. — V, 32, 5: in viginti annos indutiae datae. IX, 37, 12: indutias in triginta annos impetraverunt. VII, 22, 6: (indutias) in quadraginta annos impetraverunt; item IX, 41, 5. — I, 15, 5: in centum annos indutiae datae; item VII, 20, 8.

Nihil igitur inter longius breviusve temporis spatium interest judiciique est prorsus ad arbitrium facti, si nostram secuti cogitandi rationem, ut his exemplis utar, in quinque annorum pactione ol. 82, 2 (451) a Lacedaemoniis cum Atheniensibus confecta notionem quae est 'indutiae', in triginta annorum pacto inter easdem civitates ol. 83, 4 (445) composito appellationem quae est 'pax' adhibeamus, cum communi utramque pactionem voce *σπονδαί* in titulis significatas esse ex Thucydide (lib. I, 112. 115) haud dubie sciamus. Tamen cum volgari jam diu sermone pristina vocis *εἰρήνη* vis coepta esset neglegi, in titulis cum constantia et obstinatione quadam ratio ejus haberetur, verbi *σπονδαί* notionem praevalente cognatae vocis *εἰρήνη* usu paullatim ad significationem vocabulo *εἰρήνη* similem transisse facile est intellectu. Atque hercle per sane mirum videretur, cum in contionibus, in principum civitatis colloquiis, in legatorum disceptationibus de eo semper quod est *εἰρήνη* ageretur, acta publica si ipsa non pacem sed pactionem modo vel indutias poterant significare. Sic in litteris illis indutiarum ab Atheniensibus cum Lacedaemoniis factarum constituitur, Thuc. IV, 118, 14: *ἐκκλησίαν δὲ ποιήσαντας τοὺς στρατηγοὺς καὶ τοὺς πρυτάνεις πρῶτον περὶ τῆς εἰρήνης βουλεύσασθαι Ἀθηναίους*, cum in ejus de qua agitur pacis instrumento (lib. V, 18, 1) non vox *εἰρήνη* sed verbum *σπονδαί* adhibitum sit. Accedit quod titulorum loci, ut Thuc. V, 47, 11: *τὰς δὲ ξυνθήκας τὰς περὶ τῶν σπονδῶν κτλ.* et lib. VIII, 37 1: *Ξυνθῆκαι Λακεδαιμονίων — σπονδὰς εἶναι καὶ φιλίαν* satis demonstrant, vocem *σπονδαί*, cum vocabulo *ξυνθῆκαι* non apposita sed supposita sit, non solum omnino pactioni significandae, sed etiam peculiari pactionum generi i. e. paci posse inservire. Gravissima denique quam jam supra perstrinximus causa qua vocis *σπονδαί* notio ad eam quae est *εἰρήνη* aspirans probetur inde sumitur, quod vocabulum *ἐκεχειρία*, documento exhibitum, discrimen inter indutiarum et pacis notiones posteris quidem temporibus factum esse ostendit; qua distinctione tum demum opus fuisse apparet, cum vox *σπονδαί* alium habere potuit intellectum quam qui est 'indutiae' nempe 'pax'. Neque apud scriptores vestigia desunt similis vel ejusdem utriusque verbi significationis, ut altera possit altera commutari, ex. c.

Thuc. IV, 21: *οἱ μὲν οὖν Λακεδαιμόνιοι τοσαῦτα εἶπον, νομίζοντες τοὺς Ἀθηναίους ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ σπονδῶν μὲν ἐπιθυμεῖν, σφῶν δὲ ἐναντιουμένων κωλύεσθαι, διδομένης δὲ εἰρήνης ἀσμένους δέξεσθαι κτλ.*, ubi prius illud *σπονδῶν* postea voce *εἰρήνη* nullo vides discrimine excipi.

Haec quae de verborum *σπονδαί* et *εἰρήνη* usu statui, quamquam in universum recte me disputasse opinor, tamen ut supra annuimus uno quoque loco praesertim scriptorum quae vocis *σπονδαί* significatio praevaleat, latiorne pactionis, an angustior indutiarum an denique pacis certo non semper posse decerni judicio libenter concedo.

Sequitur ut de temporis spatio, quo pacis pactiones circumscriptae sunt, nonnulla dicamus, et utile erit quae habemus definiti temporis pacta tradita hac tabella proponere.

Annus pactionis	Civitates paciscentes	Definitum pacis spatium	Locus testimonii
Ol. 82, 2 (451)	Lacedaemonii — Athenienses	5 a.	Thuc. I, 112.
Ol. 82, 3 (450)	Lacedaemonii — Argivi	30 „	Thuc. V, 14, 4.
Ol. 83, 4 (445)	Lacedaemonii — Athenienses	30 „	Thuc. I, 115.
Ol. 88, 3 (426)	Acarnanes, Amphilochi — Ambraciotae	100 „	Thuc. III, 114, 3
Ol. 89, 3 (421)	Lacedaemonii — Athenienses	50 „	Thuc. V, 18.
Ol. 89, 4 (420)	Athenienses — Argivi, Mantinenses, Elei	100 „	Thuc. V, 47.
Ol. 90, 3 (418)	Lacedaemonii — Argivi	50 „	Thuc. V, 79. (cf. V, 41, 2).
„ „ „	Lacedaemonii — Mantinenses	30 „	Xen. Hell. V, 2, 2.

Causam nobis quaerentibus, qua commoti Graeci prioribus quidem temporibus pacis pactiones non in aeternum sed in finitum aliquod tempus pepigerint, adest locus Demosthenicus, d. f. l. (XIX) § 55, ubi orator Philocratis quae dicitur pacis clausulam quae continetur additamento '*καὶ τοῖς ἐκγόνοις*' vituperat his usus verbis: *τὸ γὰρ πρὸς ἄνδρα θνητὸν καὶ διὰ καιρούς τινας ἰσχύοντα γράφοντας εἰρήνην ἀθάνατον συνθέσθαι τὴν κατὰ τῆς πόλεως αἰσχύνην, καὶ ἀποστερῆσαι μὴ μόνον τῶν ἄλλων ἀλλὰ καὶ τῶν παρὰ τῆς τύχης εὐεργεσιῶν τὴν πόλιν, καὶ τοσαύτῃ περιουσίᾳ χρήσασθαι ὥστε μὴ*

μόνον τοὺς ὄντας Ἀθηναίους ἀλλὰ καὶ τοὺς ὕστερόν ποτε μέλλοντας ἔσεσθαι πάντας ἠδικηκέναι, πῶς οὐχὶ πάνδεινόν ἐστι; Posterorum igitur respectum dicit Demosthenes postulare, ne in longius perpetuumve tempus ineantur pactiones, quippe cum his quamvis turpiter factis non solum auctores et praesentes homines teneantur sed etiam ii, quibus invitis ac ne scientibus quidem sint compositae. Quam liberorum rationem in publicis rebus gerendis a Graecorum cogitatione non alienam fuisse alius doceat locus Xenophonteus, lib. VII, 4, 34. Bello enim inter Arcades et Eleos ol. 103, 3 (365) orto, cum Arcades Olympiae Jovis templo potiti sacris opibus mercedis loco uterentur, sociorum primum Mantinenses, deinde etiam alii ejus facinoris societatem reiiciebant repellebantque, ὡς οὐ χρὴ τοῖς ἱεροῖς χρήμασι χρῆσθαι οὐδὲ καταλιπεῖν εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον τοῖς παισὶν ἔγκλημα τοῦτο πρὸς τοὺς θεούς. Tamen neminem fugit ut hic ita illic de foedis quibusdam agi factis, qua re illud non explicatur, cur pacis pactiones quae non iniquis sed aequis condicionibus compositae nullis aspersae essent dedecoris ignominiaeque ad posteritatem maculis, ne eae quidem in perpetuum sed in definitum tempus pactae sint. Accedit quod, ut ex tabella cognoscere licet, temporis spatia ad tantum plerumque numerum sunt relata, ut causa in posterorum respectu posita plane ad irritum cadat.[1]) Alia igitur quaerenda est neque difficilis inventu. Ut pacis supra vidimus foedera inter civitates inita nomen ex militaribus assumpsisse indutiis sic etiam quantum ad formam attineat illarum exemplo ea efficta esse contenderim. Quam rem non casu aliquo factam sed ex tota indole cogitandique ratione non dicam Graecorum solum sed omnium omnino populorum[2]) vita atque victu nondum satis excultorum expolitorumque intellegendum esse existumo. Nam etiamsi Graecorum gentibus ne antiquissimis quidem temporibus jura quaedam ad mutuum populorum inter se commercium pertinentia deessent, non tam scriptis legibus constituta quam temporum hominumque usu orta et communi

---

[1]) Cum Schoemanno igitur facere nequeo, qui (gr. Altert.[3] II p. 18) ex verbis Demosthenis in universum causam definiti pacis temporis repetit.

[2]) De eodem Romanorum usu v. exempla p. 26 ann. allata.

potissimum religione sancta[1]), tamen non tam late ea patuisse pro certo sit, ut universa et legitima exstaret pax, quam non liceret nisi gravissimis causis interrumpere, sed potius, si quidem, re ipsa quies amorum fuit, quam quisque tam diu servare studebat quam diu voluntas et utilitas recipiebant. Pax igitur certis condicionibus sollemnibusque facta et firmata non ad translaticium vitae morem usitatumque rerum statum sed ad novam quandam rationem videbatur exceptionemque spectare, ut sine temporum limitatione eam componere ab hominum cogitatione plane abhorreret. Quae cum ita essent non paces sed indutiarum pactiones facere solebant, et ipsa haec temporis saepe permagni definitio cum per se supervacanea esset, quippe cum non ita accipi posset, ut post circumacta pacti tempora utique bellum deberet renovari, tum pacem statim ab initio faciebat suspiciosam. Nec mirum est, nam partes pacti ad tempus facti sibi consciae altera alteram ne quid condicionum intra hoc spatium laederet diligentissime speculabantur et custodiebant, si opus videbatur, monere, flagitare, arma intentare, neglegentibus inferre itaque bellum vel exigua causa vehementius quam antea exardescit.[2]) Res Graecorum gestae satis superque quid valuerint numeri illi docent neque exempla afferre necesse habeo.[3])

Non tamen semper usus ille definiendi temporis permansit, quamquam certum ex quo evanuerit finem statui non posse consentaneum est. Ne in ea quidem re scriptoribus semper fidem esse habendam, ut si apud eos de temporis definitione mentio non fiat eam vere non factam esse colligamus, ex eo efficitur, quod pacem inter Lacedaemonios et Mantinenses ol. 90, 3 (418) factam triginta annorum fuisse e Xenophonte (lib. V, 2, 2) constat, cum Thucydidis (lib. V, 81) simpliciter narret: *οἱ Μαντινῆς — ξυνέβησαν καὶ αὐτοὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις*. Pacis pactionem in aeternum confectam a quinti saeculi hominum cogitatione non alienam fuisse testimonio sint Hermocratis verba, Thuc. IV, 63, 1: *καὶ αὐτοὶ μάλιστα μὲν ἐς ἀίδιον ξυμβῶμεν, εἰ δὲ μὴ χρόνον ὡς πλεῖστον σπεισάμενοι τὰς ἰδίας διαφορὰς ἐς*

[1]) cf. Schoemann l. l. p. 3 sqq.; Hermann, gr. Stsalt.[5] § 9.
[2]) cf. Drumann, Ideen z. Gesch. d. Verfalls d. griech. Staaten p. 209.
[3]) v. Schoemann l. l. p. 19.

αὖθις ἀναβαλούμεθα. Extremo igitur quinto saeculo fere verisimile est pacis pacta ita fieri coepta esse, ut aut in perpetuum componerentur [1]) — hic quidem modus non minus ineptus quam circumscribendi temporis — aut omnino nihil de spatio statueretur, atque haec nostro quidem judicio sola sana existimanda est ratio, tum praesertim, si pactio non ex aequo facta est, cum videlicet nec victoris interesset, victoriae fructus praestituto temporis modo imminui, neque eorum qui devicti erant, praesentem rei publicae statum in omnem aetatem lege concedi sancirique. Nec tamen pacium in perpetuum initarum prioribus quidem temporibus certa exstant exempla, cum Xenophon quotiescumque de ejusmodi foederibus verba facit (libb. II, 2, 20; VI, 2; 3, 18; VII, 4, 10) nihil de temporis spatio addat, ex quo tamen, ut supra diximus, omnia ea ad incertum tempus juncta esse non licet colligere. Tertii demum saeculi eadem proferre habeo foedera, quae antea ad illustrandum verbi εἰρήνη usum attuli, Polyb. IV, 52, 6: εἶναι Προυσίᾳ καὶ Βυζαντίοις εἰρήνην καὶ φιλίαν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον, eademque ratione supplendum puto C. I. G. 2485: εἰρήνη καὶ φιλία καὶ ξυμμαχία [εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον].[2])

Videmus igitur iisdem fere temporibus, quibus vox εἰρήνη in publicas litteras irrepserit, annorum definitionem omitti coeptam esse; qua de causa aliquid veri habet Schoemanni definitio, Gr. Altert.[3] II p. 19 ann. 5: vocabulum εἰρήνη pacis pactionem incerti (add. vel perpetui), vocem σπονδαί definiti indicare temporis; sed hoc discrimen non in propria utriusque vocis significatione sed in vario temporum usu positum est.

Excipienda sunt ex iis quae disputavimus pacis foedera cum tyrannis regibusque juncta, in quibus longius vel perpetuum pacti tempus ita constitui solebat, ut etiam liberi tyrannorum

---

[1]) Quod Andocides III, 29 ad Cimonis quae dicitur pacem spectans dicit: σπονδὰς ποιησάμενοι καὶ συνθέμενοι φιλίαν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον, nullum his verbis pretium tribuendum est, cum pacem jure legibusque sanctam inter Athenienses et Persas omnino non factam esse simillimum veri est; v. Curtius, gr. Gesch.[5] II p. 840 ann. 100.

[2]) Corrigendum igitur est, quod Schoemannus l. l. pp. 6. 18 exposuit: paces apud Graecos non in perpetuum esse factas.

eodem foedere tenerentur, ut Thuc. VIII, 37: *Ξυνθῆκαι — πρὸς βασιλέα Δαρεῖον καὶ τοὺς παῖδας τοὺς βασιλέως*. C. I. Att. II, 52 (Dittbg. 73) v. 10 sqq.: *εἶ[ναι δὲ συμμάχους αὐτὸν* (sc. *Διονύσιον*) *κα]ὶ τοὺς ἐκγόνους [τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων ἐ]ς [τ]ὸν ἀεὶ χρόνον.*[1]) Demosth. XIX, 48: *εἰρήνην εἶναι τὴν αὐτὴν ἥνπερ Φιλίππῳ καὶ τοῖς ἐκγόνοις*. cf. § 54. VI, 31 et s.

Adhibebatur autem certa qua pacis pactio continebatur formula, cujus exempla apud Thucydidem alibique tradita affero haec:

1. Thuc. V, 18, 4: *ὅπλα δὲ μὴ ἐξέσθω ἐπιφέρειν ἐπὶ πημονῇ μήτε Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους ἐπὶ Ἀθηναίους καὶ τοὺς ξυμμάχους μήτε Ἀθηναίους καὶ τοὺς ξυμμάχους ἐπὶ Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους, μήτε τέχνῃ μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ.*[2])

ibid. § 5: *ὅπλα δὲ μὴ ἐξέσθω ἐπιφέρειν Ἀθηναίους μηδὲ τοὺς ξυμμάχους ἐπὶ κακῷ.*

2. Thuc. V, 47, 2: *ὅπλα δὲ μὴ ἐξέστω ἐπιφέρειν ἐπὶ πημονῇ μήτε Ἀργείους καὶ Ἠλείους καὶ Μαντινέας καὶ τοὺς ξυμμάχους ἐπὶ Ἀθηναίους καὶ τοὺς ξυμμάχους ὧν ἄρχουσιν Ἀθηναῖοι μήτε Ἀθηναίους καὶ τοὺς ξυμμάχους ἐπὶ Ἀργείους καὶ Ἠλείους καὶ Μαντινέας καὶ τοὺς ξυμμάχους, τέχνῃ μηδὲ μηχανῇ μηδεμιᾷ.*

---

[1]) Hoc loco verba *ἐς τὸν ἀεὶ χρόνον,* nisi inani formulae tribuere malis, cum verbis *καὶ τοὺς ἐκγόνους* arte conjungenda sunt; qua constructione sane efficitur collocatio verborum miro modo distorta.

[2]) Haec affirmationis formula saepe occurrit modo plenioribus modo simplicioribus ut supra verbis exhibita. Gravissima formula exstat ex. c. Mitteill. II p. 142 (Dittbg. 79) v. 64: *οὐκ ἐπιτρέψω οὔ[τε τέχνῃ οὔ]τε μηχανῇ οὐδεμιᾷ εἰς τὸν δυνατόν.* C. I. Att. IV, 27 a (Dittbg. 10) v. 21 sq.: *οὐκ ἀπο[σ]τήσομαι ἀπὸ τοῦ [δ]ήμου τοῦ Ἀθηναίων οὔτε τέ[χ]νῃ οὔτε μηχανῇ οὐδεμιᾷ οὐδ' ἔπει οὐδὲ ἔργῳ.* Item C. I. Att. II, 92 (Dittbg. 47) v. 6 sq. Simplicius C. I. G. 3137 (Dittbg. 171) v. 65: *οὐδὲ μεταθήσω — οὔτε τρόπῳ οὔτε μηχανῇ μηδεμιᾷ.* Titulorum Cretensium propriae sunt formulae ut C. I. G. 2555 (Cauer 116) v. 19 sqq.: *οὐ κακοτεχνησῶ — οὔτε λόγῳ οὔτε ἔργῳ οὐδὲ ἄλλῳ ἐπιτραψῶ ἑκὼν καὶ γινώσκων παρευρέσει οὐδεμιᾷ οὐδὲ τρόπῳ οὐδενί.* Hermes IV p. 268 v. 13: *οὐδ' ἄλλῳ ἐπιτραψίω παρευρέσει οὐδεμιᾷ οὐδὲ τρόπῳ οὐδενί.* — C. I. G. 1118 v. 11: *ἐπιχειρήσει μηδεμιᾷ μηδὲ μηχανῇ.* 2008 v. 20: *τέχνῃ ἢ μηχανῇ ὁτεῳοῦν* et s. s.

3. Exemplis proxime allatis usus Kirchhoffius, Philol. XII p. 571 sqq. titulum ad majorem Dionysium pertinentem supplevit, C. I. Att. II, 52 (Dittbg. 73) v. 24 sqq.: ὅπλα [δὲ μὴ ἐξεῖναι ἐπιφέρειν] Δ[ιο]νυσίῳ μηδ[ὲ τοῖς ἐκγόνοις αὐτοῦ ἐπὶ] τ[ὴν] χώραν τὴν Ἀ[θηναίων ἐπὶ πημονῇ μήτε] κ[ατ]ὰ γῆν μήτε κ[ατὰ θάλατταν· μηδὲ Ἀθηναί]ο[ι]ς ἐξεῖναι ὅπ[λα ἐπιφέρειν ἐπὶ Διονύ]σι[ο]ν μηδὲ τοὺς ἐκ[γόνους αὐτοῦ μηδὲ ὅσων ἄ]ρχ[ε]ι Διονύσιος [ἐπὶ πημονῇ μήτε κατὰ γῆν] μ[ή]τε κατὰ θάλα[τταν].

4. Thuc. VIII, 37, 1 sq.: ὁπόση χώρα καὶ πόλεις βασιλέως εἰσὶ Δαρείου ἢ τοῦ πατρὸς ἦσαν ἢ τῶν προγόνων, ἐπὶ ταύτας μὴ ἰέναι ἐπὶ πολέμῳ μηδὲ κακῷ μηδενὶ μήτε Λακεδαιμονίους· μήτε τοὺς ξυμμάχους τοὺς Λακεδαιμονίων μηδὲ Δαρεῖον βασιλέα μηδὲ ὧν βασιλεὺς ἄρχει ἐπὶ Λακεδαιμονίους μηδὲ τοὺς ξυμμάχους ἰέναι ἐπὶ πολέμῳ μηδὲ κακῷ μηδενί.

5. Thuc. VIII, 58, 3: Λακεδαιμονίους δὲ καὶ τοὺς ξυμμάχους μὴ ἰέναι ἐπὶ χώραν τὴν βασιλέως ἐπὶ κακῷ μηδενί, μηδὲ βασιλέα ἐπὶ τὴν Λακεδαιμονίων χώραν μηδὲ τῶν ξυμμάχων ἐπὶ κακῷ μηδενί.

6. Polyb. IV, 52, 6: μὴ στρατεύειν δὲ μήτε Βυζαντίους ἐπὶ Προυσίαν τρόπῳ μηδενὶ μήτε Προυσίαν ἐπὶ Βυζαντίους.

Paulo aliter res se habet Mnemos. I (1852) p. 80 v. 45 sq. et ibid. p. 81 v. 77, ubi singulis alterius civitatis civibus ne contra alteram stipendia mereant formula illa interdicitur.

Non tamen tum solum hanc formulam adhibitam esse, si bellum earum inter quas convenit civitatum praecesserat, elucet exemplis sub nn. 3. 4. 5 allatis, ubi formula illa cum foederis pactione conjuncta nihil nisi id possit indicare, pacis statum usque ad illud tempus reapse inter partes paciscentes exstantem lege constitui atque confirmari. Non ita rem se habere in titulo foederis ab Hierapytniis cum Rhodiis pacti (n. 6) docent quae sequuntur verba p. 80 v. 46: ἢ ἔνοχος ἔσω. τοῖς ἐπιτιμίοις, καθάπερ εἰ ἐπὶ τὰν Ἱεραπυτνίων πόλιν ἐσρατεύετο, χωρὶς ἢ ὅσοι πρὸ τᾶσδε τᾶς συνθήκας ἐξεσρατεύκαντι. item p. 81 v. 78.

Condiciones pacium quamquam ut pactiones crebrae ita valde inter se variae erant, tamen communia quaedam statui possunt principia, quae tribus potissimum continentur formulis. Quarum primam (ἔχειν ἃ εἶχον) exhibet locus Thucydideus idemque sic comparatus, ut simul doceat, additam formulae exceptionem aliquo modo usitatam fuisse, cum non de facta sed de facienda quocumque tempore pace agatur. Ratio autem ea est, ut quae quisque ceperit bello loca, ea restituat, iis exceptis, quae non vi armisque expugnata sed voluntaria deditione in hostium manus tradita sint; quam ob rem Lacedaemoniorum ducem Thucydides narrat imperantibus domi magistratibus magno opere incubuisse, ut Plataeensium civitas sua se sponte in hostium potestatem permitteret, lib. III, 52, 2: ὁ Λακεδαιμόνιος ἄρχων — βίᾳ μὲν οὐκ ἐβούλετο ἑλεῖν· εἰρημένον γὰρ ἦν αὐτῷ ἐκ Λακεδαίμονος, ὅπως, εἰ σπονδαὶ γίγνοιντό ποτε πρὸς Ἀθηναίους καὶ ξυγχωροῖεν ὅσα πολέμῳ χωρία ἔχουσιν ἑκάτεροι ἀποδίδοσθαι, μὴ ἀνάδοτος εἴη ἡ Πλάταια ὡς αὐτῶν ἑκόντων προσχωρησάντων. cf. lib. V, 17, 2. — Eadem condicione triginta annorum pax inter Lacedaemonios et Athenienses facta est, Thuc. I, 115: σπονδὰς ἐποιήσαντο (οἱ Ἀθηναῖοι) — ἀποδόντες Νίσαιαν καὶ Πηγὰς καὶ Τροιζῆνα καὶ Ἀχαΐαν· ταῦτα γὰρ εἶχον Ἀθηναῖοι Πελοποννησίων, et item lib. III, 114, 3: καὶ ἀποδοῦναι Ἀμπρακιώτας ὁπόσα — χωρία — Ἀμφιλόχων ἔχουσι. Formula paulo mutata, quod scriptori tribuendum est, occurrit Diod. XV, 17, 5: ἐγένοντο διαλύσεις, ὥστε ἔχειν ἀμφοτέρους ὧν πρότερον ὑπῆρχον κύριοι. cf. XX, 79, 5.

Duos alios locos, quibus eadem vel similis exhibetur formula et qui haud exiguas praebent difficultates, etsi singula excutere ab hujus scriptiunculae consilio abest, tamen eam ob causam plane praetermittere nolo, quod ipsas ad quas haec commentatio spectat formulas vir doctus in dubium vocavit. Legimus enim apud Thucydidem, ubi de iis, quae ante Niciae pacem inter utramque civitatem ultro citroque agitata sint, verba facit, haec (lib. V, 17, 2): ἀλλήλοις ξυνεχωρεῖτο ὥστε ἃ ἑκάτεροι πολέμῳ ἔσχον ἀποδόντας τὴν εἰρήνην ποιεῖσθαι, Νίσαιαν δ' ἔχειν Ἀθηναίους (ἀνταπαιτούντων γὰρ Πλάταιαν οἱ Θηβαῖοι ἔφασαν οὐ βίᾳ, ἀλλ' ὁμολογίᾳ αὐτῶν

προσχωρησάντων καὶ οὐ προδόντων ἔχειν τὸ χωρίον· καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τῷ αὐτῷ τρόπῳ τὴν Νίσαιαν) κτλ. Thucydidem igitur si auctorem sequimur eadem condicione eademque exceptione, cui a Lacedaemoniis praecautum esse supra vidimus pax vere videtur composita esse. Jam autem haec scriptoris verba et pactionis ipsius constitutiones nonnullis in rebus esse 'pugnantia secum frontibus adversis' nemo non videt vel, ut modestius loquar, vidit Kirchhoffius, vidit Steupius, qui tamen viri docti, quod ad tractandi loci rationem attinet, valde inter se discrepant. Nam cum ille ex discrimine, quod intercedat inter scriptoris narrationem et condiciones documento exhibitas, id modo colligat [1]), Thucydidem prius quam ejus notitiam haberet ea quae antecederent litteris mandasse, hic verba inde ab *ὥστε ἃ ἑκάτεροι* usque ad *τῷ αὐτῷ τρόπῳ τὴν Νίσαιαν* a lectore quodam addita eamque ob causam delenda esse censet: non enim repugnare solum pactionis ea constitutis, quam unam expediri difficultatem causa a Kirchhoffio prolata recte etiam Steupius intellexit (l. l. p. 58), sed ne per se quidem posse tolerari. Qua in re cum viro docto facere nequeo. Nam quod primum Steupius ex forma narrationis suspicionem sibi sumit, quod duo illa facta quae enuntiatis *Νίσαιαν δ' ἔχειν· Ἀθηναίους* et *ἀπαιτούντων γὰρ Πλάταιαν κτλ.* contineantur, alterum alteri sententiarum ratione apponi, non parenthesis loco supponi debuerit, hanc inconcinnitatem ex mala operis condicione, quippe quod conficere atque perpolire scriptor morte impeditus sit, satis explicari excusarique puto: ipsum illud *καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τῷ αὐτῷ τρόπῳ τὴν Νίσαιαν* mira cum brevitate additum commentario a Thucydide instituto tribuendum esse videtur. Altera offensionis causa in argumento posita etiam minus habet momenti: quod Thebani, non Lacedaemonii Plataearum restitutioni ab Atheniensibus postulatae restiterint. Nam cum Plataeae Lacedaemoniis traditae (lib. III, 52), deinde ab his Thebanis in decem annos locatae essent (c. 68, 3: *ἀπεμίσθωσαν ἐπὶ δέκα ἔτη*), tamen nemini ulla unquam, quis vere urbis possessor existimandus esset, dubitatio nasci potuit, ac ne consilium quidem habuisse Lacedaemonios certum est urbem a suis

[1]) Sitzungsb. d. Berl. Acad. 1882 p. 936 sqq.

finibus remotissimam et quae non nisi magno sumptu obtineri posset, in suam recipere possessionem.[1]) Quid mirum, si non Lacedaemonii in re nullius sibi pretii, multae Atheniensibus offensionis, sed Thebani, veteres Atheniensium antagonistae et quibus nemo hoc vitio vertebat, primas susceperunt partes? — Neque illud viro docto concedo, totum hunc locum sine difficultate omitti posse. Verbum *ξυγχωρεῖν* passive et absolute positum per se nihil habere offensionis nemo sanus negabit, sed hic ferri nequit. Locus a Steupio allatus (lib. IV, 64, 3: *οἵ πολεμήσομέν τε, οἶμαι, ὅταν ξυμβῇ, καὶ ξυγχωρησόμεθά γε πάλιν*) plane diversus est: illic non de certa aliqua agitur compositione, sed verba exstant quae ad sententiae vim accedant; hic nemo est quin post illa *πολλὰς δικαιώσεις προενεγκόντων ἀλλήλοις ξυνεχωρεῖτο* quaenam dijudicatio facta sit statim additum iri exspectat. Duo ad haec alia proferre habeo contra Steupium argumenta, quorum alterum illud est, quod locus ille omnino non interpolationi similis videtur. Saepius quidem apud Thucydidem occurrunt interpolationes, sed quae ad pauca fere spectent verba quaeque quo modo ortae sint facile est intellectu. Contra eo de quo agitur loco non cum supervacaneo aliquo additamento ad explicanda ea quae scriptor narrat facto nobis res est, sed novum aliquid affertur, cujus nullam aliunde cognitionem habemus: primum eam faciendae pacis rationem esse propositam *ὥστε ἃ ἑκάτεροι πολέμῳ ἔσχον ἀποδόντας τὴν εἰρήνην ποιεῖσθαι,* quam rem ex pacis instrumento collectam esse vereor ut Steupius opponat. A lectore igitur haec ficta sunt? Sed hoc ipsa res refutat, cum rationem illam minime plane neglectam esse documentum doceat, et Steupius ipse aliquo modo sibi repugnat, cum alio loco (p. 62) ad aliam suspicionem confirmandam dicat, opinionem pacis illa condicione confectae late patuisse videri. Sed unde haec? De caelo non delapsa est! Deinde Nisaeam ab Atheniensibus, Plataeas a Thebanis obtentas esse, hoc quidem ex monumento cum nihil de hac re constituatur aliquo modo effici potest, sed dubito an hoc ex silentio judicium lectori tribuere liceat, et valde profecto miraremur, si nullam Thucydides Plataeensium

---

[1]) cf. etiam quae disputavit Kirchhoffius l. l. p. 925.

potissimum urbis mentionem fecisset. Tertium denique, ut Steupii armis utar, ipsos Thebanos Plataeas petivisse atque id turpissima proposita causa, Athenienses postulationi primum quidem repugnasse, deinde concessa urbis Nisaeae possessione flexos esse — omnia haec lector ille Steupianus somniavit? — Equidem non credo, sed potius consilium urbium armis expugnatarum inter se commutandarum, cum de pace agitari coeptum est, vere initum, in conficienda tamen pactione — quibus ex causis nostra hoc loco nihil refert — non omnibus numeris ad effectum adductum esse; fontem autem, ex quo Thucydides narrationem suam hausit, non ex perfecti pacti notitia sed ex disceptationum cognitione nondum ad finem perductarum fluxisse persuasum habeo.

Sed alterum supra indicavi argumentum, hoc quidem una cum aliis locis tractandum. Ejusdem libri c. 31, 5, ubi controversiae inter Lacedaemonios et Eleos de Lepreo urbe ortae narrantur, scriptum legimus: *οἱ δὲ Ἠλεῖοι νομίζοντες πόλιν σφῶν ἀφεστηκυῖαν δέξασθαι τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ τὴν ξυνθήκην προφέροντες ἐν ᾗ εἴρητο, ἃ ἔχοντες ἐς τὸν Ἀττικὸν πόλεμον καθίσταντό τινες, ταῦτα ἔχοντας καὶ ἐξελθεῖν, ὡς οὐκ ἴσον ἔχοντες ἀφίστανται πρὸς τοὺς Ἀργείους κτλ.* Vides hoc loco eam de qua agitur formulam non ad civitates bellum inter se componentes sed ad res publicas spectare foedere conjunctas. Hanc conventionem, de qua aliunde nihil compertum habemus, brevi ante coeptum bellum Peloponnesiacum inter civitates contra Athenienses foederatas initam esse putat Grote hist. af. Gr. 7 Ch. 55. Quae explicatio, quamquam certis causis adjuvari nequit, tamen videtur simplicissima cuique nihil gravius obstet. Steupius etiam hunc locum, ut qui ab illo quem sibi fingit lectore additus sit, condemnat. Ut de obscuritate taceam, quae sane inest in nuda annotatione scriptoris de pactione nusquam antea commemorata — hoc quidem ex condicione operis non perfecti intellegi posse ne Steupius quidem negat — quod offensionem in re positam esse vir doctus contendit minime mihi persuasit. Cujus ratiocinatio ut breviter exponam haec est (p. 61): si quidem ejusmodi constitutum, quo de suo cuique territorio praestitum sit, inter civitates Peloponnesiacas prius, quam ad bellum Atticum ag-

gressae sunt, convenit, inter eas id leges quibus concilium Peloponnesiacum conditum est nondum exstare potuit, cum autem sine dubio exstiterit, illo tempore factum esse nequit. Quam argumentationem nihil valere pro certo dixerim. Nam ut illud concedam, et libenter concedo, talem condicionem in foedere illo ut constat antiquissimo infuisse, cum praesertim sciamus memoriam ipsis in pactionibus servandis Graecis satis fragilem fuisse invalidamque, quid tandem habet miri, si constitutionem illam eo temporis momento, quod maximarum perturbationum multorumque tumultuum principium fore vix ullus ignoraret quoque concilium Peloponnesiacum gravissimo imminente communi periculo quasi denuo conjungeretur firmioribusque constringeretur vinculis, in memoriam revocatam expressisque verbis renovatam et ad ipsum instans bellum relatam esse videmus? Ceterum per se patet, qua de re Steupius dubitat explicationemque scriptoris desiderat (p. 60), ejus modi constitutum ad socios tantum potuisse pertinere, cum mirae sane fuisset temeritatis et fere amentiae, si Lacedaemonii quamvis summa boni eventus spe elati omnium sociorum possessionem integram ab hoste servandam rite praestitissent. His contra Steupium ex loco per se circumspecto prolatis recurro ad illud quod supra annui argumentum ad totum genus locorum spectans. Adhibendi sunt duo alii loci, de quibus infra planius disputaturus sum, cum hic satis sit monere, ibi quoque formulas quasdam ad foedera spectantes adhiberi: Thuc. V, 39, 3; 46, 2. Jam autem illud quod quatuor loci, quos ex publicis litteris effluxisse ipsa forma videatur indicare, nescio quo casu quoque consilio a lectore interpolati esse dicuntur magnam mihi movet dubitationem, eo magis, quod et opus ipsum ex quo solo illorum temporum cognitionem haurimus non ad perfectionem venisse scimus et — id quod ad extremos potissimum duos locos pertinet — res gestas quae describuntur tam implicitas tamque permixtas fuisse constat, ut multiplices in diesque fere varias quae inter civitates intercedebant rationes vix persequi possimus, isque operam oleamque perdere videtur, qui amissos catenae anulos suis restituere velit viribus. Satis habeat in ejus modi locis ars critica vitia detegere, cum certa ratione sanare nequeat, iis videlicet exceptis, qui aliis quibusvis de causis a scriptore debeant ab-

judicari. Quod neque in priores duos locos cadere probasse mihi videor neque in posteriores spero me infra demonstraturum.

Secunda pacis formula ea est qua constituatur, ut quae quisque jure possideat ea teneat (*τὰ ἑαυτῶν ἔχειν*). Quae condicio quanquam aliquando ad priorem prope accedit vel etiam idem significare potest, tamen multo minus certa stabilique continetur norma. Dicit quidem Hegesippus in oratione de Halonneso insula habita (§ 18): *παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμολογεῖται δίκαιον εἶναι, ἑκατέρους ἔχειν τὰ ἑαυτῶν,* sed ipsum illud, quaenam sint *τὰ ἑαυτῶν* saepe ambigitur; quod tum maxime apparet, si non ab utraque quae contrahunt civitate, sed ab altera victrice de justa alterius possessione judicium fit. Plerumque tamen justa ea concessa est possessio, quorum quisque tempore atque usu proprietatem esset adeptus. De ejus rationis pace ol. 103, 3 (366) a Thebanis cum Corinthiis Phliasiisque inita legitur apud Xenophontem, Hell. VII, 4, 10: *συνεχώρησαν αὐτοῖς καὶ Φλιασίοις καὶ τοῖς ἐλθοῦσι μετ' αὐτῶν εἰς Θήβας τὴν εἰρήνην ἐφ' ᾧτε ἔχειν τὴν ἑαυτῶν ἑκάστους,* et apud Andocidem in oratione de pace habita § 19: *τὴν εἰρήνην εἰσὶν ἕτοιμοι ποιεῖσθαι τὴν ἑαυτῶν ἔχοντες.* — De formula cf. etiam Thuc. V, 79, 1; Diod. XVIII, 56, 4; Polyb. IV, 25, 7; C. I. Att. II, 116 (Dittbg. 107) vs. 14.

Tertia denique quae saepius adhibita est pacis ratio continetur formula *ἔχειν ἃ ἔχουσι,* qua constituitur, ut quae quisque eo ipso tempore quo pax convenit possideat, ea obtineat. Cujus rationis antiquissimum exemplum exstat pax qua Phrynonis quod dicitur bellum compositum est, Herod. V, 95: *Μυτιληναίους δὲ καὶ Ἀθηναίους κατήλλαξε Περίανδρος — ὧδε, νέμεσθαι ἑκατέρους τὴν ἔχουσι.* Atque recte dicas hanc formulam superiori quodam modo oppositam esse, quippe quae non tam ad jus quam ad casum belli spectet quaeque, etiamsi aequi specie conveniat, aut hanc aut illam partem, prout belli fortuna fert, haud dubie ostendat victricem. Ejus rationis pacem Aristotele auctore (Schol. ad Arist. ran. v. 1532) post pugnam apud Arginusas commissam Lacedaemonii Atheniensibus obtulerunt: *μετὰ τὴν ἐν Ἀργινούσαις ναυμαχίαν Λακεδαιμονίων βουλομένων ἐκ Δεκελείας ἀπιέναι ἐφ' οἷς ἔχουσιν ἑκά-*

τεροι, eademque condicione Philocratis pacem pactam esse compertum habemus ex Schol. Dem. VII, 24: *τὸ γὰρ Φιλοκράτους ψήφισμα εἶχεν ἑκατέρους ἃ ἔχουσιν ἔχειν.* Alia ejusmodi exempla exstant Polyb. V, 103, 7: *κελεύσας ἐπὶ τούτοις προτείνειν τὴν εἰρήνην τοῖς Αἰτωλοῖς. ὥστ' ἔχειν ἀμφοτέρους ἃ νῦν ἔχουσιν,* et mutatis verbis Diod. XVI, 4, 4: *πρέσβεις ἀπέστειλε περὶ διαλύσεως, ἐφ' ὅτῳ κυρίους ἀμφοτέρους εἶναι τῶν τότε κυριευομένων πόλεων.* lib. XX, 37, 2: *ὁ δυνάστης (Πτολεμαῖος) πρὸς μὲν Κάσσανδρον εἰρήνην ἐποιήσατο, καθ' ἣν ἑκατέρους ἔδει κυριεύειν τῶν πόλεων ὧν εἶχον.* — Eandem formulam adhibet Andocides de pace ol. 93, 4 (404) inter Lacedaemonios et Athenienses facta, or. III, 12: *Λῆμνον δὲ καὶ Ἴμβρον καὶ Σκῦρον τότε μὲν ἔχειν τοὺς ἔχοντας.*

De formula in indutiarum pactionibus exhibita v. p. 8.

Ac vide aliud praeclarum sophistici artificii exemplum ut ab Andocide in singulis vocibus definiendis sic ab Hermippo in tota formula interpretanda adhibiti. Exstat locus in orationis de Halonneso insula § 26: *καὶ ὅτι μὲν δοὺς τὴν ἐπανόρθωσιν· νῦν ἔξαρνός ἐστιν, ἅπαντες ἴστε, φησὶ δ' Ἀμφίπολιν ἑαυτοῦ εἶναι· ὑμᾶς γὰρ ψηφίσασθαι ἐκείνου εἶναι, ὅτ' ἐψηφίσασθε ἔχειν αὐτὸν ἃ εἶχεν· ὑμεῖς δὲ τὸ μὲν ψήφισμα τοῦτ' ἐψηφίσασθε, οὐ μέντοι γ' ἐκείνου εἶναι Ἀμφίπολιν· ἔστι γὰρ ἔχειν καὶ τἀλλότρια, καὶ οὐχ ἅπαντες οἱ ἔχοντες τὰ ἑαυτῶν ἔχουσιν, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ ἀλλότρια κέκτηνται, ὥστε τοῦτο γε τὸ σοφὸν αὐτοῦ ἠλίθιόν ἐστιν.* Apparet hoc quidem loco non Philippi sed Hegesippi *τὸ σοφὸν ἠλίθιον* esse, cum formulam illam artificiose ita interpretetur, ut ea Amphipolis possessionem regi ab Atheniensibus re solum, non jure concessam esse contendat — mira sane et quae ipso nomine foederis refutetur paciscendi ratio. Contra recte annotat schol. a ad § 24: *τὸ γὰρ Φιλοκράτους ψήφισμα εἶχεν ἑκατέρους ἃ ἔχουσιν ἔχειν· εἶχε δὲ Ἀμφίπολιν ὁ Φίλιππος· οὐκοῦν ἀπώλλυον διὰ τοῦ ψηφίσματος ταύτην.*

Hac in paciscendi ratione omnia consentaneum est in eo posita fuisse, ut pax eodem ab utraque parte tempore sanciretur, ne altera parte jure jurando vincta altera nondum constricta nonnullo tempore intermisso plura quam jure liceret sibi

assumeret. Itaque mos erat, ut legati ad pacem agendam ab altera civitate missi certis condicionibus paciscendi auctoritate essent instructi[1]) et simul acceperunt jus jurandum ipsi pro civitate sua in pacti verba jurarent. Quo facto omnia, quae ab utraque parte post icti foederis tempus capta erant, temporibus a legatis ad hoc missis accurate reputatis restitui solebant. Thuc. IV, 122, 3: *Σκιωναίους δὲ αἰσθόμενος ἐκ λογισμοῦ τῶν ἡμερῶν ὅτι ὕστερον ἀφεστήκοιεν, οὐκ ἔφη ἐνσπόνδους ἔσεσθαι.* Xen. Hell. IV, 4, 1: *Ἰφικράτην καὶ τὰς ναῦς μετεπέμποντο καὶ ὅσα ὕστερον ἔλαβε μετὰ τοὺς ὅρκους τοὺς ἐν Λακεδαίμονι γενομένους, πάντα ἠνάγκασαν ἀποδοῦναι.* Inepta igitur et plane inaudita fuit ratio, qua pax inter Philippum et Athenienses Philocrate auctore facta est, etiam si paciscendi modo per se vel maxime iniquo mala perditorum hominum voluntas non fuisset adjumento.

Pace confecta captivi aliaque quae bello capta erant reddebantur. Thuc. V, 18, 7; 77, 1. Victis nonnumquam a victoribus impensae in bellum factae imponebantur (Diod. XI, 26, 2: *ἐπράξατο δὲ (Γέλων) παρ' αὐτῶν (τῶν Καρχηδονίων) τὰς εἰς τὸν πόλεμον γεγενημένας δαπάνας*), quae si portionibus persolvebantur (Thuc. I, 117, 3: *χρήματα τὰ ἀναλωθέντα κατὰ χρόνους ταξάμενοι ἀποδοῦναι*), dum essent persolutae, obsides dabantur; cf. pacis proposita a Nicia facta Thuc. VII, 83, 2: *εἶναι ἑτοῖμος ὑπὲρ Ἀθηναίων ξυμβῆναι ὅσα ἀνήλωσαν χρήματα Συρακόσιοι ἐς τὸν πόλεμον, ταῦτα ἀποδοῦναι — μέχρι δ' οὗ ἂν τὰ χρήματα ἀποδοθῇ, ἄνδρας δώσειν Ἀθηναίων ὁμήρους, ἕνα κατὰ τάλαντον.*

Quo quisque ordine leges pacti persolveret captaque bello redderet sorti permitti solebat, Thuc. V, 21, 1: *ἔλαχον γὰρ πρότεροι ἀποδιδόναι ἃ εἶχον* c. 35, 3: *τὴν γὰρ Ἀμφίπολιν πρότεροι λαχόντες οἱ Λακεδαιμόνιοι ἀποδιδόναι καὶ τὰ ἄλλα οὐκ ἀποδεδώκεσαν,* et ipsum hoc 'dabo si dederis' aliquid miri habet in pactionibus publica auctoritate sanctis quamque suspiciosa mente statim ab initio ejus modi foedera accepta sint praeclare demonstrat.

---

[1]) v. Thuc. IV, 118, 9, ubi legendum est: *ᾗπερ καὶ ὑμεῖς ἡμᾶς ἐκελεύετε* v. Kirchhoff, Monatsb. d. Berl. Acad. 1880 p. 842; Steup l. l. p. 4 ann.

Ceterum aliquando paces arbitrio atque obstinatione praetorum ad irritum vocatae sunt: qui si ipso illo tempore quo de pace convenit prosperos in hostes habebant successus, inviti emolumentum intempestiva incommodaque ut putabant pace sibi ereptum videbant. Sic post indutias ol. 89, 1 (423) inter Peloponnesíacos et Athenienses factas, cum domi omnia gaudio rerum pacatarum plena perpetuaeque pacis spe essent elata ex restituenda Atheniensibus urbe Scione a Brasida negata incendium belli denuo vehementissime exarsit (Thuc. IV, 123), eodemque modo Timotheus, cum omnia ei in navali bello gerendo prospere evenissent, pacis ol. 101, 2 (374) inter Lacedaemonios et Athenienses compositae exstitit turbator, Xen. Hell. VI, 2, 2: *εὐθὺς δ' ἐκεῖθεν δύο τῶν πρέσβεων πλεύσαντες κατὰ δόγμα τῆς πόλεως εἶπον τῷ Τιμοθέῳ ἀποπλεῖν οἴκαδε ὡς εἰρήνης οὔσης· ὁ δ' ἅμ' ἀποπλέων τοὺς τῶν Ζακυνθίων φυγάδας ἀπεβίβασεν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν κτλ.*

IV. Foedus (*συμμαχία*).

Locus classicus, quo de duobus apud Graecos foederum generibus agitur simulque utriusque generis formula proponitur, exstat apud Thucydidem, lib. I, 44: *ἐν δὲ τῇ ὑστεραίᾳ μετέγνωσαν Κερκυραίοις ξυμμαχίαν μὲν μὴ ποιήσασθαι ὥστε τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους νομίζειν — ἐπιμαχίαν δὲ ἐποιήσαντο τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν, ἐάν τις ἐπὶ Κέρκυραν ἴῃ ἢ Ἀθήνας ἢ τοὺς τούτων ξυμμάχους.* Discernuntur igitur foedera, altera ad defendendum modo, altera ad inferendum defendendumque bellum inita. Quod discrimen ipsum quin recte statutum sit cum dubitatio esse nequeat, vox qua alterum significatur genus *ἐπιμαχία,* aliquam praebet difficultatem. Quod vocabulum cum a titulis plane abhorreat — atque hoc non casu factum esse inde elucet, quod foederum titulis exhibitorum multo major pars ipso altero quod *ἐπιμαχία* dicitur genere continetur — cumque apud scriptores inde a Thucydide rarissime occurrat, exsistit hoc loco quaestio subdifficilis, vulgarine quidem sermone quamvis raro adhibita, in publicum

tamen usum non sit recepta, an Thucydides ipse eam formaverit, formatam deinde alii sibi assumpserint scriptores. Hoc quidem propius esse vero ut putem his adducor causis. Habet primum aliquid miri, omnibus iis locis ubi vox *ἐπιμαχία* invenitur, non satis habuisse scriptorem eam solam ponere, sed semper explicationem aliquam addidisse[1]), ut Thucydides ipse, allato loco remoto, lib. V, 48, 2: *ἀρκεῖν δ' ἔφασαν (οἱ Κορίνθιοι) σφίσι τὴν πρώτην γενομένην ἐπιμαχίαν, ἀλλήλοις βοηθεῖν, ξυνεπιστρατεύειν δὲ μηδενί*, et item Xen. Cyrop. III, 2, 23: *καὶ (εἶναι) ἐπιμαχίαν κοινήν, εἴ τις ἀδικοίη οποτέρους.* Aristot. Pol. III, 5, 13 (Stahr): *ὡς ἐπιμαχίας οὔσης βοηθοῦντες ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας μόνον.* Cujus rei justa vix inveniri posset causa, si vox *ἐπιμαχία* in communi hominum possessione nec cui quid sibi vellet dubium fuisset. Sed gravius aliud videtur. Exstant enim apud Thucydidem duo loci, ubi, quamquam de foedere quod ad defendendum spectat agitur, tamen scriptor non vocem *ἐπιμαχία* adhibet sed usitatam et ipsi ut putaverim solam facilem atque expeditam notionem *συμμαχία*, ita quidem, ut id quod est *ἐπιμαχεῖν* non contrarium *τῷ συμμαχεῖν* opponatur sed pars generi subicitur, lib. V, 27, 2: *πρὸς Ἀργείους ξυμμαχίαν ποιεῖσθαι ὥστε τῇ ἀλλήλων ἐπιμαχεῖν.* lib. VI, 79: *λέγοντες ξυμμαχίαν εἶναι ὑμῖν πρὸς Ἀθηναίους· ἥν γε οὐκ ἐπὶ τοῖς φίλοις ἐποιήσασθε, τῶν δὲ ἐχθρῶν ἤν τις ἐφ' ὑμᾶς ἴῃ, καὶ τοῖς γε Ἀθηναίοις βοηθεῖν, ὅταν ὑπ' ἄλλων, καὶ μὴ αὐτοὶ ὥσπερ νῦν τοὺς πέλας ἀδικῶσιν.* Quae exempla satis mihi probare videntur, Thucydidi ipsi notionem *ἐπιμαχία* non tam promptam fuisse atque fixam, ut ubicunque de societate ad defendendum solum pertinente verba faciebat semper eam, nedum sine explicatione adhiberet, neque a similitudine veri abhorret, vocem *ἐπιμαχία* Thucydidem primum *Προδίκου τοῦ Κείου τὴν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασιν ἀκριβολογίαν* (vita Marcell. p. 13 Bkk.) aemulatum[2]) conformasse, simili adductum studio contrarii

---

[1]) Dem. XII, 7 (ep. Phil.) pro *ἐπιμαχία* vox *ἐπισυμμαχία* (*ἐπιμαχίας* pr. Ω) sine explicatione posita est. Quem locum, cum tota epistola interpolata sit, nihil habere momenti consentaneum est.

[2]) cf. Spengel, *Συναγωγὴ τεχνῶν* p. 53 sqq.

in singula verba quasi comprimendi, quo Andocidem ut voces *εἰρήνη* et *σπονδαί* inter se opponeret commotum esse vidimus.

Una igitur eademque significatione, voce *συμμαχία,* utrumque cum constet foederum genus appellatum esse, ejus rei si causam quaerimus haec fere ex conjectura quidem sed fortasse probabili dicere ausim. Antiquissimis temporibus solus alter ille exstabat societatis conjungendae modus, qui formula *τοὺς αὐτοὺς φίλους καὶ ἐχθροὺς νομίζειν* vel rectius *τὸν αὐτὸν φίλον καὶ ἐχθρὸν νομίζειν* indicatur. Hanc enim formulam esse perantiquam ipsa verba *φίλος* et *ἐχθρός* perspicue ostendunt, quippe quae si propriam respicimus significationem non ad amicitias inimicitiasve totos inter populos intercedentes sed inter singulas personas exercitas referenda esse nemo est quin sciat. Quod discrimen quamquam paulatim oblitteratum est, tamen quinto saeculo nondum plane ex hominum sensu exstinctum fuisse docet locus ille Sophocleus, Aj. 1132 sq. Ut igitur apud populos nondum firmam constitutamque rei publicae formam assecutos prima quae inter varias vincula connectuntur civitates non publica fiunt auctoritate neque ad ipsius rei publicae ut ita dicam personam, sed ad singulos quosdam pertinere solent homines, sic etiam formula illa vetustissimis temporibus orta primum in foederibus a privatis hominibus initis adhibita, deinde ad commercium inter totas civitates conjunctum translata esse videtur; qui transitus facillimam inde habet explicationem, quod prioribus quidem temporibus, cum nondum rei publicae sed regni vel tyrannidis forma exstabat, ii qui civitati praeerant vere ejus personam gerebant et non publica auctoritate sed suo arbitrio amicitiam vel inimicitiam inter se aliosque sibi similes, eo ipso bellum vel pacem atque foedus inter populos suos conjungebant. Ad eandem rationem primum magis ad personam pertinentem translaticia civitatum foedere conjunctarum appellatio, *φίλος καὶ ξύμμαχος* spectare videtur; cf. ex. c. Soph. Aj. 1052; Plut. Thes. 30.

Jam autem apparet ejus modi armorum societatem tum quidem sine difficultate stare potuisse, si civitates inter quas convenit iisdem conjunctae studiis commodisque non suam quaeque ingrederetur rerum gerendarum viam, tamque diu errorum perturbationumque nihil fuisse causae, quam diu non plurium

quam duarum civitatum ratio esset habenda. Ubi autem magnae ortae sunt res publicae permultis auctae sociis et iis certis quibusdam legibus cum illis conjunctis, ubi omnino multifariae et saepe valde intricatae rationes inter Graeciae civitates fieri coeperunt, non hercle mirum est, foederibus illa formula descriptis non jam locum relictum esse nisi aut inter parvas res publicas easque loci, gentis, aliarum rerum communione conjunctas aut inter eas, quae non *ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις* ut Graeci dicunt sed impari societate essent colligatae, ut condicio illa ad alterum solum pertineret foederis socium. Ita factum est, ut formula foederis quod *συμμαχία* appellatur propria altera quae ad defendendum modo spectat paulatim submoveretur, pristina tamen significatione *συμμαχία* servata; quae nominis et sententiae commutatio, cum propria vocis *συμμαχία* significatio sentiretur, multorum errorum disceptationumque fons videtur fuisse.[1]) Haec quae de commutata foederis quod *συμμαχία* dicitur vi paulatim in hominum mentem atque usum inducta disputavimus, praeclaram accipiunt lucem loco Demosthenico, or. V, 16, ubi orator de foederibus in universum sic statuit: *καὶ γὰρ ἡμῖν κἀκείνοις τοὺς βοηθοῦντας ἂν οἶμαι, εἰς τὴν οἰκείαν εἴ τις ἐμβάλοι, βοηθεῖν, οὐ συνεπιστρατεύσειν οὐδετέροις· καὶ γὰρ αἱ συμμαχίαι τοῦτον ἔχουσι τὸν τρόπον, ὧν καὶ φροντίσειεν ἄν τις, καὶ τὸ πρᾶγμα φύσει τοιοῦτόν ἐστιν.* Quibus verbis vides foedera ad bellum inferendum defendendumque fieri posse prorsus negari nisi inter civitates dispari jure conjunctas.

Exempla autem foederum ad aggrediendum defendendumque spectantium haec habeo proferre:

C. I. G. 2554 Foedus inter Latios et Olontios exeunte saec. III ictum.

v. 11: [*τὸν*] *ἀ*[*υτὸν φίλον*] *καὶ* [*ἐχ*]*θρὸν ἕ*[*ξε*]*ν*

C. I. G. 2555 (Cauer 116) Ejusdem temporis foedus inter civitatem Hierapytniorum et cleruchos eorum ictum.

v. 17 sq.: *καὶ δὴ τὸν αὐτὸν φίλον καὶ ἐχθρὸν ἑξῶ καὶ πολεμησῶ ἀπὸ χώρας παντὶ σθένει, οἷ καὶ οἱ ἐπιπάντες Ἱεραπυτνίοι.*

---

[1]) cf. Wachsmuth, hell. Altertumskunde[2] p. 173.

Mnemos. I (1852) p. 106 (Cauer 117) Ejusdem temporis foedus a Hierapytniis cum Lyttiis et Magnetibus ictum.

v. 16 sq.: *καὶ τὸν αὐτὸν φίλον καὶ ἐχθρὸν ἐξῶ καὶ πολεμησῶ ἀπὸ χώρας, vἶ κα καὶ ὁ Ἱεραπύτνιος.*

Bull. de Corr. Hell. IX (1885) p. 8 Ejusdem (?) temporis foedus inter Gortynios et Lappaeos ictum.

v. 6 sqq.: *κήψῆθθαι τὸν Λαππαῖον [τ]οῖς Γορτυνίοις καὶ πολέμω χ[ί]ρήνας ὅπυἴ κα παρκαλίωντι οἱ Γορτύνιοι, καὶ τὸν αὐτὸν φίλον κὴχθρὸν ἐξῆν τοῖς Γορτυνίοις.* cf. tamen p. 48 squ.

C. I. G. 3137 (Dittbg. 171) Foedus Smyrnaeorum cum cleruchis Magnesiae ad Sipylum habitantibus fere ol. 134, 1 (244) ictum.

v. 39 sq.: *[πολ]ιτεύσονται δὲ μετὰ Σμυρναίων κατὰ τοὺς τῆς πόλεως νόμους [ἀ]στασιάστως τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ φίλον ἡγούμενοι Σμυρναίο[ις].* cf. v. 16.

Eandem formulam exstitisse in titulo foederis inter Lyttios et Boloentios facti (Voretzsch, Hermes IV p. 268) inde colligere licet, quod juris jurandi formula ad foedus ipsum spectans (v. 10: *καὶ οὐ προλειψίω τὸς Βολοεντίος οὔτ' ἐν πολέμῳ οὔτ' ἐν εἰρήνᾳ*) eadem est quae invenitur C. I. G. 2554 v. 17, haec autem referenda est ad foederis formulam supra allatam.

Aliam ejusdem sententiae formulam exhibet celeberrimus titulus, quo foedus inter Eleos et Heraeos c. Ol. 70, 1 (500) ictum continetur, C. I. G. 11: *εἰ δέ τι δέοι, εἴτε ἔπος εἴτε ἔργον, συνεῖεν ἂν ἀλλήλοις, τά τε ἄλλα καὶ περὶ πολέμοιο.*

Huc accedunt exempla apud scriptores exstantia. Thuc. III, 75: *σπονδὰς πρὸς ἀλλήλους ποιησαμένους (τοὺς Κερκυραίους) καὶ τοὺς Ἀθηναίους ὥστε τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους νομίζειν.* cf. c. 70, 6: *ἐπυνθάνοντο τὸν Πειθίαν — μέλλειν τὸ πλῆθος ἀναπείσειν τοὺς αὐτοὺς Ἀθηναίοις φίλους τε καὶ ἐχθροὺς νομίζειν.* lib. VII, 33, 6: *τοὺς Θουρίους πεῖσαι σφίσι ξυστρατεύειν τε ὡς προθυμότατα καὶ — τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους τοῖς Ἀθηναίοις νομίζειν.* Xen. Anab. II, 5, 39: *ὀμόσαντες ἡμῖν τοὺς αὐτοὺς φίλους καὶ ἐχθροὺς νομιεῖν.* Aesch. III, 100: *οἵτινες δεήσονται τὸν αὐτὸν Ἀθηναίοις φίλον*

καὶ ἐχθρὸν νομίζειν.[1]) Publicae formulae circumscriptio existimanda est quae leguntur Thuc. V, 48, 2: *γενομένης πρὸ τούτου Ἠλείοις καὶ Ἀργείοις καὶ Μαντινεῦσι ξυμμαχίας τοῖς αὐτοῖς πολεμεῖν καὶ εἰρήνην ἄγειν.*

Ejusdem formulae in foederibus imparibus condicionibus initis exempla afferre satis habeo Xen. Hell. II, 2, 20: *τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ φίλον νομίζοντας* (*τοὺς Ἀθηναίους*) *Λακεδαιμονίοις ἕπεσθαι καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ὅποι ἂν ἡγῶνται.* lib. V, 3, 26: *συνθήκας ἐποιήσαντο τὸν αὐτὸν μὲν ἐχθρὸν καὶ φίλον Λακεδαιμονίοις νομίζειν, ἀκολουθεῖν δὲ ὅποι ἂν ἡγῶνται καὶ σύμμαχοι εἶναι,* quibus locis addita verba *ἕπεσθαι — ὅποι ἂν ἡγῶνται* inferiorem sociorum condicionem indicant; cf. lib. VII, 1, 42: *πιστὰ λαβὼν* (*ὁ Ἐπαμεινώνδας*) *παρὰ τῶν Ἀχαιῶν ἦ μὴν συμμάχους ἔσεσθαι καὶ ἀκολουθήσειν ὅποι ἂν Θηβαῖοι ἡγῶνται.*

Formulae ei de qua agitur similes exstant Thuc. V, 39, 3: *Λακεδαιμόνιοι δὲ εἰδότες μὲν ὅτι ἀδικήσουσιν Ἀθηναίους, εἰρημένον ἄνευ ἀλλήλων μήτε σπένδεσθαι τῷ μήτε πολεμεῖν κτλ.* et c. 46, 2: *καθάπερ εἴρητο ἄνευ ἀλλήλων μηδενὶ ξυμβαίνειν.* Quae condicio cum neque in foederis documento (c. 23) insit neque alio loco a scriptore commemoretur, discrepantiam alii alio modo removere conati sunt.[2]) Nobis quidem cum non emendandi scriptoris munus susceperimus sed in explicandis foederum formulis versemur, de iis quae ad hoc aliquid habeant momenti satis est exponere. Quaeritur enim quo modo formula illa per se sit intellegenda; ut accuratius dicam, illud *ἄνευ ἀλλήλων* ad factine an ad consilii societatem referri debeat. Steupius quidem (l. l. p. 74) communicatum factum intellegit et praepositionis *ἄνευ* sic adhibitae complura affert exempla; neque non aliam notionem ad auctoritatem modo spectantem inesse posse probatur locis ut Thuc. I, 91, 5: *τήν τε γὰρ πόλιν ὅτε ἐδόκει ἐκλιπεῖν ἄμεινον εἶναι καὶ ἐς τὰς*

---

[1]) Haec fortasse formula etiam Demosthenis menti obversata est, or. de cor. (XVIII) § 280: *τοὺς αὐτοὺς μισεῖν καὶ φιλεῖν οὕσπερ ἂν ἡ πατρίς.*

[2]) cf. Kirchhoff, Sitzungsb. d. Berl. Acad. 1883 p. 831 sqq.; Steup, l. l. p. 73 sqq.

ναῦς ἐσβῆναι, ἄνευ ἐκείνων ἔφασαν γνόντες τολμῆσαι. Xen. Hell. III, 4, 26: *ὅτι οὐκ ἂν ποιήσειε ταῦτα ἄνευ τῶν οἴκοι τελῶν.* lib. IV, 3, 16: *ὁ μέντοι Τιρίβαζος τὸ μὲν ἄνευ βασιλέως μετὰ Λακεδαιμονίων γενέσθαι οὐκ ἀσφαλὲς αὑτῷ ἡγεῖτο εἶναι.* Antiphon V, 47: *ὃ οὐδὲ πόλει ἔξεστιν, ἄνευ Ἀθηναίων οὐδένα θανάτῳ ζημιῶσαι.* C. I. Att. IV, 27a (Dittbg. 10): *οὐδὲ χρήματα ἀφαιρήσομαι ἀκ[ρ]ίτου οὐδενὸς ἄνευ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων.* Dittbg. 13 v. 55: *καὶ τὸ λοιπὸν μὴ ἐνιδρύεσθαι βωμοὺς ἐν τῷ Πελαργικῷ ἄνευ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου* et a. s. Per se igitur cum utraque sententia ferri possit, tamen ut alteram ad communicatum consilium spectantem praeferam hac commoveor causa Ne formulam quidem *τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους νομίζειν* semper foedus agendo commune indicare elucet ex titulo Cretensi, Mnemos. I (1852) p. 105 (Cauer 117). Foedus esse quod propria *συμμαχία* appelletur docet formula jure jurando exhibita, v. 16: *τὸν αὐτὸν φίλον καὶ ἐχθρὸν ἐξῶ,* quae tamen formula foederis condicionibus sic explicatur, v. 8 sqq.: *μὴ ἐξέστω δὲ ἰδίᾳ μήτε πόλεμον ἐχφερέσθαι χωρὶς μήτε εἰρήναν τιθέσθαι, αἴ κα μὴ ἀμφοτέροις δόξῃ· αἰ δέ τινές κα ἰδίᾳ ἐξενεγκῶνται, αὐτοὶ καὶ διαπολεμόντων καὶ μὴ ἐνόρκοι ἔστων οἱ μὴ συμπολεμόντες.* Quod additamentum non ita intellegendum esse, ut, si quidem ab altera parte ad alterum de bello aliquo suscipiendo esset relatum, haec utique deberet auxilium praebere, per se patet, quippe cum ejus modi ratio ad plane inane officium spectatura fuerit, sed eam ob causam factum esse apparet, ne altera pars alterius inceptis quamvis dubiis atque stultis vel invita implicaretur — quod periculum recte indicant Corcyraei verbis (Thuc. I, 32, 4): *τὸ μὴ ἐν ἀλλοτρίᾳ ξυμμαχίᾳ τῇ τοῦ πέλας γνώμῃ ξυγκινδυνεύειν* — sed si minus videretur operam suam pacto non laeso antea posset detrectare, cum si alter socius nihilo minus in conatu suo perstabat, alter illis *αἴ κα μὴ ἀμφοτέροις δόξῃ* religione liberaretur. Foedus igitur, ut breviter dicam, principio est quod proprie appelletur *συμμαχία*, non tamen absoluta, sed certis quibusdam legibus constricta, ut eadem ratione alia nonnumquam foedera, de quibus nihil nisi ipsa formula constet, intellegenda esse pro certo habuerim. Immo vero ali-

quando formula illa tacito jure ad solam defensionem videtur relata esse. Alius enim foederis Cretensis titulo, quem ed. Haussoullier, Bull. de Cor. Hell. IX (1885) p. 8, utraque formula, et quae ad defensionem impetumque et quae ad arcendum modo spectat, nulla statuta exceptione altera juxta alteram positae exhibentur, v. 6 sqq.: *καὶ τὸν αὐτὸν φίλον κἠχθρὸν ἐξῆν τοῖς Γορτυνίοις· κἀὶ τίς κα πολεμῇ τοῖς Γορτυνίοις* ectr. v. p. 54. Ut autem formulae *τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους νομίζειν* principalis vis rerum gerendarum societas accipienda est, quae tamen aliquando communi subjecta sit consilio, sic formulam *ἄνευ ἀλλήλων μήτε σπένδεσθαι τῳ μήτε πολεμεῖν* principio ad consilium communicandum spectare existumo, rerum gerendarum societate post consilium factum non exclusa. Atque mirum esset, si ejus modi constitutio, qua civitati amicitia cum altera conjunctae, priusquam irreparabile aliquid ab hac fieret, agendi libertas praestaretur, formularum apparatui plane defuisset. Itaque contra Steupium (l. l. p. 74) formulas quae sunt *ἄνευ ἀλλήλων μήτε σπένδεσθαί τῳ μήτε πολεμεῖν* et *μὴ πολεμεῖν τῳ μηδὲ ξυμβαίνειν ἄνευ κοινῆς γνώμης* (lib. V, 38, 1) ab altera, formulas quae sunt *τοὺς αὐτοὺς φίλους καὶ ἐχθροὺς νομίζειν, μὴ ζυμβαίνειν τῳ μηδὲ πολεμεῖν ἀλλ' ἢ ἅμα* (lib. V, 80, 1), *κοινῇ πολεμεῖν — κἂν ἄλλο τι δόξῃ κοινῇ σπείσασθαι* (Libanii Hypoth. ad Dem. I v. 22) ab altera parte eandem habere significationem contenderim, ac ne Kirchhoffio quidem assentiri possum, quod verba a Stahlio (cujus sententiam ceterum minime probo) initio c. 23 suppleta, *μήτε σπένδεσθαί τῳ ἄνευ κοινῆς γνώμης μήτε πολεμεῖν* (v. Thuc. ed. Poppo. ed. II ann. ad l.) ipsam eam ob causam reicit, quod foederis rationi, quippe quod ad defensionem modo, non ad impetum pertineat, plane repugnent. Iis probatis quae antea exposuimus haec quidem causa ad irritum cadit, et accipit sententia mea non mediocrem ut videtur confirmationem ex loco Thucydideo jam supra allato, lib. V, 38: *ὀμόσαι ὅρκους ἀλλήλοις ἦ μὴν ἔν τε τῷ παρατυχόντι ἀμυνεῖν τῷ δεομένῳ καὶ μὴ πολεμήσειν τῳ μηδὲ ξυμβήσεσθαι ἄνευ κοινῆς γνώμης*. Quo loco de foedere agi ad defensionem pertinente verba *ἔν τε τῷ παρατυχόντι ἀμυνεῖν τῷ δεομένῳ* perspicue indicant, sed nihilo minus adduntur illa *καὶ μὴ πο-*

λεμήσειν κτλ., quod fieri non potuit si verba eam quam Steupius vult haberent significationem.

Alius locus difficilis explicatu exstat Thuc. V, 80, 1: *αἱ μὲν σπονδαὶ καὶ ἡ ξυμμαχία αὕτη* (v. c. 79) *ἐγεγένητο, καὶ ὁπόσα ἀλλήλων πολέμῳ ἢ εἴ τι ἄλλο εἶχον, διελύσαντο· κοινῇ δὲ ἤδη τὰ πράγματα τιθέμενοι ἐψηφίσαντο κήρυκα καὶ πρεσβείαν παρ' Ἀθηναίων μὴ προσδέχεσθαι, ἢν μὴ ἐκ Πελοποννήσου ἐξίωσι τὰ τείχη ἐκλιπόντες, καὶ μὴ ξυμβαίνειν τῳ μηδὲ πολεμεῖν ἀλλ' ἢ ἅμα.* Quo de loco argutissime disputavit Kirchhoffius, Sitzungsb. d. Berl. Acad. 1883 p. 864 sqq., et sententiam viri doctissimi magnam prae se ferre veri speciem quivis concedet et ego quoque libenter confiteor. Negat enim Kirchhoffius, conventionem l. l. a scriptore commemoratam vere factam, sed potius Thucydidem, cum alio ex fonte ea, quae in operis tenore narret, ex alio quae inseruit documenta hauserit, errore contendit adductum esse, ut unum idemque factum pro diversis proferret. Verba igitur *ἐψηφίσαντο κήρυκα καὶ πρεσβείαν παρ' Ἀθηναίων μὴ προσδέχεσθαι, ἢν μὴ ἐκ Πελοποννήσου ἐξίωσι τὰ τείχη ἐκλιπόντες* nihil esse nisi circumscriptam libereque mutatam documenti condicionem, c. 77, 2: *αἰ δε κα μὴ εἴκωντι τοὶ Ἀθηναῖοι ἐξ Ἐπιδαύρω, πολεμίως ἦμεν τοῖς Ἀργείοις καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις κτλ.*, verba autem *καὶ μὴ ξυμβαίνειν τῳ μηδὲ πολεμεῖν ἀλλ' ἢ ἅμα* arbitrariam interpretationem verborum sane suspensorum ambiguorumque c. 79, 3: *αἰ δέ ποι στρατείας δέῃ κοινᾶς κτλ.* His rebus magnam suspicionem moventibus accedere verba *καὶ ὁπόσα ἀλλήλων πολέμῳ ἢ εἴ τι ἄλλο εἶχον διελύσαντο* ad pactionis condicionem spectantia c. 77, 1 exhibitam (*ἀποδιδόντας τὼς παῖδας κτλ.*) nimis incerte inaniterque prolata, quamquam ex monumento ea supplere licuerit. Haec Kirchhoffii sententia quamvis subtiliter excogitata tamen aliquid mihi praebet dubitationis, eam potissimum ob causam quod — si duos illos fontes fuisse concedimus — Thucydidem veram quae inter eos intercederet rationem non perspexisse ut existimem a me impetrare nequeo, atque illud quaeritur, opusne fuerit quae brevi ante documento allato accurate indicata sunt, ubi pacti condiciones expletas esse scriptor narrat, singillatim ea et discretim repetere. Nec quicquam ad hoc momenti habet illud *ἢ εἴ τι ἄλλο εἶχον*, cum

alias quoque exstitisse res quae componi deberent publico documento non separatim exhibitas consentaneum sit. Accedit quod et discrimen inter monumenti condiciones et narrationem scriptoris majus esse videtur quam quod interpretatione vel maxime libera possit explicari et ipsa forma narrationis Kirchhoffii sententiam quodam modo redarguit, cum vix interpretis sit, obscuram publicarum litterarum constitutionem formula publicis actis usitata definire. Tertium duas res explicatione egere puto: primum, cur probatis ab Argivis Lacedaemoniorum propositionibus (c. 78: *τοῦτον μὲν τὸν λόγον προσεδέξαντο πρῶτον οἱ Ἀργεῖοι*) non statim lege, sed re solum pax facta sit (*μετὰ δὲ τοῦτο ἐπιμιξίας οὔσης ἤδη παρ' ἀλλήλους*); deinde, cur foedus non iisdem condicionibus compositum sit quibus a Lacedaemoniis propositis Argivi assensi sunt. Ac liceat mihi quid sentiam breviter indicare. Duo cum Lacedaemonii proferrent proposita, belli alterum alterum pacis, popularium parte Alcibiade auctore quam maxime reluctante (c. 76, 3: *γενομένης πολλῆς ἀντιλογίας*) quae paci favebat optimatium pars evicit, ut haec acciperetur propositio. Quo facto cum pax esset aperta, quo minus rite conficeretur popularis factio ad tempus impedisse videtur; deinde renovatis optimatium conatibus (c. 78: *οὐ πολλῷ ὕστερον ἔπραξαν αὖθις οἱ αὐτοὶ ἄνδρες*) pax cum foedere conjuncta lege composita quidem est sed tamen condicionibus ita mutatis, ut propositionis constitutio ipsos in Athenienses confecta (c. 77, 2), fortasse popularium ope, plane omitteretur. Quod autem condicionum ad restituendos obsides captivosque spectantium novo pacis foederisque documento nulla mentio fit inde suam habeat explicationem, quod post acceptas Lacedaemoniorum propositiones si non omnes tamen pars condicionum ad declarandam bonam voluntatem statim expleta est (cf. c. 21: *Λακεδαιμόνιοι δέ — τούς τε ἄνδρας εὐθὺς τοὺς παρὰ σφίσιν αἰχμαλώτους ἀφίεσαν*). Propiore autem inter utramque civitatem intercedente ratione (c. 80: *κοινῇ δὲ ἤδη τὰ πράγματα τιθέμενοι*) optimates ad id potentiae pervenerunt, ut constitutionem primum in propositionibus contra Athenienses factam, deinde foederis documento popularibus auctoribus oppressam, iterum eamque auctam (nam de eo quod Graeci *πόλεμον ἀκήρυκτον* appellant in propositionibus nihil dictum erat) renovarent

et assequerentur, ut foedus absolutum priore pactione (§ 3) obscure indicatum aperte expressisque verbis constitueretur.

Sed haec hactenus. Alterius autem foederum generis ad defensionem modo pertinentium multo plurima exstant exempla et ea eandem omnes vel certe similem exhibentia formulam. Sunt autem haec:

Ol. 89, 3 (421) Foedus inter Athenienses et Lacedaemonios ictum. Thuc. V, 23:

ἐάν τινες ἴωσιν ἐπὶ τὴν γῆν πολέμιοι τὴν Λακεδαιμονίων καὶ κακῶς ποιῶσιν Λακεδαιμονίους, ὠφελεῖν Ἀθηναίους Λακεδαιμονίους τρόπῳ ὁποίῳ ἂν δύνωνται ἰσχυροτάτῳ κατὰ τὸ δυνατόν.

καὶ ἐάν τινες ἐπὶ τὴν Ἀθηναίων γῆν ἴωσι πολέμιοι καὶ κακῶς ποιῶσιν Ἀθηναίους, ὠφελεῖν Λακεδαιμονίους Ἀθηναίους τρόπῳ ὅτῳ ἂν δύνωνται ἰσχυροτάτῳ κατὰ τὸ δυνατόν.

Ol. 89, 4 (420) Foedus ab Atheniensibus cum Argivis, Mantinensibus Eleisque ictum. Thuc. V, 47:

ἐὰν πολέμιοι ἴωσιν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν Ἀθηναίων, βοηθεῖν Ἀργείους καὶ Μαντινέας καὶ Ἠλείους Ἀθήναζε, καθ' ὅ τι ἂν ἐπαγγέλλωσιν Ἀθηναῖοι, τρόπῳ ὁποίῳ ἂν δύνωνται ἰσχυροτάτῳ κατὰ τὸ δυνατόν.

βοηθεῖν δὲ καὶ Ἀθηναίους ἐς Ἄργος καὶ ἐς Μαντίνειαν καὶ ἐς Ἦλιν, ἐὰν πολέμιοι ἴωσιν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν Ἀργείων ἢ τὴν Μαντινέων ἢ τὴν Ἠλείων, καθ' ὅ τι ἂν ἐπαγγέλλωσιν αἱ πόλεις αὗται, τρόπῳ ὁποίῳ ἂν δύνωνται ἰσχυροτάτῳ κατὰ τὸ δυνατόν.

Ol. 92, 1 (411) Foedus inter Lacedaemonios et Persas ictum. Thuc. VIII, 58:

ἢν δέ τις Λακεδαιμονίων ἢ τῶν ξυμμάχων ἐπὶ κακῷ ἴῃ ἐπὶ τὴν βασιλέως χώραν, Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους κωλύειν· καὶ ἤν τις ἐκ τῆς βασιλέως ἴῃ ἐπὶ κακῷ ἐπὶ Λακεδαιμονίους ἢ τοὺς ξυμμάχους, βασιλεὺς κωλυέτω.

Ol. 90, 3 (418/17) Foedus inter Athenienses et Argivorum populares ictum. C. I. Att. 50 frg. a vs. 2—3:

[ἐάν τις ἴῃ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν Ἀργ]είων ἐπὶ πο[λέμῳ βοηθεῖν Ἀθηναίους, καθότι ἂν Ἀργεῖοι ἐπαγγέ]λλωσιν.

Ol. 90, 1/91, 4 (420/413) Foedus inter Athenienses et Halienses ictum. C. I. Att. IV, 71 v. 11 sq.:

[ἐ]ὰν δ[ὲ] τις ἴῃ π[ολέμιος ἐπὶ τὴν Ἁλιῶν, βοηθεῖν Ἀθηναίους Ἁλ]ιεῦσιν.

Ol. 96, 2 (395/4) Foedus inter Athenienses et Boeotos ictum. C. I. Att. II, 6 v. 3 sqq.:

[ἐάν τ]ις ἴῃ ἐπ[ὶ πολέμῳ ἐπ' Ἀθηναίους ἢ κατὰ] γῆν ἢ κατ[ὰ θάλατταν, βοηθεῖν Βοιωτ]οὺς [π]αντὶ σθέ[νει καθότι ἂν ἐπαγγέλωσιν] Ἀθηναῖ[οι κατὰ τὸ δυνατόν· καὶ ἐάν τις ἴ]ῃ ἐπὶ [πολέμῳ ἐπὶ Βοιωτοὺς ἢ κατὰ γῆν ἢ] κ[α]τὰ [θάλατταν, βοηθεῖν Ἀθηναίους — — —

Ol. 96, 2 (395/4) Foedus inter Athenienses et Locros ictum. C. I. Att. II, 7 v. 4 sqq.:

[ἐάν τις ἴῃ ἐπ' Ἀθ]ηναίους ἐπὶ πολέμ[ῳ ἢ κατὰ γῆν ἢ κατὰ θάλατταν, βοη]θεῖν Λοκροὺς παντὶ σθέν[ει καθότι ἂν ἐπαγγέλλωσι Ἀθηνα]ῖοι κατὰ τὸ δυνατόν· [καὶ ἐάν τις ἴῃ ἐπὶ Λοκροὺς ἐπὶ πολέ]μῳ ἢ κατὰ γῆν ἢ κατὰ [θάλατταν, βοηθεῖν Ἀθηναίους παντὶ] σθένει καθότι ἂν ἐ[παγγέλωσι Λοκροὶ κατὰ τὸ δυνατόν].

Ol. 98, 2 (387) Foedus inter Athenienses et Chios ictum. Mitteill. II (1877) p. 138 (Dittbg. 59) v. 23 sqq.:

ἐάν τις ἴῃ ἐπ' Ἀθηναίους, βοηθεῖ[ν] Χίους παντὶ σθέ[νε]ι κατὰ τὸ δυνατόν, [καὶ ἐ]άν τις ἴῃ [ἐπὶ Χί]ους, βοηθεῖν Ἀθηναίου[ς π]αντὶ σθέ[νει κατὰ τ]ὸ δυνατόν. cf. C. I. Att. II, 19 (Dittbg. 62).

Ol. 97, 4/98, 4 (389/83) Foedus inter Amyntam Arrhidaei filium et Chalcidenses ictum. Sauppe, inscriptiones Macedonicae quattuor p. 15 n. 2 (Dittbg. 60) v. 6 sqq.:

[ἐάν τι]ς ἐπ' Ἀμύνταν ἴῃ, ἔστ[ω ὁμοίως ἐμ π[ολέμῳ [καὶ] ἐπὶ Χαλ[κιδέας, καὶ ἐὰν ἐπὶ] Χαλκιδέ[ας ἴῃ, καὶ ἐπ'] Ἀμ[ύνταν ἐμ πολέμῳ ἔστω — — —

Ol. 103, 1 (368/7) Foedus inter Athenienses et majorem Dionysium ictum. C. I. Att. II, 52 (Dittbg. 73) v. 12 sqq.:

[ἐάν τις ἴῃ ἐπὶ τ]ὴν χώραν τὴν Ἀ[θηναίων ἐπὶ πολέμῳ ἢ κατ]ὰ γῆν ἢ κατὰ θάλ[ατταν, βοηθεῖν Διονύσιον] καὶ τοὺς ἐκγόν[ους αὐτοῦ, καθότι ἂν ἐπαγγέ]λλωσιν Ἀθην[αῖοι, καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλ]ατταν παντ[ὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν· καὶ] ἐάν τις ἴῃ ἐ[πὶ

Διονύσιον ἢ τοὺς ἐκγόνου]ς αὐτοῦ ἢ ὅσων ἄρ[χει Διονύσιος ἐπὶ πολέμῳ] ἢ κατὰ γῆν ἢ κ[ατὰ θάλατταν, βοηθεῖν Ἀθη]ναίους, καθότι ἄ[ν ἐπαγγέλλωσιν, καὶ κατὰ γ]ῆν καὶ κατὰ θάλα[τταν παντὶ σθένει κατὰ τ]ὸ [δυ]νατόν.

c. Ol. 108, 4 (345/4) Foedus inter Hermiam Atarnei tyrannum et Erythraeos ictum. Dittbg. 97 v. 14 sqq.:

βοηθήσω Ἑρμί[αι καὶ τ]οῖς ἑταίροις καὶ κατὰ γῆν [καὶ κατ]ὰ θάλασσαν παντὶ σθένει κ[ατὰ τὸ δ]υνατόν. id. v. 25 sqq.

Foedus inter Hierapytnios et Rhodios extremo saec. III ictum. Mnemos. I (1852) p. 80 v. 64 sqq.:

καὶ εἴ τίς κα βασιλεὺς ἢ δυνάσας ἢ ἄλλος ὁσιοῦν ἐπὶ πόλιν σρατευήται Ἱεραπυτνίων, βοηθούντων Ἱεραπυτνίοις εἰς τὰν πόλιν παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν.

Ejusdem temporis foedus a Gortyniis et Hierapytniis cum Priansiis factum. R. Bergmann, de inscriptione Cretensi inedita Berolini 1860 v. 14 sqq.:

αἰ δέ τίς κα ἀ[φαιλήται ἢ πολεμήσῃ τοῖς Πριανσιεῦσιν, βοα]θησίοντι οἵ τε Γορτύνιοι κὠ [Ἱεραπύτνιοι παντὶ σθένει ὅπυι κα δυνῶνται] ἀπροφασίστως καὶ κατ[ὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλαθθαν].

Ejusdem (?) temporis foedus a Gortyniis et Lappaeis ictum. Haussoullier, Bull. de Corr. Hell. IX (1885) p. 8 v. 7 sqq.:

κἀὶ τίς κα πολεμῇ τοῖς Γορτυνίοις ἢ φρώριον ἢ λιμένας καταλαμβάνῃ ἢ χώρας ἀποτάμνηται, βοαθιόντων οἱ Λαππαῖοι τοῖς Γορτυνίοις καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλαθθαν παντὶ σθένει ἐς τὸ δυνατόν.

κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ κἀὶ τίς κα τοῖς Λαππαίοις πολεμῇ ἢ ἀποτάμνηται χώρας ἃς ἔχοντες πορτήνθον ἐς τὰν πορτὶ Γορτυνίους φιλίαν καὶ συ[ν]μαχ[ί]αν, [ἢ] φρώρια ἢ λιμένας καταλαμβάνηται, βοαθιόντων οἱ Γορτύνιοι τοῖς Λαππαίοις καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλαθθαν ἀπροφασίστως παντὶ σθένει ἐς τὸ δυνατόν.

Eadem formula exstat etiam in celeberrima tabula, qua socii Atheniensium Chabriae et Timothei aetate continentur. C. I. Att. II, 17 (Dittbg. 63) v. 46 sqq.:

ἐάν δέ τις ἴ[ῃ] ἐπὶ πολέμῳ ἐπὶ τ[οὺ]ς ποιησαμένους τὴν συμμαχίαν ἢ κατὰ [γῆ]ν ἢ κατὰ θάλατταν, βοηθεῖν Ἀθηναίους καὶ τοὺς συμμάχους τούτοις καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν. — cf. etiam C. I. Att. IV, 27a (Dittbg. 10) v. 29 sqq.

Vestigia formulae inveniuntur Mitteill. II (1877) p. 212 (Dittbg. 52) v. 1; C. I. Att. II, 17b (Dittbg. 64) v. 26 sq.; Bull. de Corr. Héll. IX (1885) p. 14 B.

Atque illud *ἐάν τις ἴῃ κτλ.* quomodo in formulam sollemnem abierit ex eo vel maxime intellegitur, quod quamquam verba illa ad universum spectant, tamen saepius ejus contra quem foedus initum est nomen condicionibus significatur; v. Mitteill. II p. 197 (Dittbg. 85); Sauppe, inscript. Maced. p. 15 n. 2 (Dittbg. 60).

Nonnunquam haec formula, qua auxiliandi officium indicatur, ita comparata est, ut simul de servanda rei publicae forma praestetur, utpote externis apud Graecos bellis semper fere intestina civilium partium certamina erant conjuncta. Sic in foedere ol. 104, 4 (361/0) inter Athenienses et Thessalos icto, Mitteill. II (1877) p. 197 (Dittbg. 85) v. 16 sqq.: *βοηθήσω π[α]ντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν, ἐάν τι[ς] ἴῃ ἐπὶ τὸ κοινὸν τὸ Θετταλῶν ἐπὶ πολ[έμ]ῳ, ἢ τὸν ἄρχοντα καταλύει ὃν εἵλοντο Θετταλοί, ἢ [τ]ύραννον καθ[ι]στῇ ἐν Θετταλίᾳ·* v. 27 sqq.: *βο[η]θ[ήσ]ω παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν, ἐάν τις ἴ[ῃ] ἐπὶ τὴν πόλιν τὴν Ἀθ[ην]αίων ἐπὶ πολέμῳ ἢ τὸν δῆμον καταλύει τὸν Ἀθηνα[ίων]·* Item in foedere ol. 104, 3 (326/1) ab Atheniensibus cum Arcadibus, Achaeis, Eleis, Phliasiis ictum. C. I. Att. II, 112 (Dittbg. 83, cujus supplementa hoc loco sequor) v. 24 sqq.: *[ἐὰν δέ τις ἴῃ ἐπὶ τὴν Ἀττικὴ]ν, ἢ τὸν δῆμον [καταλύῃ τὸν Ἀθηναίων ἢ τύραννον κα-]θιστῇ ἢ ὀλι[γαρχίαν, βοηθεῖν Ἀρκάδας καὶ Ἀχαιοὺς] καὶ Ἠλείους κ[αὶ Φλειασίους Ἀθηναίοις παντὶ σθέ]νει καθότι ἂν [ἐπαγγέλλωσιν Ἀθηναῖοι κατὰ τὸ δυν]ατόν· καὶ ἐάν [τις ἴῃ ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον ἢ τὸν] δῆμον καταλύε[ι τὸν Φλειασίων, ἢ ἐὰν τὴν πολιτεία]ν τὴν Ἀχαιῶν ἢ τ[ὴν Ἀρκάδων ἢ τὴν Ἠλείων καταλύῃ ἢ] μεθιστῇ, ἢ φυγα[δεύῃ τινάς, βοηθεῖν Ἀθηναίους τ]ούτοις παντὶ σθ[ένει καθὰ ἐπαγγέλλουσι, ἀεὶ τοῖς ἀ]δικουμένοις, κ[ατὰ τὸ δυνατόν].* Mnemos. I p. 79 v. 12 sqq.: *καὶ εἴ τίς κα ἐπὶ πόλιν ἢ*

χώραν σρατευήται τὰν Ῥοδίων ἢ τοὺς νόμους ἢ τὰς ποθόδους ἢ τὰν καθεσακυῖαν δαμοκρατίαν καταλύῃ, βοαθεῖν Ἱεραπυτνίους Ῥοδίοις παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν. cf. p. 80 v. 67 sqq. C. I. G. 3137 (Dittbg. 171) v. 65 sq.: *συνδιατηρήσω τήν τε αὐτονομίαν καὶ δημοκρατίαν κτλ.* cf. v. 67 sq.

Ad haec exempla titulis repraesentata accedunt alia quae apud scriptores inveniuntur, non tam copiose perscripta quam leviter significata et quasi ex verbis perlucentia. Sic jam supra alia de causa attulimus Hermocratis verba Thuc. VI, 79: *ἥν γε* (sc. *τὴν ξυμμαχίαν*) *οὐκ ἐπὶ τοῖς φίλοις ἐποιήσασθε, τῶν δὲ ἐχθρῶν ἤν τις ἐφ' ὑμᾶς ἴῃ κτλ.* Thrasybulus Atheniensium consultum de foedere cum Thebanis contra Lacedaemonios ineundo pronuntians dicit, Xen. Hell. III, 5, 16: *ἡμεῖς δέ γε μεθ' ὑμῶν μαχούμεθα ἐκείνοις, ἂν ἴωσιν ἐφ' ὑμᾶς.* De foedere ol. 103, 2 (366) ab Atheniensibus cum Arcadibus icto legimus ibid. lib. VII, 4, 6: *τοῖς μέντοι Ἀρκάσι πέμπειν ἠναγκάζοντο τοὺς ἱππέας ἐπικούρους διὰ τὴν συμμαχίαν, εἴ τις στρατεύοιτο ἐπὶ τὴν Ἀρκαδίαν.* Societatem inter Mantinenses, Lacedaemonios, Athenienses ol. 104, 2 (363) factam ad defensionem modo spectasse elucet ex ejusd. lib. c. 5, 3: *παρακαλοῦντες Λακεδαιμονίους, εἰ βούλοιντο κοινῇ διακωλύειν, ἄν τινες ἴωσι καταδουλωσόμενοι τὴν Πελοπόννησον.* Epaminondas cum quartam in Peloponnesum expeditionem moliretur, Phocenses se secuturos esse negabant *λέγοντες, ὅτι συνθῆκαι σφίσιν αὐτοῖς εἶεν, εἴ τις ἐπὶ Θήβας ἴοι, βοηθεῖν· ἐπ' ἄλλους δὲ στρατεύειν οὐκ εἶναι ἐν ταῖς συνθήκαις* (ibid. § 4). Foedus inter Athenienses et Messenios ol. 106, 4 (352) pactum, cujus Demosthenes or. XVI, 9 mentionem facit, *ἐπιμαχίαν* ut hac voce utar fuisse ex Pausaniae lib. IV, 28, 2 colligere licet: *οἱ δὲ* (*Ἀθηναῖοι*) *ἐς μὲν τὴν Λακωνικὴν οὔποτε μετὰ ἐκείνων ἐσβαλεῖν ἔφασαν, ἀρχόντων δὲ Λακεδαιμονίων πολέμου καὶ ἐπιστρατευόντων τῇ Μεσσηνίᾳ παρέσεσθαι καὶ αὐτοὶ σφισιν ἐπηγγέλλοντο.* Neque apud oratores ejus modi exempla non inveniuntur, ut Aesch. III, 92: *ἔγραψε δ' ἐν τῇ συμμαχίᾳ βοηθεῖν ὑμᾶς Χαλκιδεῦσι — καὶ Χαλκιδέας βοηθεῖν, ἐάν τις ἴῃ ἐπ' Ἀθηναίους.* cf. § 90: *ἔνορκον λαβεῖν τὸν δῆμον τὸν Ἀθη-*

ναίων, σύμμαχον ὀνομασθέντα βοηθήσειν, εἴ τις ἐπ' αὐτὸν ἴοι. — Dem. XVIII, 177: ὑπάρχεθ' ὑμεῖς ἕτοιμοι καὶ βοηθήσετ', ἐάν τις ἐπ' αὐτοὺς ἴῃ. Ejusd. or. § 87 alia ratione foedus ad defendendum modo non ad aggrediendum initum annuitur: παρελθὼν ἐπὶ Θρᾴκης (ὁ Φίλιππος) Βυζαντίους συμμάχους ὄντας αὐτῷ τὸ μὲν πρῶτον ἠξίου συμπολεμεῖν τὸν πρὸς ὑμᾶς πόλεμον, ὡς δ' οὐκ ἤθελον οὐδ' ἐπὶ τούτοις ἔφασαν τὴν συμμαχίαν πεποιῆσθαι κτλ.— Has formulas cum nemo civis Atheniensis identidem in contione audiens ignoraret, nihil habet miri, si eas oratores etiam ad eorum qui audirent animos aliquo modo commovendos adhibuisse videmus. Demosthenes enim cum dicat or. III, 6: εἰ γὰρ μὴ βοηθήσετε παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν, θεάσασθε κτλ. formula, quam in foederis documento cum Olynthiis icti exstitisse certum est, orationi inserta quasi fulmine menti Atheniensium immisso ignaviae neglegentiaeque caligine circumfusae memoriam officii pactione illa suscepti revocare voluisse videtur.[1])

---

[1]) Insignia hujus formulae vestigia exstant, ubi vix ullus exspectet, in Xenophontis Cyrop. VIII, 5, 25, in Cambysis oratione apud Persas habita ad Cyrum filium iis commendandum: θύσαντας ὑμᾶς κοινῇ καὶ θεοὺς ἐπιμαρτυραμένους συνθέσθαι, σὲ μέν, ὦ Κῦρε, ἤν τις ἐπιστρατεύηται χώρᾳ Περσίδι ἢ Περσῶν νόμους διασπᾶν πειρᾶται, βοηθήσειν παντὶ σθένει, ὑμᾶς δέ, ὦ Πέρσαι, ἤν τις ἢ ἀρχῆς Κῦρον ἐπιχειρῇ καταπαύειν ἢ ἀφίστασθαί τις τῶν ὑποχειρίων, βοηθήσειν καὶ ὑμῖν αὐτοῖς καὶ Κύρῳ καθ' ὅτι ἂν ἐπαγγέλλῃ. Praeclarum habes exemplum, quam rationem Xenophon in conscribendo illo opusculo secutus sit, cum Cyrum et Persas foedus inter se Graeca adhibita formula fingat pangentes. — Etiam aliarum formularum indicia apud scriptores inveniuntur. Huc spectat ex. c. Herod. I, 69: φίλος τε θέλων γενέσθαι καὶ σύμμαχος ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης. lib. VIII, 140: ἡμῖν ὁμαιχμίην συνθέμενοι ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης. Ad documenti verba Thuc. IV, 118, 6: σπονδὰς εἶναι ἰοῦσι καὶ ἀπιοῦσι bene confert Classenius Xen. Anab. II, 3, 7: εἰ — σπένδοιτο τοῖς ἰοῦσι καὶ ἀπιοῦσιν. Ad lib. VI, 1, 2: ἕτοιμος εἴη τοὺς Ἕλληνας μήτε ἀδικεῖν μήτε ἀδικεῖσθαι cf. C. I. Att. I, 40 (Dittbg. 32) v. 21: μήτε ἀδικεῖν μ[ή]τε [ἀ]δ[ικεῖσθαι]. Ad usitatam formulam pertinere videntur etiam Thuc. III, 71: τό τε λοιπὸν μηδετέρους δέχεσθαι ἀλλ' ἢ μιᾷ νηὶ ἡσυχάζοντας. lib. II, 7, 2: τά τ' ἄλλα ἡσυχάζοντας καὶ Ἀθηναίους δεχομένους μιᾷ νηί. lib. VI, 52: σφίσι τὰ ὅρκια εἶναι μιᾷ νηὶ καταπλεόντων Ἀθηναίων δέχεσθαι.

Formulis rationem foederum significantibus addo aliam de mutandis condicionibus, hanc quidem etiam in pacis pactionibus adhibitam:

C. I. Att. II, 7:

ὅτι δ' ἂν ἄλλο δοκῇ Ἀ[θηναίοις καὶ Λοκροῖς συμβουλευομέ]νοις, τοῦτο κύριο[ν εἶναι].

Mitteill. II (1877) p. 212 (Dittbg. 52):

[ὅτι δ' ἂν δοκῇ ἄμεινον εἶναι τ[οῖν πολέοιν κοινῇ[ι βουλευομέναιν, τοῦτ]ο κύριον εἶναι.

C. I. G. 2554 v. 83 sq.:

εἰ δέ τί κα δόξῃ ταῖς πόλεσι βωλευσαμέναις χρήσιμον εἶμεν ἐπιγράψαι, ἔνοινον καὶ ἔνορκον ἔστω.

C. I. G. 2556 v. 74 sq.:

αἰ δέ τί κα δόξῃ ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσι βωλουμέναις ἐπὶ τῷ κοινᾷ συμφέροντι διορθώσασθαι, κύριον ἔστω τὸ διορθωθέν.

Mnemos. I (1852) p. 81 v. 85 sq.:

ἐξέσω δὲ καὶ διορθώσασθαι τᾶς συνθήκας, εἴ τί κα δοκῇ ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσι διαπρεσβευσαμέναις ποθ' αὐτάς· ἃ δέ κα κοινᾷ δόξῃ, ταῦτα κύρια ἔσω.

Polyb. VII, 9, 17:

ἐὰν δὲ δοκῇ ἡμῖν ἀφελεῖν ἢ προσθεῖναι πρὸς τόνδε τὸν ὅρκον, ἀφελοῦμεν ἢ προσθήσομεν ὡς ἂν ἡμῖν δοκῇ ἀμφοτέροις.

Thuc. V, 47, 12:

ὅ τι ἂν δόξῃ ταῖς πόλεσιν ἁπάσαις κοινῇ βουλευομέναις, τοῦτο κύριον εἶναι.

Thuc. V, 18, 11:

εἰ δέ τι ἀμνημονοῦσιν†[1]) *ὁποτεροιοῦν καὶ ὅτουοῦν πέρι, λόγοις δικαίοις χρωμένοις εὔορκον εἶναι ἀμφοτέροις ταύτῃ*

[1]) Locus ut traditus est recte se habere nequit: aut verbum *ἀμνημονοῦσιν* aut verbum *μεταθεῖναι* corruptum est. Nam si altera pars cujusvis foederis condicionis immemor in ea non stabat, minime hercle hoc causa fuit mutandae pactionis sed potius controversiae judicio componendae (exspectaremus igitur pro *μεταθεῖναι διατίθεσθαι* vel simile quid). Qua de re hoc loco omnino non agi formula docet § 4 exhibita, *ἐὰν δέ τι διάφορον ᾖ πρὸς ἀλλήλους δικαίῳ χρήσθων καὶ ὅρκοις, καθ' ὅτι ἂν ξυνθῶνται.* Quae sententia poscatur nemini dubium esse potest: et sententiae et rationi palaeographicae satisfieret,

μεταθεῖναι ὅπῃ ἂν δοκῇ ἀμφοτέροις, Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις. Huc spectat c. 29, 2: *εὔορκον εἶναι προσθεῖναι καὶ ἀφελεῖν ὅ τι ἂν ἀμφοῖν τοῖν πολέοιν δοκῇ, Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις.* cf. Diod. XII, 75, 4.

His exemplis collatis emendatio in tituli a Thucydide allati locum, quae sententia flagitatur, etiam similitudinum ratione confirmatur. Thuc. V, 23, 6 transposita voce *ἀμφοτέροις* legendum judico:

ἐὰν δέ τι δοκῇ Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις προσθεῖναι καὶ ἀφελεῖν περὶ τῆς ξυμμαχίας, ὅ τι ἂν δοκῇ ἀμφοτέροις, εὔορκον εἶναι.

cf. etiam C. I. Att. II, 333 v. 10 sqq.:

ἐὰν δ[ὲ δοκῇ Λακεδαιμονίοις καὶ τ]οῖς συμμάχοις καὶ Ἀθηναίοις [ἄμεινον εἶναι προσθεῖναι τι] καὶ ἀφελεῖν περὶ τῆς συμμαχί[ας, ὅπῃ ἂν δοκῇ ἀμφοτέροις[1]) *εὔ]ορκον εἶναι.*

Pauca hoc loco dicenda sunt de eo quod in pangendis foederibus adhibebatur jure jurando. Quod tres potissimum habet partes, quarum prima continetur invocatione deorum[2]), secunda foederis condicionibus, tertia exsecratione in foederis ruptorem bonisque ei qui in pacto maneat ominibus.[3]) Faciebat autem sui quisque populi more jus jurandum, quo spectat qui saepe commemoratur *ὁ νόμιμος* vel *ὁ ἐπιχώριος ὅρκος*, cum secundam partem omnibus foederis participibus aequam fuisse consentaneum sit. Hanc inter tres quas posuimus partes intercedere rationem clare elucet ex titulo Mitteill. II (1877) p. 197 (Dittbg. 85), ubi foederis condicionibus jure jurando exhibitis (v. 16 sqq.) additur v. 20: *ἐπομνύναι δὲ τὸν νόμιμον ὅρκον.*

---

si scriberemus pro *εἰ δέ τι ἀμνήμονοῦσιν εἰ δέ τι ἄμεινον νοοῦσιν*, sed verbum *νοεῖν* a titulorum dicendi ratione abhorrere videtur. Cogitari potest de *ἄμεινον νομίζουσιν* aut, si longius a tradita lectione recedere volemus, *μεταγιγνώσκουσι, μεταμελήσονται* simil. cf. Thuc. IV, 118, 9; Xen. Hell. VII, 1, 37. Cum scripturam omnibus numeris certam invenire mihi non contigerit, crucem melitensem, ut cum Sauppio jocer, sanando loco apponere satis duxi.

[1]) Supplevi.

[2]) v. C. I. Att. II, 66 b (Dittbg. 89) v. 39 sqq.; C. I. G. 2554 v. 172 sqq.; 2555 (Cauer 116) v. 11 sq.; 3137 (Dittbg. 171) v. 60 sqq.; 70 sqq.; Mnemos. I (Cauer 117) p. 106 v. 19 sqq.; Dittbg. Syll. 178 v. 8, 181 v. 24; Polyb. VII, 9.

[3]) Exempla collegit Fränkel, Hermes XIII p. 461 sq.

Quare plerumque media tantum pars qua foederis argumentum indicatur, titulo exhiberi solet idque triplici modo: aut omnes pactionis condiciones brevi colliguntur formula, ut Thuc. IV, 118, 14; V, 18, 9; 47, 9. Sauppe, inscr. Maced. p. 15 n. 2 (Dittbg. 60) v. 16, aut totum foederis argumentum juris jurandi forma affertur, ut C. I. Att. I, 33 (Dittbg. 24); IV, 33a (Dittbg. 23); Mitteill. II p. 197 (Dittbg. 85) v. 16 sqq. C. I. Att. II, 66b (Dittbg. 89) v. 40 sqq. Dittbg. 97 v. 14 sqq., aut condiciones antea constitutae juris jurandi formula repetuntur, ut C. I. G. 3137 (Dittbg. 171) et in titulis Creticis saepius.

De jure jurando accipiendo, exigendo, renovando vel recitando, aliis v. Schoemann, gr. Altert.[3] II p. 19.[1])

Omnes has quas adhuc attulimus formulas titulosque quibus memoriae traditae sunt ad diversissimas pertinentes civitates perlustrantibus nobis quaestio oritur, quonam modo factum sit, ut eaedem apud varias Graeciae gentes vel certe similes formulae inveniantur. Cujus rei hanc explicationem ausus sim proferre. Unum scimus exstitisse plurimorum Graeciae populorum vinculum, Delphicam Amphictyoniam, qua cum omnes res ad religionem spectantes tum rationes bello et pace inter diversas nationes intercedentes certis quibusdam legibus constitutas esse constat atque moderatas. Quam conjunctionem inter Delphicum sacrum et Amphictyonas posterioribus etiam temporibus nondum solutam esse nonnulli foederum tituli probant, quibus primo loco de templi Apollinis Delphici privilegiis constitutiones fiant; v. Thuc. IV, 118; V, 18, 2 et quae exposuit Koehlerus, Mitteill. I p. 16. Atque ut in quovis foedere rite pangendo sacerdotibus opus erat, sic formulas illas simplicissimas Delphis constitutas atque sanctas esse, inde in diversarum gentium usum transisse duxerim. Cujus rei vestigium quamvis

[1]) De iis qui in singulis civitatibus foederis jus jurandum dare solebant magistratibus longius exponere cum ab hujus scriptiunculae consilio abhorreat tum ne operae pretium quidem esse videtur, cum de plurimis magistratuum illorum hic illic commemoratorum nihil accuratius compertum habeamus. De Athenis v. quae exposuit Koehlerus, Mitteill. I p. 24 sq., qui tamen injuria de jure jurando a tota civitate data dubitat; v. Schoemann, l. l. p. 19 ann. 8; C. I. Att. IV, 61a (Dittbg. 46) v. 26; C. I. Gr. 3137 (Dittbg. 171) v. 40 sq., 79 sq.; C. I. Att. IV, 27a (Dittbg. 10) v. 32 cum annot. Dittenbergeri.

leve sed tamen vestigium puto inveniri posse. In titulis enim Cretensibus compluria exstant juris jurandi exempla in foedere pangendo ab ejus participibus praestandi, quae forma prorsus poetica et grandi quodam sermone insignia ex vetustissimis temporibus originem ducere videantur. Sunt autem verba haec, C. I. G. 2555 (Cauer 116) v. 22 sqq.: *αἰ δέ τι ἐπιορκήσαιμι, τῶν ὤμοσα ἢ τῶν συνεθέμαν, τός τε θεὸς τὸς ὤμοσα ἐμμανίας ἦμεν καὶ ἐξολλύσθαι κακίστῳ ὀλέθρῳ καὶ μήτε γᾶν μήτε δένδρεα καρπὸς φέρεν μήτε γυναῖκας τίκτεν κατὰ φύσιν, τῷ τε πολέμῳ μή με σῶον νεέσθαι.*[1]) Collata exsecratione Amphictionum ab Aeschine allata or. III, 111: *καὶ ἐπεύχεται αὐτοῖς μήτε γῆν καρποὺς φέρειν μήτε γυναῖκας τίκτειν γονεῦσιν ἐοικότα ἀλλὰ τέρατα, μηδὲ βοσκήματα κατὰ φύσιν γονὰς ποιεῖσθαι, ἧτταν δὲ εἶναι πολέμου καὶ δικῶν καὶ ἀγορᾶς, καὶ ἐξώλεις εἶναι καὶ αὐτοὺς καὶ οἰκίας καὶ γένος ἐκείνων*[2]), propinquam inter utramque formulam cognationem intercedere nemo non videt, quam ad communem ex Delphico sacro originem referendam esse suspicor.

Sed recurro ad ipsas foederum pactiones, quarum de temporis finibus quibus circumscriptae sunt idem statuendum est quod de pacibus: primum in certum annorum numerum fiebant, cujus rationis exempla haec exhibeat tabella:

Annus pactionis	Civitates paciscentes	Definitum foederis spatium	Locus testis
c. Ol. 70, 1 (500)	Elei — Heraei	100 a.	C. I. G. 11.
Ol. 88, 3 (426)	Acarnanes, Amphilochi — Ambraciotae	100 „	Thuc. III, 114, 3
Ol. 89, 3 (421)	Lacedaemonii — Athenienses	50 „	Thuc. V, 23.
Ol. 89, 4 (420)	Athenienses — Argivi, Mantinenses, Elei	100 „	Thuc. V, 47.
Ol. 90, 3 (418)	Lacedaemonii — Argivi	50 „	Thuc. V, 79.
c. Ol. 98, 2 (387/6)	Amyntas Arrhidaei filius — Chalcidenses	50 „	Sauppe, inscr. Mac. p. 15 n. 2 (Dittbg. 60).

[1]) Eadem formula exstat in titulo Cretico, quem ed. W. Vischer, Mus. Rh. N. S. X (1856) p. 393 sqq.; Kl. Schr. II p. 104 sqq. In formula tituli Cretensis a Bergmanno editae adduntur verba populum mari utentem significantia, v. 87: *καὶ τὰν θάλασσαν μὴ πλωτὰν ἦμεν.* — cf. Herod. III, 65; Soph. Oed. Tyr. 25 sq., 263 sqq.

[2]) cf. C. I. G. 2691 (Dittbg. 76) v. 30. 50.

Vides in his quoque foederum pactionibus annorum numerum ita esse comparatum, ut nullum huic definitioni dignitatem nisi inanis consuetudinis tribui possit. Quod verum esse vel ex eo apparet, quod aliquando in foederibus, etiamsi in longum tempus facta sunt, tamen hostis ad quem spectant expressis verbis indicatur. Sic foedus inter Athenienses et Thessales ol. 104, 4 (361/0) (Mitteill. II, 197, Dittbg. 85) specie in perpetuum tempus (v. 12), vere contra Alexandrum Pherarum tyrannum ictum esse apparet ex condicione v. 31 sqq.: *[τ]ὸ[ν] δὲ πόλεμον τὸν πρὸς Ἀλέξανδρον μὴ [ἐξεῖν]α[ι] κ[αταλ]ύσασθαι [μήτε] Θετταλοῖς [ἄ]νευ Ἀθηναί[ων μήτε] Ἀ[θην]αίοις ἄ[νευ τοῦ] ἄρχοντος καὶ τοῦ κοινοῦ [τῶν Θετταλῶν]*.[1]) Ceterum illud mirum est et a nostro sensu plane abhorret, quod omnia fere foedera illa supra allata cum pacis pactionibus sunt conjuncta (cf. p. 28). Quae res societas illas non tam magno amicitiae conjungendae studio quam praesenti temporum necessitate ortas esse perspicue demonstrat, et vere plurima ejus modi foedera quasi vanae speciei per brevissimum tempus vitam vixisse quis est quin sciat?

Extremo fere saeculo quinto[2]) foedera etiam in perpetuum tempus ici coepta sunt.[3]) Cujus rationis satis multa exempla tradita habemus, quorum ea quoque quae a viris doctis suppleta sunt affero, cum de supplementorum fide dubitatio esse nequeat.

Ol. 96, 2 (395/4) Foedus ab Atheniensibus cum Thebanis ictum. C. I. Att. II, 6 (Dittbg. 51). Tituli praescriptio:

[Συμ]μαχία Βοιω[τῶν καὶ Ἀθηναίων ἐς τὸν ἀεὶ] χρόνον.

Ol. 103, 1 (368/7) Foedus inter Athenienses et majorem Dionysium ictum. C. I. Att. II, 52 (Dittbg. 73) v. 10 sqq.:

---

[1]) Ad formulam cf. Thuc. V, 23, 1. 2; 47, 3; VIII, 18, 2; 37, 4; 58, 7; Sauppe, inscr. Macedon. p. 15 n. 2 (Dittbg. 60) v. 11 sqq.

[2]) Fortasse lacuna in titulo foedus Atheniensium et Reginorum ol. 86, 4 (433/2) ictum continente, C. I. Att. IV p. 13 (Dittbg. 24) v. 13 explenda est: *χσύμ]αχοι ἐσόμεθα πισ[τοὶ καὶ δίκαιοι καὶ ἰσ]χυροὶ καὶ ἀβλαβεῖς [ἐς τὸν ἅπαντα χρόνον καὶ] ὀφελήσομεν* — — —

[3]) Corrigendum igitur est, quod Schoemannus, gr. Altert.[3] II p. 18 de foederum diuturnitate dixit.

εἶ[ναι δὲ συμμάχους αὐτὸν κα]ὶ τοὺς ἐκγόνους [τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων ἐ]ς [τ]ὸν ἀεὶ χρόνον. cf. tamen p. 32 ann. 2.

Ol. 104, 3 (362/1) Foedus ab Atheniensibus cum Arcadibus, Achaeis, Eleis, Phliasiis ictum. C. I. Att. II, 57b (Dittbg. 83) v. 16 sqq.:

δεδό[χθαι τῷ δήμῳ εἶ]ναι συμμάχους τύχῃ ἀγαθ[ῇ τοῦ δήμου εἰς τὸν ἀεὶ] χρόνον Ἀθηναί[ων τὸν δῆμον κτλ.

Ol. 104, 4 (361/0) Foedus inter Athenienses et Thessales ictum. Mitteill. II (1877) p. 197 (Dittbg. 85). Tituli praescriptio:

Συμμαχία Ἀθηναίων καὶ Θετταλῶν εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον. cf. v. 12.

c. Ol. 128, 1 (268/7) Foedus a Ptolemaeo rege cum Atheniensibus Lacedaemoniis aliis ictum. C. I. Att. II, 332 (Dittbg. 163) v. 36 sqq.:

δεδόχθαι τῶ[ι δ]ήμῳ, τὴν μὲν φιλίαν καὶ τὴν συμμαχίαν εἶναι — κυρίαν εἰς τὸν ἅπαντα [χρόνον].

c. Ol. 134, 1 (244/3) Foedus a Smyrnaeis cum cleruchis eorum ictum. C. I. G. 3137 (Dittbg. 171) v. 62:

ἐμμενῶ ἐν ταῖς συνθήκαις αἷς συντέθειμαι πρὸς Σμυρναίους εἰς ἅπαντα τὸγ χρόνον. cf. vv. 37. 73.

Accedunt tituli Cretenses alterius saec. III dimidii:

C. I. G. 2555 (Cauer 116) Foedus inter Hierapytnios et cleruchos eorum ictum. v. 16 sq.:

ἦ μὰν ἐγὼ εὐνοησῶ τοῖς ἐπίπασι Ἱεραπυτνίοις τὸν ἅπαντα χρόνον.

C. I. G. 2556 (Cauer 119) Foedus inter Hierapytnios et Priansios ictum. v. 11:

[συν]θήκαν ἔθεντο, εἰς τὸν πάντα χρόνον.

Mnemos. I p. 105 (Cauer 117) Foedus inter Hierapytnios et Lyttios ictum. v. 16 sq.:

ἦ μὰν ἐγὼ συμμαχησῶ τοῖς Ἱεραπυτνίοις τὸν πάντα χρόνον.

Bull. de Corr. Hell. IX (1885) p. 6 sqq. Foedus a Gortyniis cum Lappaeis ictum. v. 3 sq.:

τά[δε] συνέθεντο Γορτύνιοι καὶ Λαππαῖοι συνμαχησῆν ἀλλάλοις τὸν ἅπαντα χρόνον ἁπλόως κἀδόλως.

Mnemos. I p. 79 sqq. Foedus inter Hierapytnios et Rhodios ictum. v. 11 sq.:

καὶ εὔνους καὶ φίλους καὶ συμμάχους ὑπάρχειν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον. cf. vv. 59. 96.

Mnemos. I p. 119 Foedus inter Hierapytnios et Teios ictum. v. 4 sq.:

τάν τε φιλίαν ἁρμοσὰν ἐῶσαν διακαθεξίομεν νῦν τε καὶ εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον πάντα.

Hermes IV p. 268 Foedus inter Lyttios et Boloentios ictum. v. 7 sq.:

ἦ μὰν ἐμμενίω ἐν τᾷ φιλίᾳ καὶ συμμαχίᾳ καὶ ἰσοπολιτείᾳ καὶ τοῖς ἐν τᾷδε τᾷ συνθήκᾳ γεγραμμένοις ἐς τὸν ἅπαντα χρόνον.

Bergmann, de inscr. Cret. ined. Foedus a Gortyniis et Hierapytniis cum Priansiis ictum. v. 7 sq.:

συμμαχ[ησῆν τοὺς Πριανσιέας ἐς τὸν πάντα χρόνον ἁπλ]όως. cf. vv. 64. 81.

Omnibus tamen temporibus etiam foedera non definiti spatii pacta esse constat, quod ad ea potissimum spectat, quae, ut Thucydidis verbis utar, *μεγάλου κινδύνου ἐπικρεμασθέντος* aut contra communem totius Graeciae hostem aut contra unam ex ipsis Graecis civitatibus potentia ceteras superantem icta, periculo repulso sua sponte resoluta sint. Remotis bellis contra Persas gestis in hoc numero habendum est ex. c. concilium inter complures civitates Peloponnesiacas ol. 89, 4 (420) contra Lacedaemonios coactum artissimis ut videbatur cum Atheniensibus amicitiae vinculis conjunctos; Corinthiacum quod dicitur foedus ol. 96, 2 (395) a mediae Graeciae civitatibus ad defendendam Lacedaemoniorum insolentiam initum; societas ol. 109, 4 (340) a multis civitatibus Demosthene auctore contra Philippum facta et s. a.

Restat ut de singulis quibusdam foederum constitutionibus quae latius patuerint nonnulla addamus, ac primum quidem de imperio eorum, qui societate conjuncti erant. Quae in documento apud Thucydidem tradito, lib. V, 47, 7 invenitur condicio, *ἡ δὲ πόλις ἡ μεταπεμψαμένη τὴν ἡγεμονίαν ἐχέτω, ὅταν ἐν τῇ αὐτῆς ὁ πόλεμος ᾖ* saepius adhibita esse videtur. Eodem modo Mantinenses, Lacedaemonii Athenienses que Ol. 104,

2 (363) contra Thebanos societatem ineuntes statuerunt, ut in sua quisque regione haberet imperium (Xen. Hell. VII, 5, 3: *περὶ μέντοι ἡγεμονίας αὐτόθεν διεπράττοντο, ὅπως ἐν τῇ ἑαυτῶν ἕκαστοι ἡγήσοιντο*). Ad eandem condicionem Koehlerus, Mitteill. I (1876) p. 205 verba C. I. Att. II, 112 (Dittbg. 83) v. 35 referenda esse sagaciter conjecit, quam conjecturam secutus Dittenbergerus supplevit: [*ἡγεμόνας δὲ εἶναι ἐ*]*ν τῇ αὐτῶν ἑκά*[*στους*]. Quod sequitur apud Thucydidem l. l. *ἢν δέ ποι δόξῃ ταῖς πόλεσι κοινῇ στρατεύεσθαι, τὸ ἴσον τῆς ἡγεμονίας μετεῖναι πάσαις ταῖς πόλεσιν* hoc ita est intellegendum, ut ad certum cuique dierum numerum in vicem summa imperii deferatur, ut Xen. Hell. VII, 1, 14: *ἐψηφίσαντο κατὰ πενθήμερον ἑκατέρους ἡγεῖσθαι.* cf. etiam lib. IV, 2, 18 c. ann. Breitenbachii et Curtius, gr. Gesch.[5] III, 179.

Duarum aliarum constitutionum cum illa priore aliquo modo ut videtur conjunctarum singula tantum proferre habeo testimonia: alterum de ordine sociorum in acie tenendo Thuc. V, 67, 2: *δεξιὸν μὲν κέρας Μαντινῆς εἶχον ὅτι ἐν τῇ ἐκείνων τὸ ἔργον ἐγίγνετο,* contra quae Thucydidis verba nihil valet quam affert Diodorus causa, lib. XV, 85, 2: *κατὰ δὲ τὴν ἀξίαν Μαντινεῖς μὲν μετὰ τῶν ἄλλων Ἀρκάδων τὸ δεξιὸν ἐπεῖχον κέρας.* Alterum testimonium exstat de magnitudine auxiliorum a sociis dandorum Thuc. V, 57, 2: *οἱ δ' ἄλλοι (ξύμμαχοι ξυνελέγοντο) ὡς ἕκαστοι, Φλιάσιοι δὲ πανστρατιᾷ, ὅτι ἐν τῇ ἐκείνων ἦν τὸ στράτευμα.* Plerumque tamen illud *βοηθεῖν παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν* omnium accuratiorum condicionum loco valuisse videtur, quam ob causam jure meritoque Cephisodotus in oratione de foedere ab Atheniensibus cum Lacedaemoniis jungendo queritur, Xen. Hell. VII, 1, 12 sq.: *Λακεδαιμόνιοι δὲ ὑμῖν ἐὰν συμμαχῶσι δῆλον ὅτι πέμψουσι τοὺς μὲν τριηράρχους Λακεδαιμονίους καὶ ἴσως τοὺς ἐπιβάτας, οἱ δὲ ναῦται δῆλον ὅτι ἔσονται ἢ Εἵλωτες ἢ μισθοφόροι — οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ὅταν παραγγείλωσιν ὑμῖν κατὰ γῆν στρατείαν, δῆλον ὅτι πέμψετε τοὺς ὁπλίτας καὶ τοὺς ἱππέας.* Accuratissimas de numero atque genere auxiliorum et de tempore constitutiones exhibet foedus inter Hierapytnios et Rhodios ictum, Mnemos. I p. 79 v. 15 sqq.: *εἰ δέ κα ὁ δᾶμος ὁ Ῥοδίων μεταπεμπήται συμμαχίαν παρὰ*

Ἱεραπυτνίων, ἀποστελλόντων τὰν συμμαχίαν Ἱεραπύτνιοι ἐν ἁμέραις τριάκοντα, ἀφ' ἇς κα παραγγείλωντι Ῥόδιοι, ἄνδρας διακοσίους ὅπλα ἐχόντας, εἴ κα μὴ ἐλασσόνων χρείαν ἔχωντι Ῥόδιοι. Τῶν δὲ ἀποστελλομένων ἐόντων μὴ ἐλάσσους τῶν ἡμίσων Ἱεραπύτνιοι cf. vv. 70. 75, et omnino omnes pactiones illae inter Cretenses civitas factae miro modo plurimis aliorum quae nobis tradita sunt foederum diligenti et accurata omnium rerum definitione praestant severiorisque disciplinae Doricae gentis propriae speciem prae se ferre videntur. Denique de mercede constitui solebat, plerumque ab urbe auxilium petente solvenda; v. Thuc. V, 47, 6; IV, 80; VI, 47; Mnemos. I p. 79 v. 24 sqq.; p. 80 v. 71 sqq. — Excusatio auxilii non praestiti nihil nisi aut ipsorum periculum (Mnemos. l. l. vv. 20. 72) aut, id quod saepe praetendebant, sacrae indutiae valebant, ut Thuc. V, 54, 4: *Ἐπιδαύριοι δὲ τοὺς ξυμμάχους ἐπεκαλοῦντο· ὧν τινες οἱ μὲν τὸν μῆνα προυφασίσαντο κτλ.* Xen. Hell. IV, 2, 16: *Φλιάσιοι μέντοι οὐκ ἠκολούθουν· ἐκεχειρίαν γὰρ ἔφασαν ἔχειν.* lib. V, 2, 2: *αἰσθάνεσθαι γὰρ ἔφασαν ὡς ἔστι μὲν ὅτε οὐδὲ συστρατεύοιεν ἐκεχειρίαν προφασιζόμενοι.*

De omnibus, ut de hac re breviter moneam, quae attinent ad foederum pactiones lapidibus insculpendas, ad columnas a foederis sociis sacro loco statuendas aliasque res huc spectantes accuratissime egit C. Curtius, de act. publ. cura, et illud unum addam, foederum columnas saepe imaginibus ex lapide exsculptis civitates inter quas conveniat symbolice indicantibus ornatas fuisse; cujus usus exempla v. Mitteill. I p. 197; II p. 210 sq.; R. Schöne, griech. Reliefs p. 15 sqq.

Universam ad extremum mentem foederum inter Graecas civitates ictorum si ex iis quae disputavimus paucis colligere conati erimus, valde eas incertae minimeque perfectae rationis praebere speciem facere non poterimus quin contendamus. Neque hercle id mirum! Nam ubicumque consilia cogitationesque, quae non una ut dicitur pertica liceat tractare, sed ut causa, tempora, personae postulant sic semper instituere opus sit atque moderare, immutabilibus quibusdam tralaticiis quasi lapidescunt formulis, magnum certe est periculum, ne non forma ut debet rebus, sed res formae usu traditae quam maxime aptentur et

fere condonentur. Quae tamen ratio nusquam profecto habet plus dubitationis quam in populorum rebus gerendis, quippe quae tantum absit ut certam aliquam sequantur normam et regulam, quae possit formulis contineri, ut continuis improvisisque agitentur atque circumferantur mutationibus. Perpaucas si summam respicimus formulas vidimus rationum quae inter Graecorum civitates intercedebant ad bellum pacemve pertinentium suppellectilem fuisse, satis sane tenuem, sed tamen sufficientem, donec quae eam possidebant civitates modicam ipsae ut ita dicam et modestam agebant vitam. Postquam autem incrementum ceperunt et aliae aliis minores majoribus variis conjunctae sunt condicionibus, multiplicatae inter nationes intricataeque factae rationes melius desiderabant instrumentum quam formulas illas hereditarias. Quibus angustiis aliquo modo ita mederi conabantur, ut in pangendis foederibus certas quasdam statuerent exceptiones ex foederis formula eximendas, ut Diod. XX, 99, 3: *συμμαχεῖν δὲ Ῥοδίους Ἀντιγόνῳ πλὴν ἐὰν ἐπὶ Πτολεμαῖον στρατεύηται.* Mnemos. I p. 81 v. 74 sqq.: *τὰν δὲ συμ[μ]αχίαν ἀποσελλόντων Ῥόδιοι — χωρὶς ἢ εἰ[ς] τὸν ἐνεσακότα Ἱεραπυτνίοις πόλεμον ποτὶ Κνωσίους καὶ τοὺς συμμάχους· εἰς δὲ τοῦτον μὴ συμμαχούντων Ῥόδιοι Ἱεραπυτνίοις*; cf. Polyb. VII, 9, 8; 16. Summas in hac re ut diximus difficultates variae praebebant diversaeque sociorum apud Graecos rationes. Atque in tituto Cretensi quidem proxime a nobis allato bello a Rhodiis cum sociis Hierapytniorum gerendo ita provisum est, ut tum solum hi auxilium debeant praestare, si illi a sociis impugnentur, non si ipsi iis bellum inferant (v. 35); sed ejus modi constitutiones in ceteris foederum monumentis non exstant neque omnino fieri potuit, ut unicuique praecaveretur condicioni, postquam summa pactionis indicata est formula cera commutabiliore. Ipsa enim ratio, in qua foederum discrimen erat positum, aggrediendi et defendendi, satis est ambigua dissensionumque igniculum in se continet, quippe cum defensio facillime delabatur ad impetum et saepissime is qui aggreditur defensionis specie id studeat facere. Praeclarum horum vitiorum exemplum praebent disceptationes illae a Corinthiis et Corcyraeis de foedere cum Atheniensibus factae (Thuc. I, 31—44). In pacis instrumento, quo triginta

annorum indutiae ol. 83, 4 (445) inter Lacedaemonios et Athenienses factae continebantur, tralaticiam pacis formulam quae est *ὅπλα δε μὴ ἐξέστω ἐπιφέρειν ἐπὶ πημονῇ* vel simile aliquid (v. p. 32 sq.) exstitisse et per se patet et Corinthiorum verbis c. 40, 2: *οὐ τοῖς ἐπὶ βλάβῃ ἑτέρων ἰοῦσιν ἡ ξυνθήκη ἐστίν* annuitur. Simul alia inerat constitutio c. 35, 2: *τῶν Ἑλληνίδων πόλεων ἥτις μηδαμοῦ ξυμμαχεῖ, ἐξεῖναι παρ᾽ ὁποτέρους ἂν ἀρέσκηται ἐλθεῖν.* Id autem in dubio erat relictum, quid esset pactioni conveniens, si civitas quaedam (Corcyraei) ab alia quae foederi illi adscripta esset (Corinthiis) impugnata ipsa ad alterius foederis participis (Atheniensium) societatem ita accederet, ut auxilium contra illam peteret. Atque id ipsum, uter aggressus sit, uter defenderit hoc loco dubium esse videtur, cum uterque se defensionis partem suscepisse contendat (c. 34, 2; 40, 2). Athenienses quidem per has symplegadas ita navigare conati sunt, ut non *συμμαχίαν,* sed *ἐπιμαχίαν* cum Corcyraeis inirent; sed hanc distinctionem hac in re plane ineptam fuisse perspicuum est. Nam aggressine sint Corcyraei an impugnati, quid hoc ad Athenienses? qui ubi sociorum hostibus sive ad aggrediendum sive ad defendendum se adjunxerunt, vere sociis hostes facti sunt. Alia ejusmodi incertae rationis exempla multa per omnes Graecorum res gestas inveniuntur.[1]) Fuerunt sane praeter condiciones foederibus constitutas quidam *ἄγραφοι νόμοι* i. e. leges usu atque more traditae observataeque, quarum unius Corinthii mentionem faciunt, cum dicant Thuc. I, 40, 4: *καίτοι δίκαιοί γ᾽ ἐστὲ μάλιστα μὲν ἐκποδὼν στῆναι ἀμφοτέροις.* Quae lex, nempe ut civitas inter duas alias res publicas posita bellum secum gerentes easque ipsi societate conjunctas neutram sequi debeat partem[2]),

---

[1]) Mira foederum confusio ex c. ol. 103, 2 (366) facta est. Athenienses Lacedaemoniorum socii cum Arcadibus Lacedaemoniorum hostibus Lycomede auctore foedus icerunt (v. tamen Xen. Hell. VII, 4, 2: *τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐδυσχέραινόν τινες τῶν Ἀθηναίων τὸ Λακεδαιμονίοις ὄντας φίλους γενέσθαι τοῖς ἐναντίοις αὐτῶν συμμάχους*). Jam cum Arcades Thebanorum socii, Thebani autem Atheniensibus essent infestissimi, Athenienses quodam modo cum hostibus foedere erant conjuncti.

[2]) Vox quam nos dicimus 'neutral' aut uno vocabulo significatur (*κοινός* Thuc. III, 53, 2; 68, 1; *μεσεύω* Xen. Hell. VII, 1, 43) aut com-

aliis quoque exemplis comprobatur. Sic Lacedaemonii inde a Medico bello cum Plataeensibus foedere conjuncti (Thuc. III, 68) bello Peloponnesiaco ut neutrius partis essent postulabant, lib. III, 72: ἔστε μηδὲ μεθ' ἑτέρων, δέχεσθε δὲ ἀμφοτέρους φίλους, ἐπὶ πολέμῳ δὲ μηδ' ἑτέρους; cf. c. 64, 3; 68, 1. Eodem modo Camarinaei, Atheniensium ab altera, Syracusanorum ab altera parte socii, legatis ab utroque missis responderunt, Thuc. VI, 88, 2: ἐπειδὴ τυγχάνει ἀμφοτέροις οὖσι ξυμμάχοις σφῶν πρὸς ἀλλήλους πόλεμος ὤν, εὔορκον δοκεῖν εἶναι σφίσιν ἐν τῷ παρόντι μηδετέροις ἀμύνειν; cf. c. 80, 1. 2. Nec tamen hae leges in mente et cogitatione hominum tam alte erant defixae, ut constantis atque stabilis normae vicem possent praestare, neque fuit, qui ex superiore loco mutabiles difficilesque foederum inter Graecas civitates ictorum rationes dirigeret fidemque in observandis condicionibus fortiter tueretur. Quae fides ne violaretur cum in natione natura ad perfidiam atque fraudem proclivi magnum semper esset periculum, tum ea aetate, qua dii a majoribus culti pristina exuerentur dignitate amplitudineque, quae ut ita dicam aedificium foederum fundamento formularum satis infirmo exstructum habebat juris jurandi columina putrefacta sunt et fere eversa neque videlicet fidei affirmationibus illis jure jurando exhibitis quamvis cumulatis bonae voluntatis jactura poterat compensari. Ita factum est ut lapideae illae columnae, quae mutae pactionum fideliter observatarum testes esse debebant clariore quam homines voce ruptam foederum fidem, contemptam juris jurandi religionem, laesam summorum quos imploraverant deorum majestatem incusarent. Eaedem tamen columnae, cum formulas ad poesis elationem atque granditatem prope accedentes exhibeant, cum simulacrorum artificis manu sollerter fictorum venustum praebeant ornamentum, leviter videntur indicare, aeternam Graecae nationis gloriam non ut Romanorum in rerum publicarum formis omnibus numeris perfectis positam sed optimi cujusque ingenuarum artium generis creati aucti absoluti immortale eos decus esse assecutos.

---

pluribus verbis circumscribitur. Praeter exempla supra allata v. Herod. VIII, 22; 73; Thuc. I, 35, 1; II, 67, 4; V, 28, 2; 94; 98; 84, 2; VI, 44, 3; VII, 33, 2; VIII, 2, 1.

ADOLFUS BRINCK:

INSCRIPTIONES GRAECAE AD CHOREGIAM PERTINENTES.

I.

Inscriptiones Atticae ad choregiam pertinentes.[1])

Maxima pars titulorum Atticorum ad choregiam pertinentium sunt tituli choregici quos vocant, h. e. tituli inscripti monumentis choregicis dedicatis a choregis in memoriam victoriarum, quae in certaminibus musicis reportatae erant. Priusquam exponam, quid ex ipsis titulis de choregia et de certaminibus musicis Atheniensium concludi posse mihi videatur, pauca praemittam de ipso munere choregi.[2]) Cives Athenienses pro republica satis multas liturgias quae vocabantur praestare debuisse notum est. In his est choregia, quae numeratur inter *λειτουργίας ἐγκυκλίους*, cum alia eiusmodi munera extraordinaria sint, ut trierarchia. In compluribus sollemnibus, quae Athenienses celebrabant, certabant inter se chori, atque ii cives,

[1]) Cum in eo esset, ut commentatio mea, cuius maxima pars iam extremis anni 1884 diebus ita fere ut nunc est proponebatur amplissimo philosophorum ordini universitatis Halensis, typis mandaretur, in manus meas pervenit dissertatio Aemilii Reischii Vindobonensis „De musicis Graecorum certaminibus", in qua ex parte eadem tractantur atque in commentatione mea. Huius opusculi summa diligentia et sagacitate conscripti ita rationem habere optimum esse duxi, ut iis locis, ubi cum Reischio facere nequeo, breviter sententiam meam in adnotatione defenderem, ubi ille novi aut probabilius aliquid proferre videtur, id adnotationibus meis adderem. De rebus plurimis nos consentire gaudeo; hac enim re haud parva veritatis species accrescit iis quae investigasse nobis visi sumus.

[2]) Cfr. Boeckh, Staatshaush. I, p. 600 sqq. I. Brill, Quaest. scen. ad chorag. pertin. Lugduni Batav. 1867. H. Rosenkranz, De choregia et choreut. numero, Rostochii 1873. V. Thumser, De civium Atheniensium muneribus eorumque immunitate. Vindobonae 1880, p. 83 sqq.

qui suis sumptibus eius modi chorum alendum, exercendum, ornandum curabant, appellabantur choregi. Chororum, qui in certamen prodibant, varia erant genera; satis multa enumerant Boeckh p. 600 et Brill p. 4, cum quibus fere consentit Thumser. Distinguunt illi:

1) *χορηγεῖν κωμῳδοῖς*
2) „ *τραγῳδοῖς*
3) „ *ἀνδράσιν* sive *ἀνδρικοῖς χοροῖς*
4) „ *παισίν* sive *παιδικοῖς χοροῖς*
5) „ *πυρριχισταῖς*
6) „ *κυκλίῳ χορῷ*
7) „ *αὐληταῖς ἀνδράσιν*,

atque Boeckh addit „und dergleichen mehr." Sed tantum abest, ut etiam plura chororum genera fuisse statuendum sit, ut contra facili opera ille numerus deminui possit. Contendo choregiam ad quattuor tantum chororum genera pertinuisse. Dicebatur:

χορηγεῖν 1) *κωμῳδοῖς*
2) *τραγῳδοῖς*
3) *αὐληταῖς*
4) *πυρριχισταῖς*.

Sponte patet, quod Boeckh adfert „*χορηγεῖν κυκλίῳ χορῷ*" non diversum esse a *χορηγεῖν ἀνδράσι* vel *παισί*. Chorus cyclicus est chorus dithyrambicus, quem in orchestra ita dispositum fuisse ut orbem efficeret notum est, cum comoediae et tragoediae chorus quadrato agmine consistere solitus sit. Hi chori erant modo virorum modo puerorum; *χορηγεῖν κυκλίῳ χορῷ* igitur utrumque complectitur: qui choregus est chori cyclici, habet aut chorum puerorum aut virorum. Unus sane exstat locus, qui contra sententiam meam adferri possit: Lys. 21, 2: *ἔτι δ' ἀνδράσιν χορηγῶν εἰς Διονύσια ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἄρχοντος ἐνίκησα, καὶ ἀνήλωσα σὺν τῇ τοῦ τρίποδος ἀναθέσει πεντακισχιλίας δραχμάς, καὶ ἐπὶ Διοκλέους Παναθηναίοις* [*τοῖς μικροῖς κυκλικῷ χορῷ τριακοσίας*. Is qui loquitur choregus fuit Dionysiis chori virorum, Panathenaeis minoribus „chori cyclici"; in illum impendit quinque milia dr., in hunc trecentas. Num hi chori eiusdem generis fuisse possunt? Mea quidem sententia res ita est explicanda: Panathenaeis minoribus certabant chori cyclici aut virorum aut

puerorum, non utriusque generis; hac de causa orator non commemorat, utrum puerorum an virorum chorus fuerit; hoc auditorum unus quisque sciebat. Quod vero sumptus tam parvus est, inde explicandum videtur, quod hoc certamen, cuius hoc uno loco mentio fit, omnino non magni momenti fuit. Aut numerus choreutarum minor fuit, aut tota exornatio multo minus magnifica quam Dionysiis, aut utrumque statuendum est. Recte me statuisse locutiones *χορηγεῖν κυκλίῳ χορῷ, παισίν, παιδικῷ χορῷ, ἀνδράσιν, ἀνδρικῷ χορῷ* omnes ad eandem rem pertinere docent etiam complures scriptorum loci. Sic Lysias 21, 1 dicit *Θαργηλίοις νικήσας ἀνδρικῷ χορῷ*, et apud Suidam s. v. *Πύθιον* legitur *οἱ τῷ κυκλίῳ χορῷ νικήσαντες τὰ Θαργήλια;* de victoria, quam Andocides Dionysiis puerorum choro reportavit (cfr. n. 80), legitur in vit. X oratt. p. 835 B: *καὶ αὐτὸς δὲ ἐχορήγησε κυκλίῳ χορῷ τῇ αὑτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένῃ διθυράμβῳ,* quae exempla facile augeri posse puto.

Praeterea Boeckh adfert *χορηγεῖν αὐληταῖς ἀνδράσιν* idque intellegit de choro virorum, qui tibiis canant; sequuntur eum Brill et Thumser. Hos omnes errare et de tibicinum choro hic non esse cogitandum persuasum habeo et nunc demonstrare conabor.[1]) In Demosthenis oratione Midiana sermo est de huius modi choregia. Constat Dionysiis certasse choros cyclios virorum et puerorum, neque usquam commemoratur his sollemnibus etiam alia chororum genera (praeter tragicos et comicos choros) in certamen prodiisse. In decreto Pandionidis, quod exstat infra n. 80, constituitur, ut ii choregi tribus Pandionidis, qui victoriam reportaverint, lapidi inscribantur. In catalogo subiuncto discernitur inter eos, qui choregiam praestiterunt *ἀνδράσι,* et *παισί,* quod de choris cycliis intellegendum esse sponte patet. Tibicinum chororum nullum vestigium. Apud Demosthenem in oratione Midiana ita sermo est de choregia oratoris, ut eam nequaquam diversam esse a choregia, qualis Dionysiis esse solebat, appareat. Narrat Demosthenes, tribum suam per complures annos choregum non tulisse, commemorat chorodidascalum, exponit, quomodo cuique chorego „tibicen"

---

[1]) Cfr. Bergk, Gr. Lit.-Gesch. II, 501 adn. 11.

tributus sit. Quae fuerunt partes chorodidascali in choro tibicinum? In choris cycliis (i. e. dithyrambicis) scimus eum carmen choreutas canendum docuisse. Sed quid agit in choro, qui ex tibicinibus constat? Quae porro sunt partes „tibicinis“ in choro tibicinum? Vix quemquam hoc nobis aperire posse puto; certe Brill frustra enucleare conatur, quid agendum fuerit illi „auletae“. Atque omnino Demosthenes in illa oratione ita loquitur, ut eum choregum fuisse chori cyclici eiusmodi, quales inde a saeculo sexto Dionysiis certare solebant, manifestum fere sit. Accedit, quod valde dubium est, num tibicinum chorus auditores omnino delectare potuerit. Mihi certe ab arte musica abhorrere videtur totum tibicinum chorum in orchestram inducere. Etiam id contra Boeckhium adferri potest, quod vix credibile est, tam multos viros et pueros, qui tibiis canere possent, semper inventos esse. Nam etiam fuisse puerorum choros eiusmodi docet titulus Teius n. 103, in quo legitur *ἀνδρῶν αὐλητῶν* et *παίδων αὐλητῶν*. Hunc titulum Teium (et n. 104) si consideramus et (praeter choregos tragoediarum et comoediarum) in eo commemoratos videmus tantum choregos *αὐλητῶν ἀνδρῶν* et *αὐλητῶν παίδων*, num putandum, Tei choros cyclicos vel dithyrambicos omnino non certasse? Si praeterea in titulo Attico n. 79, qui continet catalogum victorum certaminum musicorum, quae magnis Dionysiis fiebant, invenimus choregos *τραγῳδῶν, κωμῳδῶν, παίδων, ἀνδρῶν,* num statuendum videtur, praeter illos certasse choros tibicinum, eorum tamen nescio qua de causa mentionem non factam esse? Quid quod etiamnunc habemus exemplum, unde apparet, choregos *παίδων* et *ἀνδρῶν* atque choregos *παίδων αὐλητῶν* et *ἀνδρῶν αὐλητῶν* eosdem fuisse? In titulo Samio n. 100 legitur *ἐχορήγει παισί* et *ἀνδράσι*, in titulis n. 101/102, qui ex eadem insula oriundi et plane eodem modo concepti sunt, iisdem locis habemus *ἐχορήγουν παίδων αὐληταῖς* et *ἀνδρῶν αὐληταῖς*.

Iam satis demonstratum esse puto, choros tibicinum omnino nunquam fuisse. Tota res sic est explicanda. Ut vocibus *κωμῳδοί* et *τραγῳδοί* Graeci utebantur ad totum comoedorum et tragoedorum certamen significandum (*κωμῳδῶν ὄντων ἐν Κολλυτῷ, ὅταν οἱ τραγῳδοὶ ᾄδωσι, καινοῖς τραγῳδοῖς*, sim.), sic de cyclicorum chororum certamine simpliciter dicebant

αὐληταί, etsi singuli tantum tibicines erant singulorum chororum. Cum chori cyclici modo essent virorum modo puerorum, hoc ita indicebatur, ut adderetur *παῖδες* vel *ἄνδρες*. Ea est origo locutionum *παῖδες αὐληταί, ἄνδρες αὐληταί, χορηγὸς παίδων αὐλητῶν, ἀνδρῶν αὐλητῶν* (cfr. n. 103), *χορηγεῖν παισὶν αὐληταῖς, ἀνδράσιν αὐληταῖς;* posteriore tempore fuisse videntur, qui sentirent, illum usum, ut *παῖδες, ἄνδρες* cett. eodem casu adderetur ad *αὐληταί* cett., logicae rationibus non plane respondere; hinc explicandum videtur quod in titulis Samiis n. 101/102, qui primo (vel altero) post Christum natum saeculo exarati sunt, scriptum est *ἐχορήγουν παίδων αὐληταῖς, ἀνδρῶν αὐληταῖς.* Quod in hypothesi I. Dem. orationis Midianae legitur *ἐν δὲ ταύτῃ τραγικοὶ καὶ κωμικοὶ καὶ αὐλητῶν χοροὶ διηγωνίζοντο* aut parum accurate dictum est, aut errori grammatici tribuendum. Id demonstrasse mihi videor, choregiam pertinere ad quattuor tantum chororum genera, choros comicos, tragicos, dithyrambicos, pyrrhichistarum. De pyrrhichistarum certamine v. Breuer, De musicis Panath. certaminibus, Bonn. 1865, p. 14 sq.; una nobis servata est inscriptio pertinens ad victoriam choro pyrrhichistarum reportatam, quae exstat infra n. 52.

Lege constitutum fuisse ut ii tantum cives choregias et omnino liturgias praestarent, quorum res familiaris satis magna esset, et per se consentaneum est et constat certis testimoniis (Isaeus 11, p. 299 sq. Dem. 27, 64 p. 833), etsi census ipse non traditur.

De aetate choregi lege cautum erat, ne quis minus quam quadraginta annos natus choregiam puerorum chori susciperet; cfr. Aeschin. I, 11. Timebatur enim, ne pueri corrumperentur, atque parentes filios non libenter dedisse ad id munus, docet locus Antiphontis VI 11. Hinc apparet etiam, choregis licuisse, iis qui liberos suos dare nolebant, multas irrogare et pignora capere ab iis.

Choregi proponebantur a curatoribus tribuum (*φέρειν χορηγόν, προβάλλεσθαι χορηγός, προβάλλεσθαι λειτουργεῖν*), creabantur (*καθιστάναι χορηγόν*) ab archonte, qui sorte iis tribuebat tibicinem et chorodidascalum idque in contione hanc ipsam ad rem convocata. Tibicinem — Demosthenis certe aetate — ita

choregis attributum esse, ut omnes choregi sortirentur, cui primo unum ex tibicinum numero eligere liceret, apparet ex Dem. Mid. § 13. Idem videtur mos fuisse in chorodidascalis tribuendis; huc referuntur loci, qui sunt in Ar. Av. 1403 sq.

τὸν κυκλιοδιδάσκαλον,
ὃς ταῖσι φυλαῖς περιμάχητός εἰμ' ἀεί

et in Xenoph. Mem. III, 4, 4 *καὶ μὴν οὐδὲ ᾠδῆς γε ὁ Ἀντισθένης οὐδὲ χορῶν διδασκαλίας ἔμπειρος ὢν ὅμως ἐγένετο ἱκανὸς εὑρεῖν τοὺς κρατίστους ταῦτα,* unde apparere videtur, choregos aliquam certe habuisse eligendi facultatem. Non plane congruere videtur cum hac sententia locus Antiphontis (VI, 11) *ἐπειδὴ χορηγὸς κατεστάθην εἰς Θαργήλια καὶ ἔλαχον Παντακλέα διδάσκαλον.* Nam num *ἔλαχον διδάσκαλον* dictum esse possit de eo sortiendi modo, quem habemus apud Demosthenem (*ἔλαχον πρῶτος αἱρεῖσθαι τὸν αὐλητήν*), valde dubito. Fortasse Thargeliis tantum (quinto saeculo) mos erat, ut chorodidascalus chorego sorte attribueretur sine ulla eligendi facultate.[1]) Recte puto Brillium p. 24 dixisse: „unde (h. e. ex loco Dem. Mid. 13, Aristoph. Av. cett.) non nimiae audaciae videtur concludere, étiam in tragicis comicisque choris sorte decretum fuisse, cuinam choragorum primo secundo tertio cett. *διδάσκαλον* eligere liceret", sed vellem non addidisset „e numero eorum, qui Athenis *χοροδιδασκαλίαν* profiterentur." Hoc plane nullo nititur testimonio; immo dicendum est „e numero eorum, qui archonti nomina dederant eique tetralogiam tragicam, aut comoediam, aut dithyrambum proposuerant atque ab eo probati erant." Antiquiore tempore (quinto saeculo) chorodidascali semper fere fuerunt iidem poetae carminum, quae docebant; quarto saeculo et postea saepius antiquiores dithyrambos a chorodidascalis doctos esse verisimile est. Exemplum habemus infra n. 55.

Quando choregus munus suum suscipere solitus sit, quamdiu chorus ei alendus fuerit, non constat. Exstat sane testimonium hac de re, sed num eo uti liceat, dubium est. In hypothesi II. enim Demosthenis orationis Midianae, in qua satis multa insunt, quae falsissima esse primo adspectu apparet, haec leguntur:

---

[1]) **Bergk** l. l. p. 503 adn. 19 haud inepte illud *ἔλαχον Παντακλέα διδάσκαλον* ita explicat, ut statuat, chorego ultimam sortem obtigisse.

πανομένης δὲ τῆς ἑορτῆς ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ προὔβάλλοντο οἱ χορηγοὶ τῆς μελλούσης ἑορτῆς. Bergk, Gr. Litt.-Gesch. III, p. 12 dicit: „Die Verlosung der Dichter fand mindestens einen Monat vor der Festfeier statt; darauf deuten wohl die unklaren Worte Argum. Dem. Mid.“ (sequuntur verba modo allata). Sed de poetis in illis verbis omnino sermo non est. Praeterea obscuritatem in eis non video; nihil aliud dictum est nisi „primo mense post ferias proponebantur choregi feriarum anni proximi“, quod quomodo indicare possit, poetas uno mense ante ferias choregis attributos esse, non intellego. Bergk in mente habuisse videtur verba eiusdem argumenti, quae paullo infra leguntur: *ἔθος δὲ ἦν πρὸ μηνὸς τῆς ἑορτῆς τὸν ἄρχοντα συνάγειν τοὺς χορηγοὺς ἑκάστης φυλῆς εἰς τὸ λαχεῖν περὶ τῶν αὐλητῶν.* Haec testimonia, si quid omnino iis tribuendum est, fortasse sic conciliari possunt. Primo mense post ferias proponebantur choregi feriarum proximi anni, h. e. curatores tribuum decreverunt, qui tribus suae cives choregiam suscipere deberent, ut satis temporis esset ad litem dirimendam, si quis putaret alium tribulem ante se munus illud praestare debere. Cfr. Dem. Phil. I, 36 *ὅτι ἐκεῖνα μὲν ἅπαντα νόμῳ τέτακται, καὶ πρόοιδεν ἕκαστος ὑμῶν ἐκ πολλοῦ, τίς χορηγὸς ἢ γυμνασίαρχος τῆς φυλῆς, πότε καὶ παρὰ τοῦ καὶ τίνα λαβόντα τί δεῖ ποιεῖν.* Decem fere mensibus post, uno mense ante ipsas ferias, si fides habenda illi testimonio, archon convocabat choregos et iis tibicines (et chorodidascalos) tribuebat; ab hoc igitur tempore ipsum choregi munus initium capit.

Choregus debebat chorum colligere (*ἱστάναι χορόν*), ei praebere conclave, ubi exerceretur, alimenta, vestes magnificas et alia ornamenta. Quo quisque choregus liberalior fuit, eo maiores fecit sumptus. Sed sumptus etiam diversos fuisse secundum diversa chororum genera et per se consentaneum est et constat cum aliis testimoniis tum Demosthenis, Mid. 156: *τραγῳδοῖς κεχορήγηκέ ποθ' οὗτος, ἐγὼ δὲ αὐληταῖς ἀνδράσιν, καὶ ὅτι τοῦτο τὸ ἀνάλωμα ἐκείνης τῆς δαπάνης πλέον ἐστὶ πολλῷ, οὐδεὶς ἀγνοεῖ δήπου.* Cum Demosthene consentit Lysias 21, 1 sq., ubi choregus in chorum tragicum tria milia, in chorum virorum, quo Dionysiis magnis vicit, quinque milia dr. se impendisse narrat. Videmus choregiam chori cyclii

virorum multo maioris sumptus fuisse quam chori tragici, idque iam quinto saeculo, quamquam tum chorus tragicus toti tetralogiae inserviebat; nam ad hoc tempus (ol. 92, 2 = 411/10) pertinet choregia, cuius mentio fit apud Lysiam. Cuius rei causa imprimis inde videtur repetenda, quod numerus choreutarum multo minor erat. Demosthenis vero aetate choregia tragica propterea etiam minoris constabat, quam quinto saeculo, quod tum choregis chorus ad singulas tantum tragoedias parandus erat; cf. C. I. A. II, 973. Quod Rosenkranz putat illud sumptuum discrimen inde explicari, quod „tibicinum“ chorus difficilior fuerit ad exercendum et ii tantum adhiberi potuerint ad hoc certamen, qui tibiis canere scirent, falsum esse apparet ex iis quae supra disputata sunt.

Praemium victoriae in certamine chororum cyclicorum erat tripus, quem choregus tribus nomine publice in monumento ponendum curabat. Num statuendum sit, etiam tragoediarum choregis tripoda praemio datum esse non plane certum est. Omnes loci, in quibus tripodes choregici commemorantur, ita comparati sunt, ut aut eos ad certamina chororum cyclicorum spectare apertum sit,[1]) aut generis certaminis nulla fiat mentio.[2]) Unus tantum exstat locus, unde quis concludere possit, etiam choregum tragicum tripoda accepisse, Plut. de glor. Ath. 6. Hic sermo est de musicis Atheniensium certaminibus, etiam de tragicis, atque commemorantur *τρίποδες ἐπινίκιοι*, quos acceperint choregi. Sed facile fieri potuit, ut scriptor id quod valebat in certaminibus chororum cyclicorum et quod notissimum erat, transferret ad omnia certamina musica. Certe ex hoc loco testimonium aliquo modo firmum hac de re repeti vix potest. Exstant autem argumenta, unde apparere videtur choregos tragicos tripodes non accepisse. Primum enim certum est, comoediae choregis praemio non datum esse tripoda; cfr. Lys. 21, 4 *ἐπὶ Εὐκλείδου ἄρχοντος κωμῳδοῖς χορηγῶν*

---

[1]) Demosth. 21, 5. Isaeus 7, 40. Schol. Aeschin. Tim. p. 722. Lysias 21, 2. Plut. vitt. X. oratt. p. 835 B. Plut. Aristid. 1. Ephor. ap. Harpocr. s. v. *κατατομή*. Suid. s. v. *Πύθιον*. Cfr. titul. 41. 42.

[2]) [Demosth.] 42, 22. Isaeus 5, 41. Plut. Nicias 3. Plato Gorg. p. 472 a.

ἐνίκων, καὶ ἀνήλωσα σὺν τῇ τῆς σκευῆς ἀναθέσει ἑκκαίδεκα μνᾶς. Videtur igitur choregus „instrumenta et ornamenta ludi" dedicasse (addito titulo, quo victoriae memoria propagabatur). Exspectamus certe idem vel simile aliquid factum esse a choregis tragoediarum, cum vix intellegi possit, cur mos in tragoedia et comoedia diversus, in tragoedia et dithyrambo idem fuerit. Atque uno loco de dedicatione choregi tragoedorum ita sermo est, ut vix credi possit tripodis mentionem esse omissam. De Themistocle enim dicit Plutarchus (cfr. n. 1) *ἀνέθηκε πίνακα τῆς νίκης,* item ut Aristoteles de Thrasippo (comoediae chorego) *πίνακος, ὃν ἀνέθηκε Ἐκφαντίδῃ χορηγήσας.* Praeterea, cum certum sit, ex satis magno numero titulorum choregicorum admodum pauca pertinere ad ludos scenicos, hoc admodum mirum videtur, si statuimus tripodes in his certaminibus reportatos eodem loco eodemque modo positos esse atque eos, qui praemio dati erant tribubus victricibus certaminum dithyrambicorum. Cur, si omnino fuerunt, haec potissimum monumenta et inscriptiones perierunt, cum alterius generis satis multas etiam nunc habeamus? Si vero statuimus, choregos, qui choro tragico vicerant, non accepisse tripoda, sed dedicasse tantum instrumenta et ornamenta ludi cum tabula, facile explicatur, quod harum tabularum tam paucae servatae sunt. Eiusmodi enim tabulae solae suspensae multo facilius interire poterant, quam lapides monumentis choregicis immissi. His omnibus de causis adsentior Bergkio, qui (Griech. Lit.-Gesch. III, p. 60) dicit: Ein verjährtes Vorurteil bezeichnet den Dreifuss als Preis des dramatischen Dichters.

Tripodes e certaminibus chororum cyclicorum reportati dedicabantur deo, cuius in honorem sollemnia celebrabantur, quibus certamen factum erat, h. e. Dionysiorum victores (vel tribus victrices) dedicabant Baccho, Thargeliorum Apollini. Exstruebatur plerumque monumentum in formam aediculae eique tripus imponebatur. Etiam nunc satis integrum est monumentum Lysicratis (cfr. n. 24). Haec monumenta partim erant *ἐν Διονυσίῳ* (*ἐν Διονύσου*), partim *ἐν Πυθίου;* cfr. Plato Gorg. 472 A. De sacro Apollinis v. Suid. s. v. *Πύθιον· ἱερὸν Ἀπόλλωνος ὑπὸ Πεισιστράτου γεγονός, εἰς ὃ τοὺς τρίποδας ἀνέθεσαν οἱ τῷ κυκλίῳ χορῷ νικήσαντες τὰ Θαργήλια.* De situ

eius cfr. quae exposuit E. Curtius Hermae vol. XII, p. 492 sqq. Consentaneum est paullatim admodum multa monumenta choregica illis locis posita esse, atque scimus totam viam nominatam fuisse *Τρίποδες;* cfr. Paus. I, 20, 1 *ἔστι δὲ ὁδὸς ἀπὸ τοῦ Πρυτανείου καλουμένη „Τρίποδες"· ἀφ' οὗ καλοῦσι τὸ χωρίον, ναοὶ θεῶν ἐς τοῦτο μεγάλοι καὶ σφισι ἐφεστήκασι τρίποδες χαλκοῖ.* Scripserat de his tripodibus Heliodorus, quem laudat Harpocratio s. v. *Ὀνήτωρ· Ἡλιόδωρος περὶ τῶν Ἀθήνησι τριπόδων.*

Tituli, qui immissi erant monumentis choregicis, infra exstant collecti. Primo loco posui titulos choregicos quinti et quarti ante nostram aetatem saeculi. In his Koehleri imprimis opera factum est, ut nunc fere distinguatur inter monumenta „publica" et monumenta privatim dedicata a choregis. Sed cum exstent tituli, qui habeant formam titulorum privatorum, qualem esse vult Koehler, quos tamen aut certum aut verisimile est pertinere ad monumenta publica, distinctionem paullo aliter institui. Distinxi inter eos titulos, in quibus sollemnis inscribendi forma observata est (1—40), et eos, in quibus hoc non est factum (41—55). Ex his certum dici potest ad monumenta publica pertinere n. (53). 54. 55. (v. infra), neque video, cur, ut uno exemplo utar, Simonidis epigramma n. 41 pertinere non possit ad tripoda publice dedicatum. In universum tamen Koehleri distinctio et mea eadem est. Omnino autem distinguendum esse cum Koehlero propterea putavi, quod magni interesse videbatur antiquam et sollemnem horum titulorum formam penitus cognoscere.

Jam si primae classis titulos consideramus, facile videmus tria diversa esse eorum genera. Aut choregus victor inscriptus est (1. 7.) addito nomine chorodidascali et (in n. 1) archontis, omisso nomine tribus, aut singulae tribus victrices inscriptae sunt additis nominibus choregi, chorodidascali (tibicinis, archontis), aut denique choregus vicisse refertur, sed duabus tribubus. Primo loco videamus, quomodo explicandum sit discrimen inter alterum et tertium genus. Illius generis titulos, in quibus singulae tribus vicisse referuntur, habemus inde a medio fere saeculo quinto usque ad finem saeculi quarti, atque numerus horum longe est maximus. Omnes pertinere ad

certamina chororum cyclicorum inde apparet, quod semper additum est aut fuit *ἀνδρῶν* vel *παίδων*. Boeckh ad C. I. G. 211 dicit: „ubicunque tibicen commemoratur, cyclium chorum intellige.“ Hoc recte eum statuisse persuasum habeo, cum nullam habeamus inscriptionem, in qua sit tibicen commemoratus, quam cum probabilitate referre liceat ad comoedorum vel tragoedorum certamen. Videntur in hoc tibicinis partes non eae fuisse, ut dignus haberetur, cuius nomen monumentis inscriberetur. Sed illud argumentum et certius est et propterea plus valet, quod adhiberi potest ad titulos, in quibus tibicinis nulla fit mentio. Jam plurimi viri docti, atque ii qui nunc sunt fere omnes, putant, tertii generis titulos, in quibus binae tribus nominantur, ad eadem sollemnia pertinere atque alterius generis, in quibus singulae tribus vicisse referuntur. Interdum enim accidisse, ut propter rei familiaris angustias vel deficientibus choregis unus pro duabus simul tribubus chorum exornaret. Cfr. Boeckh ad C. I. G. 216. Brill p. 10. Rosenkranz p. 7. Thumser p. 86. Koehler, Mittheil. VIII, p. 34. Quod verum non esse vel inde apparet, quod eiusmodi titulos, in quibus duae tribus nominatae sunt, habemus inde a quinto saeculo (5) usque ad alteram partem saeculi quarti: 5. 8 (384/3). 14. 15 (365/4). 16 (364/3). 17. 21 (344/3). 28. Num verisimile est, futurum fuisse ut tam multae huius generis inscriptiones atque ex temporibus tantopere inter se distantibus nobis servarentur, si interdum tantum et contra morem solitum accidisset, ut unus choregus duabus tribubus inserviret? Quid quod duos habemus titulos, qui pertinent ad duos annos continuo sequentes (n. 15. 16)! Sententiam illam falsam esse manifestum est; neque deest alia explicatio; contendo, omnes titulos, in quibus duae tribus nominantur, referendos esse ad Thargelia. Cum constet et quinto saeculo et per totum fere saeculum quartum factum esse, ut binae tribus singulos choros praeberent, vel per se consentaneum est hoc factum esse in certis quibusdam sollemnibus. Jam legimus apud Antiphontem VI, 11: *ἐπειδὴ χορηγὸς κατεστάθην εἰς Θαργήλια καὶ ἔλαχον Πανταλέα διδάσκαλον καὶ Κεκροπίδα φυλὴν πρὸς τῇ ἐμαυτοῦ, τουτέστι τῇ Ἐρεχθηΐδι, ἐχορήγουν ὡς ἄριστα ἐδυνάμην.* Qui locus ita comparatus est, ut appareat hic non agi

de re extraordinaria sed de stabili et noto more, atque recte inde Meursius et Rinck, ex recentioribus Brill (cfr. p. 15) et Bergk[1]) concluserunt, moris fuisse, ut Thargeliis singuli choregi binis tribubus inservirent. Hi praeterea usi sunt testimonio Ulpiani qui vulgo dicitur ad Dem. Leptin. 28: ὡς ἐν τοῖς Θαργηλίοις δυοῖν φυλαῖν εἷς μόνος καθίστατο χορηγός, τοῖς δὲ μεγάλοις Διονυσίοις Ἀνθεστηριῶνος μηνὸς (!) πλείονος αὐτῷ γενομένης τῆς δαπάνης εἷς χορηγὸς ἑκάστης φυλῆς. Adferuntur haec ad explicanda verba Demosthenis εἰ (ὁ νόμος) μιᾶς ἢ δυοῖν φυλαῖν ἕνα χορηγὸν καθίστησιν, ὃς ἀνθ' ἑνὸς ἄλλου τοῦτ' ἅπαξ ποιήσας ἀπαλλάξεται. In his verbis plane nihil inest de discrimine inter certamina Dionysiorum et Thargeliorum. Orator haec dicit: „lex tua, Leptines, unius vel duarum tribuum unum civem choregiam praestare coget, h. e. nihil proficiemus lege tua, nam admodum pauci cives ex ea choregi fient." Sed, etsi perverse illa allata sunt ad oratoris verba explicanda, ipsum testimonium, cum ex Demosthenis verbis conclusum esse nequeat, alicuius pretii esse videtur. Accedit aliud argumentum. Supra vidimus choregos, qui Thargeliis vicerant, tripodes dedicavisse in sacro Apollinis Pythii (ἐν Πυθίου). Ubi hoc sacrum situm fuerit, nunc constat (cfr. Curtius l. l.), atque in ipsa hac regione una reperti sunt tres illi tituli, quos habemus infra n. 15—17, quorum primus spectat ad annum 365/4, alter ad a. 364/3, tertius ad tempus proxime antecedens vel sequens; in omnibus duae tribus nominantur. Quare dubitari non posse persuasum habeo, quin iure statuerim, omnes eiusmodi titulos referendos esse ad Thargelia.[2])

---

[1]) L. l. II, p. 502, adn. 11.

[2]) Reisch p. 27 negat nos certo scire posse morem fuisse in Thargeliis, ut binae tribus singulos choros praestarent, atque qui tituli pertineant ad Thargelia, qui ad Dionysia: sed contra sententiam meam nihil potest adferre nisi quod titulus n. 21, in quo duae tribus nominatae sunt, inventus est ad radices meridionales arcis. Hoc argumentum non multum valere unusquisque intellegit, nam num monumentum choregicum, ad quod pertinet ille titulus, ab initio illo loco positum fuerit, dubium est, atque si positum fuit, confitendum nobis est, nos huius rei causam ignorare, sed propterea titulum ad victoriam Thargeliis reportatam pertinere non posse negandum mihi videtur. De eo quod adhuc nondum habemus titulum ad victoriam virorum

Reliqui omnes spectare videntur ad Dionysia magna. Lenaeis antiquiore certe tempore choros cyclicos certasse nulla exstant testimonia. In titulo temporis posterioris (Eph. arch. 1862 n. 219) Nicocles quidam refertur vicisse *Λήναια διθυράμβῳ,* sed inde vix licet concludere antiquiore tempore choros cyclicos a civibus exornatos Lenaeis certasse. His sollemnibus etiam metoecos choregos fuisse tradit scholiasta Aristoph. Plut. 953. Quae choregia utrum pertinuerit ad certamina scenica an ad choros cyclicos, non liquet. Anthesteriis certamina habita esse docet testimonium scholiastae Ar. Ran. 218, ubi ex Philochoro adferuntur *ἀγῶνες Χύτρινοι;* sed haec certamina num fuerint chororum cyclicorum admodum dubium videtur. Panathenaeis choros cyclicos prodiisse unum exstat testimonium: Lys. 21, 2 *καὶ ἐπὶ Διοκλέους Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς κυκλικῷ χορῷ χορηγήσας;* sed haec certamina non magni momenti fuisse videntur, cum alibi non commemorentur. Prometheis et Hephaestiis chororum certamina habita esse inde quis colligere possit, quod apud [Xenophontem] (de rep. Ath. III, 4) commemorantur *χορηγοὶ εἰς Διονύσια καὶ Θαργήλια καὶ Παναθήναια καὶ Προμήθεια καὶ Ἡφαίστεια,* et ex verbis tituli 80 *ἀναγράψαι δὲ καὶ εἴτις ἄλλος νενίκηκεν — Διονύσια ἢ Θαργήλια ἢ Προμήθια ἢ Ἡφαίστια.* Sed cum praeter illum locum nusquam mentio fiat huius choregiae, et tituli verba bene referri possint ad gymnasiarchiam (cfr. ad tit. 80), puto auctorem illius libri neglegentia quadam usum choregos et gymnasiarchos, quorum munus simile erat, eodem nomine appellasse. Certe non licet ex illo loco concludere Prometheis et Hephaestiis choros cyclios certasse.

Sed si statuimus, quod quin statuendum sit iam dubium non videtur, Thargeliis singulos choregos binis tribubus inserviisse [1]), alia oritur difficultas. Quaeritur, quot chori puerorum,

---

choro reportatam spectantem,' in quo duae tribus coniunctae inveniantur, cfr. infra p. 87.

[1]) Ex quo tempore certamina Thargeliorum ita instituta fuerint, incertum est. Sed cum sciamus iam quinto saeculo rem ita se habuisse, nequaquam improbabile est, inde ab initio horum certaminum illum morem obtinuisse. Titulos huius modi habemus usque ad alteram saeculi quarti partem; ab hoc tempore omnino nullum horum certa-

quot virorum in certamen prodierint. Qua de re quam perversae etiam nunc exstent opiniones docet Schmerl (Quibus Atheniensium diebus festis fabulae in scenam commissae sint. Vratisl. 1879) p. 12 ita disserens: „chororum scenicorum exornatio, quae publica cura regebatur, ita distributa erat, ut quaeque *φυλή* quae vocabatur semel quotannis choregiam susciperet, quae cum decem Athenis essent, Dionysiis magnis, quibus tres comici totidemque tragici poetae inter se certarent, sex phylas, Lenaeis primo cum comoediae solae docerentur, tres chororum dramaticorum munus exornandorum subiisse, unam vero, quae restabat, utrisque sollemnibus chorum cyclicum, in quem minor sumptus impendendus esset, instruxisse non improbabile est." Etiam Thargeliis choros cyclicos prodiisse eosque inter se certasse omnino nescire videtur Schmerl. — Dionysiis magnis decem choregos totidemque choros cyclicos certamini interfuisse complura exstant testimonia. Ulpian. ad Dem. Lept. 28: *ἐν τοῖς Θαργηλίοις δυοῖν φυλαῖν εἷς μόνος καθίστατο χορηγός, τοῖς δὲ μεγάλοις Διονυσίοις εἷς χορηγὸς ἑκάστης φυλῆς.* Schol. Aeschin. Tim. p. 722: *ἐξ ἔθους Ἀθηναῖοι κατὰ φυλὰς ἵστασαν ν' παίδων χορὸν ἢ ἀνδρῶν, ὥστε γενέσθαι δέκα χορούς, ἐπειδὴ καὶ δέκα φυλαί.* Demosthenes in oratione Midiana ita verba facit, ut singulas tribus ad hoc certamen singulos choregos creasse paene manifestum sit. Praeterea adferri potest locus Isaei 5, 36: *οὗτος γὰρ τῇ μὲν φυλῇ εἰς Διονύσια χορηγήσας τέταρτος ἐγένετο, τραγῳδοῖς δὲ καὶ πυρριχισταῖς ὕστατος;* ex hoc loco apparet, ad minimum quinque eiusdem generis (virorum aut puerorum) choros certasse Dionysiis, cum is, de quo hic sermo est, choregus quartum locum obtinuerit, neque tamen ultimus fuerit. Orator demonstrare vult, quam parcus fuerit adversarius in choregiis quas praestitit. Bis fuit ultimus, semel quartus; optime hoc quadrat ad illud consilium, si quinque chori inter se certabant, atque cum testimonia supra allata idem probare videantur, fere certum est, Dionysiis magnis quinque

---

minum vestigium invenitur. Mutatio facta videtur eo tempore, quo cives choregia liberabantur (cfr. p. 96 sq.). Utrum tum certamina Thargeliorum omnino sublata sint, an horum quoque exornatio sit translata ad agonothetam (vel populum), non liquet.

virorum, quinque puerorum choros in certamen prodiisse.[1]) Ad Thargelia quinque omnino choros exornari solitos esse inde apparet, quod binae tribus singulos praebebant choregos. Nam quod praeterea quis possit conicere, Dionysiis a singulis tribubus binos choros, alterum puerorum alterum virorum, Thargeliis a binis tribubus item binos choros praebitos esse, ut semper omnes tribus eidem certaminis generi interessent, statuere non licet et propter testimonia supra allata et propter nimium choregorum numerum; cfr. Dem. 20, 21: *πόσοι δήποτ' εἰσιν οἱ κατ' ἐνιαυτὸν τὰς ἐγκυκλίους λειτουργίας λειτουργοῦντες, χορηγοὶ καὶ γυμνασίαρχοι καὶ ἑστιάτορες; ἑξήκοντα ἴσως ἢ μικρῷ πλείους σύμπαντες οὗτοι.* Sane, si statuimus, Thargeliis quinque omnino prodiisse choros, quod statuendum esse persuasum habeo, incommoditas quaedam in eo posita est, quod numerus chororum puerorum et virorum idem fuisse non potest; aut fuerunt bini puerorum, terni virorum, aut terni puerorum, bini virorum chori. Sed haec incommoditas quomodo removeri possit equidem non video. Fortasse altero anno duo puerorum, tres virorum, altero tres puerorum duo virorum chori certamen inibant. Ceterum mirum videri potest, quod omnes tituli ad Thargelia pertinentes, in quibus haec significatio servata est, spectant ad certamina puerorum: (9). 14. 15. 16. 17. 21. Etiam apud Antiphontem VI, 11 sermo est de puerorum choro, atque in titulo 5, qui est antiquissimus huius generis, non additum est *παίδων* vel *ἀνδρῶν*. Neque vero licet inde concludere, Thargeliis virorum choros omnino non certasse. Nam et recte puto me titulum 8, qui spectat ad victoriam virorum choro reportatam ita restituisse, ut duarum tribuum nomina inscripta fuisse statuerem (v. ad n. 8), et exstant testimonia, quibus virorum choros Thargeliis certasse confirmatur: Lys. 21, 1: *Θαργηλίοις νικήσας ἀνδρικῷ χορῷ,* et infra tit. 80, ubi enumerantur choregi, qui Thargeliis choris puerorum et virorum vicerunt.[2])

---

[1]) Idem statuit Bergk, l. l. p. 501 adn. 11.

[2]) Reisch, qui item observavit, omnes titulos, in quibus duae tribus nominantur (et in quibus ea significatio servata est), pertinere ad puerorum certamina, p. 27 adn. 1 dicit, virorum choros a singulis tribubus eodem modo quo Dionysiis, Thargeliis quoque instructos

Pauca addenda sunt de ipsa forma horum titulorum. In iis, qui pertinent ad Dionysia, semper ipsa tribus vicisse refertur; antiquiore tempore videtur mos fuisse, ut tribus semper primo loco inscriberetur, posteriore saepius choregum primo loco invenimus: 10. 24. 26. Choregi nomini additur plerumque patris nomen et demoticum; interdum tamen aut hoc (2. 18) aut illud (4) aut utrumque (6) omittitur. Praeterea nunquam defuisse videtur nomen chorodidascali. Plerumque is tenet locum tertium; sed posteriore tempore saepius nominatur quarto loco post tibicinem: 21. 22. 24. 25. Saepe addita est patria, semel patris nomen (8) et pagi (26). Tibicinis in titulis quinti saeculi nulla fit mentio; prima eius memoria exstat n. 8 (a. 384/3), sed etiam post hoc tempus saepius omittitur. Videtur tibicinis auctoritas paullatim ita crevisse, ut exeunte saeculo quarto maior esset quam chorodidascali.[1]) Archontis nomen antiquiore tempore raro, postea saepius additur. Stephani (Der ausruhende Heracles p. 228) putabat, archontem propterea in his titulis nominatum

---

esse veri simile fieri e titulo n. 80: ὅτι εὖ καὶ προθύμως ἐχορήγησεν τοῖς παισὶ καὶ ἐνίκα Διονύσια, καὶ Θαργήλια ἀνδράσιν et ex choregi verbis apud Lysiam XXI, 1 sq. Θαργηλίοις νικήσας ἀνδρικῷ χορῷ. Sed quomodo inde quod his locis choregus virorum choro Thargeliis vicisse dicitur, concludi possit, chorum, quo vicit, ab una tantum tribu esse praebitum, me non intellegere fateor. Atque ipsum Reischium de iis quae illo loco protulit dubitare coepisse docere videntur ea, quae ad titulum nostrum 8 adnotat, ubi vide adnotationes nostras.

[1]) Reisch p. 28 gravissimum aetatis indicium e tibicinis nomine addito et ex ordine, quo chorodidascali tibicinisque nomina ponuntur capi posse putat. Saeculo quinto tibicinem nusquam nominari, saeculo quarto nomen eius fere addi idque ita, ut priore saeculi quarti parte nomen chorodidascali, altera tibicinis nomen priore loco poni soleat. Quae in universum congruunt cum iis, quae ego observavi. Tamen hoc indicium prorsus certum esse adhuc demonstrari nequit; id vero mihi concedendum videtur, admodum probabile esse titulos, in quibus tibicinis nomen ante chorodidascalum exaratum est, referendos esse ad alteram partem saeculi quarti; contrarium vero, omnes titulos, in quibus magister ante tibicinem nominatur, antiquiores esse medio saeculo quarto adhuc pro certo contendi nequit. Inde a medio quarto saeculo initium capit mos, ut tibicinis nomen ante magistrum ponatur, sed sub finem saeculi demum stabilitus esse videtur. Certe in omnibus titulis ab agonothetis positis ordo is est, ut tibicinis nomen priorem locum teneat.

esse, quod praeerat ludis, ad quos illi spectant; quod probat Keil, Mél. gréco-rom. II, p. 82. Sed recte monuit Koehler (Mittheil. III, p. 231) hoc propterea statuere non licere, quod archontis nomen admodum saepe omittitur. Qui id addendum curabant, nihil agebant nisi ut annus indicaretur.

In iis titulis, qui pertinent ad Thargelia, semper primo loco commemoratur choregus; tribuum nomina adduntur casu dativo, ita ut priorem locum ea teneat, cuius est choregus; deinde indicatur chori genus genetivo *παίδων* vel *ἀνδρῶν*. Quod in his titulis choregi, non ipsae tribus vicisse referuntur, putat Koehler (Mittheil. III, p. 231) tribuendum esse mutatis hominum moribus; posteriore enim tempore choregos magis ipsis quam tribubus gloriam quaesivisse. Sed recte monuit Dittenberger (ad Syll. n. 411) exstare titulos recentiores, qui tamen antiquum morem servent, atque vix credi posse casu factum esse, quod „ubicunque singulae tribus singulos choros praestant, ipsae tribus, ubi binae coniunctae, choregi victores percribuntur." Propterea in his titulis illam formam adhibitam esse, quod abhorreret a Graecorum sensu in uno eodemque certamine plures victores praedicare. Nobis iam dubium esse nequit, quin in hoc genere titulorum choregicorum ipsa illa forma sit sollemnis et antiqua, quae ut quinto (n. 5) ita quarto saeculo adhiberi solebat. — Plerumque in his titulis de chorego dictum invenimus *ὁ δεῖνα χορηγῶν ἐνίκα;* in n. 5 et 14 habemus simpliciter *ἐχορήγει,* ut videtur ex more antiquiore. Quinto saeculo Antiphontis testimonio (VI, 11 *ἔλαχον Κεκροπίδα φυλὴν πρὸς τῇ ἐμαυτοῦ*) constat, quinque tribubus, quae quoque anno choregos praebebant, singulis singulas tribus ex reliquis quinque sorte attributas esse. Tum igitur tribuum numerus in duas partes divisus erat; altero anno ab altera parte choregi praebebantur. Quae tribus in hac, quae in illa parte fuerint, non liquet; sollemnis tribuum ordinis nullam in hac re rationem habitam esse docent inscriptiones et locus Antiphontis:

Antiph.: *Ἐρεχθηΐς* — *Κεκροπίς*
n. 5: *Ἐρεχθηΐς* — *Αἰγηΐς*
n. 14: *Πανδιονίς* — *Ἐρεχθηΐς*.

Unde concludi potest, in altera parte fuisse Erechtheida, in altera Cecropida, Aegeida, Pandionida. Postea rem ita mutatam

esse, ut non iam sorte constitueretur, quae tribus cum altera coniungenda esset, sed ut semper eaedem duae tribus coniunctae chorum praestarent, quarum ex altera altero anno choregus eligeretur, inde sagaciter conclusit Dittenberger, quod in tribus titulis non multum tempore inter se distantibus (15. 17. 21.) Acamantis et Pandionis coniunctae inveniuntur. Quod si verum est — atque mihi quidem admodum probabile videtur — coniuncta erat Pandionis cum Acamantide, Leontis cum Aegeide (16), hoc est secundum sollemnem tribuum ordinem tertia et quinta, secunda et quarta. Quod praeterea Dittenberger suspicatur, Erechtheida cum Oeneide (primam cum sexta) coniunctam fuisse, aequabilitas non ea esse videtur, ut hoc probabile dici possit. Illam mutationem factam esse ante annum 365/4 docet tit. 15; in n. 14, qui fortasse satis multo antiquior est quam 15, Pandionis cum Erechtheide coniuncta est; hic igitur titulus spectat ad tempus, quo res aliter fuit instituta.

Quod Kumanudis coniecerat, titulos 15 et 17 ad eandem victoriam spectare, eodem loco recte reiecit Dittenberger.[1]) Putabat ille, ab utraque tribu choregum esse praebitum, quorum alterius nomen inscriberetur ipsius tripodis basi, addito nomine archontis, alterius basi sine tripode et nomine archontis. Quod quam improbabile sit unus quisque videt; atque rem non ita se habuisse comprobant testimonia, quae supra attuli. — De didascalorum, tibicinum, archontum nominibus idem valet atque in titulis ad Dionysia spectantibus.

Disputavi adhuc de titulis, qui additi erant monumentis choregicis positis in memoriam victoriarum, quas tribus ex certaminibus chororum cyclicorum reportaverant. Praeter hos titulos primae classis nostrae habemus duos, qui pertinent ad certamina scenica, 1 et 7. Hic nullam habemus tribus mentionem; ipsi choregi victores inscripti sunt. Fuerunt sane, qui putarent, titulum 1 a Plutarcho non integrum esse traditum sed ante vs. 1 addendum esse

Λεοντὶς τραγῳδοῖς ἐνίκα

(cfr. Brill p. 84); at plane nullum exstat exemplum, quo hoc comprobetur; nam inde, quod in titulis ad certamina chororum

---

[1]) Cfr. etiam Thumser l. l. p. 86.

cyclicorum spectantibus tribus vicisse refertur, non sequitur idem factum esse in huius generis titulis. Sane omnes fere hodie credere videntur, in certaminibus scenicis, ut in lyricis tribus inter se certasse et unam ex decem tribubus victricem esse renuntiatam. Sic Koehler, Mittheil. III, p. 237 (ad tit. 56) dicit: „der Umstand aber, dass Dichter und Schauspieler, nicht Phyle und Didascalos genannt sind, ist daraus zu erklären, dass die aufgeführten Stücke ohne Chor waren.“ Atque Brill tota altera commentationis suae parte demonstrare vult, „commissionem scenicam esse certamen tribuum.“ Sed quomodo ei contingit, ut hoc demonstravisse sibi visus sit? Ea quae recte dicuntur de certamine chororum cyclicorum, transfert ad certamen scenicum. Ego vero prorsus nego, unquam de certamine tragico vel comico dictum vel titulo inscriptum esse *ἡ δεῖνα φυλὴ ἐνίκα*. Plane nullus exstat locus, ubi eius modi aliquid sit traditum, aut unde hoc concludi possit. Ubicunque sermo est de victoria tribus, agitur de certamine chororum cyclicorum. Veram esse sententiam meam praeterquam quod pro contrario nulla exstant testimonia, apparet cum ex illis titulis, in quibus nulla tribus ratione habita ipsi choregi vicisse referuntur (1. 7. [56.]), tum ex tit. n. 79, qui continet catalogum victorum certaminum musicorum omnium, quae fiebant magnis Dionysiis. Qui titulus ita est dispositus:

ἡ δεῖνα φυλὴ παίδων
ὁ δεῖνα ἐχορήγει
ὁ δεῖνα ἐδίδασκε

ἡ δεῖνα φυλὴ ἀνδρῶν
ὁ δεῖνα ἐχορήγει
„ „ *ἐδίδασκε*

κωμῳδῶν
ὁ δεῖνα ἐχορήγει
„ „ *ἐδίδασκε.*

τραγῳδῶν
ὁ δεῖνα ἐχορήγει
„ „ *ἐδίδασκε.*

Res satis clara est: in certamine chororum cyclicorum tribus vicisse referebantur, in certamine scenico non item. — Ex iis quae modo exposui, apparet, eos errare, qui ex numero tribuum concludere volunt, quot tetralogiae tragicae et quot comoediae quibusque feriis actae sint. Quod praeter Boeckhium fecit Schultz, De chori tragici Graec. habitu externo, (Berol. 1857) p. 11: „Si igitur unus quisque choregorum singularem tribum repraesentabat, tunc prope necessarium videtur decem choregos certamen iniisse. Si vero decem erant choregi, tunc etiam opus erat decem poetis, in quorum fabulis illi chorum instruerent. Itaque iam ex hac ratione denas consequimur in magnis Dionysiis commissiones scenicas totidemque quibus certamen ineundum fuerit poetas.“ Hinc porro concluditur, quinque poetas comicos totidemque tragicos inter se certasse. Sed, cum comoedi certare non potuerint cum tragoedis, ii, qui illam sententiam probant, id ipsum, quo ad hanc ratiocinationem adducti sunt, non assequuntur, nempe ut omnes tribus eidem certamini interfuerint. Atque totam sententiam falsam esse apparet ex iis, quae supra exposui. Consentaneum tamen est, lege constitutum fuisse, quot choregos et quo ordine singulae tribus praebere deberent; sed tam arcta necessitudo, quam illi statuunt, non intercedit inter numerum tribuum et choregorum tragoediarum comoediarumque.

Altera inscriptionum illarum, quae pertinent ad certamina scenica, n. 7, propterea magni est momenti, quod optime ea confirmatur testimonium de choregiae mutatione, quae facta est Ol. 92, 1. Legimus enim apud scholiastam Ar. Ran. 404: *ἐπὶ γοῦν τοῦ Καλλίου τούτου φησὶν Ἀριστοτέλης, ὅτι σύνδυο ἔδοξε χορηγεῖν τὰ Διονύσια τοῖς τραγῳδοῖς καὶ κωμῳδοῖς; ὥστε ἴσως ἦν τις καὶ περὶ τὸν Ληναϊκὸν ἀγῶνα συστολή.* Aristoteles igitur tradidit Ol. 92, 1 legem latam esse *σύνδυο χορηγεῖν τοῖς τραγῳδοῖς καὶ κωμῳδοῖς*, quae lex aliter vix potest intellegi nisi ita ut constitutum sit, ut bini choregi sumptus facerent in singulos choros tragicos et comicos. Atque sic, quantum video, plurimi eam accipiunt. Neque tamen defuerunt qui eam plane alio spectare putarent. Sic Rosenkranz p. 8 dicit: „quam ob causam (h. e. propter paupertatem civium crescentem) Ol. 92 plebiscito constitutum est a duabus simul phylis chorum

exornandum esse." Quod quomodo in verbis illis inesse possit equidem non video; id enim apertum est, in lege agi de ipsis choregorum personis, non de tribubus. Atque omnino sensus legis satis clarus est, praesertim si comparamus locos, quibus agitur de syntrierarchia; cfr. Dem. 21, 154: *ὅτε σύνδυο ἦμεν οἱ τριήραρχοι,* al. Sed hac simplici explicatione, quae plane nullam habet offensionem, acquiescere non posse sibi visus est Schmerl,[1]) qui illud scholiastae testimonium ad hoc usque tempus „mirum quam perperam" a viris doctis acceptum esse putat. Sententia eius haec est: „Cum postea etiam Lenaeis tragoediae in scenam committerentur, placuisse, ut his sollemnibus comici choregi etiam tragicorum officio fungerentur; et huc scholiastae verba spectare pro explorato habeo. Nam quoniam ex verbis *ὥστε ἴσως ἦν τις καὶ περὶ τὸν Ληναϊκὸν ἀγῶνα συστολή* colligitur, decretum illud simul imminutionem apparatus scenici attulisse, *σύνδυο* non ita accipere licet, quasi duo cives opera impensisque inter se communicatis idem munus susceperint, quod antea ut unus sustineret moris fuerat: immo vero, si ii chori, qui antea ab uno cive instructi erant, iam consociata duorum choragorum industria et sumptu doceri debebant, ea re ut certaminum Lenaeorum magnificentia non modo non extenuaretur, sed vel magis exaggeraretur atque augeretur futurum fuisse quod nemodum senserit magnopere miror. Quare *σύνδυο* utique ita interpretandum est, ut pertineat ad *τοῖς τραγῳδοῖς καὶ κωμῳδοῖς* tamquam dativus." Quod scholiasta illam legem ad omnia Dionysia pertinere dicat (?), eo Schmerl factum esse putat, quod ille verba Aristotelis parum bene intellexerit; ipsi cum legem ad Lenaea tantum referat, contingit, ut nobis dicere possit, quo anno tragoediae Lenaeis agi coeptae sint: scilicet Ol. 92, 1 iis choregis, qui Lenaeis usque ad id tempus chorum comicum exornaverant, simul choregiam tragicam impositam atque inde ab hoc anno quotannis Lenaeis tragoedias actas esse. Vellem nos tam certam huius rei cognitionem habere; sed ut nunc res est, facili negotio demonstrari potest, ipsum Schmerlium „mirum quam perperam" legem illam intellexisse.

---

[1]) Quibus Atheniensium diebus festis fabulae in scenam commissae sint p. 12.

Primum enim, cum non multo post illud tempus choregia comica omnino sublata sit, per se veri non est simile onera choregorum tum tantopere esse aucta. Praeterea Schmerl non distinguit inter testimonium Aristotelis et additamentum scholiastae. Verba ἐπὶ Καλλίου ἔδοξε σύνδυο χορηγεῖν τὰ Διονύσια τοῖς τραγῳδοῖς καὶ κωμῳδοῖς ex Aristotele hausta sunt, atque inde concludit scholiasta: ὥστε ἴσως ἦν τις καὶ περὶ τὸν Ληναϊκὸν ἀγῶνα συστολή. Scholiasta igitur non, ut dicit Schmerl, illam legem refert ad omnia Dionysia, sed ad Dionysia magna, quae saepe simpliciter τὰ Διονύσια appellata esse constat, atque inde concludit simile aliquid constitutum esse de certamine Lenaeorum. Utrum ipsa lex ad Dionysia magna tantum pertinuerit, an etiam ad Lenaea, dubitari potest. Nam si Athenis lex ferebatur σύνδυο χορηγεῖν τὰ Διονύσια, bene statui potest, significata esse et Διονύσια τὰ μεγάλα et Διονύσια τὰ ἐπὶ Ληναίῳ. Sed scholiasta eam ad magna tantum Dionysia refert. Quod vero Schmerl dicit, propterea non licere σύνδυο ita interpretari ut nos interpretati sumus, quod verba sequentia doceant, illam legem attulisse imminutionem apparatus scenici, respondendum est, hoc, si scriptum esset, nihil nos moraturum esse, cum facile statui possit scholiastam inepti aliquid ex Aristotelis verbis conclusisse. Sed ille dicit, similem συστολήν sibi factam esse videri in certamine Lenaeorum, quod nihil nos cogit intellegere de imminutione apparatus scenici; scholiasta cogitat de imminutione sumptus choregorum.

Haec omnia disputare vix opus fuit, cum habeamus testimonium certissimum, illam legem ita accipiendam esse, ut accepimus, nempe titulum n. 7, in quo bis bini choregi inscripti sunt, qui una choregiam praestiterunt. Quem si Schmerl novisset (atque novisse potuit), non tam temere eum illam legem interpretaturum fuisse puto. Quamdiu illa lex vim habuerit, non satis liquet. Cum probabilitate tamen conici posse videtur, eam tum abolitam esse, cum singulae tragoediae agi inciperentur. Hac ipsa enim mutatione choregiae sumptum ita imminutum esse apparet, ut credi non possit, etiam tum binos choregos singularum fabularum chorum exornavisse. Mutatio illa facta esse videtur priore parte saeculi quarti, fortasse eodem tempore, quo ex comoedia chorus omnino evanuit. Annis 342 et sequen-

tibus singulis tragoediis certasse poetas videmus ex didascaliis C. I. A. II, 973.

Jam finita est disputatio de prima titulorum choregicorum classe. De secunda pauca dicenda sunt. Saepius choregi, praeterquam quod tripoda praemio datum nomine tribus publice dedicabant, privatim erigebant monumentum in memoriam victoriae reportatae. Tituli his monumentis inscripti hanc fere habent formam: *ὁ δεῖνα χορηγῶν νικήσας ἀνέθηκε τῇ δεῖνι φυλῇ* { *παίδων* / *ἀνδρῶν*. Discrimen, quod est inter hos et titulos monumentorum publicorum, maxime in eo positum est, quod hic semper ipse choregus victor inscriptus est. Tres ex huius generis titulis, n. 53. 54. 55. sine dubio pertinere ad monumenta publica docui in adnotationibus. Praeterea inter huius classis titulos rettuli inscriptiones metricas. Ex quibus n. 41 et 42 bene referri possunt ad monumenta publica. Plane singularis est ratio tituli 47; hic sollemnem habet formam, sed dedicatus est non a chorego, et didascali nomen omissum est. Eum ab ipso didascalo positum videri Dittenbergerum secutus exposui in adnotationibus. —

Praeter eos, de quibus adhuc disputatum est titulos choregicos habemus satis multos, in quibus populus choregus inscriptus est verbis *ὁ δῆμος ἐχορήγει.* Hoc usque ad paucos abhinc annos omnes fere ita explicandum esse putabant, ut statueretur populum choregiam interdum suscepisse in gratiam quarundam tribuum paupertate impeditarum quominus ipsae eo munere fungerentur (Brill p. 10). Unus Rangabis (ad Ant. Hell. n. 976) intellexit, omnes titulos, in quibus populus esset choregus, recentiores esse quam eos, in quibus civis choregus nominaretur. Sed eius in hac re nemo videtur rationem habuisse. Nunc vero ut de his rebus certius iudicare liceat factum est egregia opera U. Koehleri, qui quid sentiret exposuit Mittheil. des arch. Instit. III (1878), p. 231 sqq.

Vel per se improbabile videtur, quod illi statuerunt, populum nonnullis tribubus subvenisse, reliquas tribus ut antea sumptus impendisse in illa certamina. Vix enim puto reliquas tribus passas esse populum eum sumptum, qui nonnullis tribubus faciendus erat, in se suscipere, cum ipsae non sublevarentur.

Atque invenimus non pro una vel altera, sed pro satis multis populum choregiam suscepisse. Praeterea mirum esset, quod, si nonnullis tantum tribubus interdum populus subvenisset, plerumque eae ipsae tribus victoriam adeptae esse viderentur, cum consentaneum sit, si res ita se habuisset, plerumque unam ex pluribus tribubus, quae ipsae choregiam praestabant, interdum tantum unam ex paucis, pro quibus populus choregiam suscipiebat, victuram fuisse. Commemorantur in titulis choregicis eae tantum tribus, quae vicerunt, atque plus decem habemus titulos, quae pertinent ad victoriam tribuum, pro quibus populus choregus fuit, nullum vero exstat certum exemplum (eiusdem fere temporis) in quo tribus victrix ipsa per civem choregiam praestiterit. Quid quod eodem anno et in virorum et in puerorum certamine eas tribus vicisse videmus, pro quibus populus sumptus fecit! (cfr. n. 59. 60). Num hoc omnino potest explicari, si interdum tantum et pro paucis tribubus populum choregiam suscepisse statuitur? Quod vero maximi momenti est — atque hoc imprimis argumento usus est Koehler — in omnibus titulis, in quibus populus est choregus, commemoratur agonotheta, in omnibus, qui habent choregi nomen, nulla eius fit mentio. Unde pro certo concluditur, choregiam populi et agonothesiam eodem tempore esse institutas. Jam quaeritur, quo tempore hoc factum esse videatur. Antiquioris generis titulorum, in quibus quidem annus indicatus est, recentissimi sunt n. 54 et 55, qui spectant ad annum Neaechmi archontis Ol. 115, 1 = 320/19 a. Chr. Ex alterius generis inscriptionibus, in quibus archontis nomen exstat, n. 59 et 60 referendae sunt ad Ol. 127, 2 (271/70), n. 58 magna cum probabilitate ad Ol. 124, 4 = 281/80 vel 124, 3. In decreto facto in honorem Philippidis, Philomeli filii a. 293 a. Chr. (C. I. A. II, 302), commemoratur, Philippidem agonothetam fuisse, atque Koehler ex spatii rationibus intellegere sibi visus est, duas fuisse eius agonothesias. Etsi hoc fortasse non prorsus certum est, id iam constat, compluribus annis ante a. 293 agonothesiam fuisse institutam. Adhuc igitur demonstratum est, agonothesiam et populi choregiam institutas esse intra annos 320 et fere 295 vel 300. Cum praeterea admodum probabile sit, titulum n. 56 referendum esse ad annum Anaxicratis Ol. 118,

2 = 307/6 (cfr. adnot.), summa cum probabilitate statuit Koehler, Demetrium Phalereum, qui 316—7 reipublicae Atheniensium praefuit, huius mutationis auctorem esse. Iam constat, Demetrium anno Ol. 117, 4 (309/8 a. Chr.) summo magistratu functum esse et Dionysiorum certaminibus praefuisse (cfr. Athen. XII, 542 e). Hinc coniecit Koehler hoc ipso anno primum agonothetam munere suo functum esse, atque hoc quoque satis probabile esse negari nequit. — Duos titulos, qui contra Koehleri sententiam pugnant, n. 18 et 19, a Pittaki videri interpolatos esse expositum est in adnotationibus.

Titulos, in quibus sermo est de agonothesia, collegit Koehler p. 233: C. I. A. II, 302. 307. 314. 331. 379. Ἀθήν. VII. p. 93. Videmus ex iis, agonothesiam fuisse ἐπιμέλειαν, non ἀρχήν, inter quae munerum genera bene distinguendum esse apud Athenienses notum est. Creantur agonothetae a populo singulos in annos; administranda eis sunt certamina (musica) Dionysiaca et cetera (307 ἐπεμελήθη δὲ καὶ τῶν ἀγώνων τῶν τε Διονυσιακῶν καὶ τῶν ἄλλων). Praeterea agonotheta sacra facere solebat in honorem deorum et tripodas, qui tribubus victricibus praemio dabantur, sacro loco ponendos curabat (sic recte puto Koehlerum intellexisse et supplevisse vs. 15 decreti, quod editum est Ἀθήν. VII, p. 93). Ubi annus praeterierat, ratio ei erat reddenda (314). Praeter alia igitur omnia curasse videtur, quae antea choregi fuerant.

Optime monet Koehler, choregiam civium tum florere potuisse, cum satis multi cives rem familiarem etsi non ita magnam attamen idoneam possiderent. Sed scimus factum esse, ut Athenis eorum civium numerus, qui mediam ut ita dicam vitae condicionem habebant, magis magisque imminueretur, cum pauci cives divitias admodum magnas congererent. Quod cum ita esset, consentaneum est, saepius choregum huic vel illi tribui defuisse. Hoc iam Demosthenis temporibus factum esse apparet ex ipsis oratoris verbis; legimus in oratione Midiana tribum eius duobus annis choregum non tulisse atque tertio quoque anno choregum propondituram non fuisse, nisi ipse sua sponte munus illud suscepisset. Similia in reliquis tribubus facta esse veri simile est optimeque cogitari potest, hanc choregorum inopiam proximis decenniis etiam maiorem factam et sub finem

saeculi tantam fuisse, ut necesse esset hanc rem aliter instituere. — Agonothetas sumptos esse ex ditissimis et nobilissimis familiis et per se consentaneum est et constat titulorum testimonio. Quantos interdum sumptos fecerint, docet titulus C. I. A. II, 379, ubi septem talenta agonothetam impendisse narratur. Atque Koehler putat, agonothetae omnes sumptus de suo faciendos fuisse, nihil ei datum esse ex aerario publico. Sane concedendum videri, parum accurate dici solitum esse *ὁ δῆμος ἐχορήγει*. In hac tamen re non cum eo facio. Si in titulis est *ὁ δῆμος ἐχορήγει* hoc sine dubio significat „sumptus fecit populus“, atque ut credam hoc sine ulla causa factum esse a me impetrare non possum. Traditum hac de re nihil est, quare non video cur nulla necessitate coacti ipsi nobis difficultates creemus. Statuendum est pecuniam ex aerario solutam esse agonothetae, sed consentaneum est eam tam parvam fuisse ut nullo modo sufficere posset. — Quod Thumser (l. l. p. 86/87), cui Koehlerum omnino non persuasisse magnopere miror, conicit, agonothetas in athlotetarum locum successisse, quomodo certis argumentis demonstrari possit, non video. Athlotetarum in certaminibus chororum cyclicorum et scenicorum nusquam fit mentio, atque si in eorum locum successissent agonothetae, hoc nihil fere nisi nominis mutatio fuisset, quae cur facta sit intellegi nequit. Cfr. etiam Hesych. s. v. *ἀγωνοθέτης· ἀρχῆς ὄνομα Ἀθήνησιν· ὡς δὲ Νίκανδρος, ἀθλοθέτης ὁ μόνα γυμνικὰ, ἀγωνοθέτης δὲ ὁ τὰ μουσικὰ ἀκροάματα διατιθέμενος;* similia leguntur apud Phot. p. 7 (et Suid.), in Bekkeri anecd. p. 333. Quod Thumser monet in titulo C. I. A. II, 302 agonothesiam et choregiam una commemorari nequaquam a Koehlero neglectum est. Cum enim hic titulus non multo post agonothesiam institutam exaratus sit, optime statui potest eum hominem, de quo sermo est, ante agonothesiam institutam choregum, post agonothetam fuisse.

Tituli huius generis quos habemus omnes praeter n. 56 (et 69?) pertinere videntur ad certamina chororum cyclicorum. Videmus moris fuisse, ut in memoriam victoriarum tribuum agonotheta aut duas dedicaret tabulas, quarum in altera inscriberetur tribus, quae puerorum choro, in altera quae virorum choro vicerat, aut ad utrumque eadem tabula uteretur. Duos

eiusdem anni titulos habemus n. 59 et 60. Praescripta sunt praeter populum choregum semper ut videtur nomina archontis et agonothetae. In titulis, qui pertinent et ad virorum et ad puerorum certamina, semper a sinistra puerorum a dextra virorum mentio facta esse videtur. Tibicinis nomen semper ante magistrum positum est (cfr. p. 88) atque utriusque nominibus sola additur patriae nota, quae nunquam omissa esse videtur. — Praeterea agonothetae saepius monumenta vel titulos dedicasse videntur in memoriam certaminum scenicorum, quae sub auspiciis eorum facta erant. Exemplum habemus n. 56. Quod Koehler putat propterea hic non nominari tribum et didascalum, quod fabulae chorum non habentes actae sint, statuendum non esse supra vidimus. Comoedias tum chorum non iam habuisse notum est; de tragoedia idem ex hoc titulo concludere non licet. Tribus enim in certamine scenico omnino nusquam vicisse refertur, atque didascalus fortasse omissus est, quod tum non iam habebat auctoritatem aut quod poeta vel protagonista eius munere functus est.

Quarto loco posui titulos choregicos aetatis imperatoriae; ex primo et altero ante Christum natum saeculis eius modi monumenta servata non esse videntur. Illi tituli omnes fere ita comparati sunt, ut de ratione certaminum illius aetatis vix quidquam ex iis concludi possit. Populi choregiam etiam tum fuisse nullo certo constat testimonio. Certum tamen est singulos cives choros exornavisse. Quod utrum legibus constitutum fuerit, an illi sua sponte fecerint, dubium est. Agonotheta nominatur n. 72, praeter choregum, unde apparet, eius munus tum aliud fuisse atque tertio ante Christum saeculo. Id quoque in agonothesia videtur mutatum esse, quod tum agonothetae creabantur ad singula sollemnia, non in totum annum; cfr. n. 72 *ἀγωνοθέτης Διονυσίων*. In n. 72 (et 73) una tribus vicisse refertur, in n. 75. 76 sex tribus inscriptae fuisse videntur. Qui tituli cum eius sint aetatis, qua duodecim tribus erant, conieci in quibusdam sollemnibus moris fuisse ut duo chori inter se certarent, quorum alterum altera tribuum pars praestaret; cfr. ad n. 76. Saepius tum factum esse videtur, ut viri nobiles et divites pro omnibus tribubus choregiam susciperent; cfr. Plut. Quaest. conviv. I, 10: *ἀγωνοθετοῦντος ἐνδόξως καὶ*

μεγαλοπρεπῶς Φιλοπάππου τοῦ βασιλέως ταῖς φυλαῖς ὁμοῦ πάσαις χορηγοῦντος. Aristid. Orat. Sacr. II, p. 331: *καὶ τοίνυν καὶ χοροὺς ἔστησα δημοσίᾳ δέκα τοὺς σύμπαντας, τοὺς μὲν παίδων, τοὺς δὲ ἀνδρῶν* et qu. s. — Sollemnis titulorum forma tum omnino non iam fuisse videtur; plerumque inscriptiones metricas tripodibus additas esse videmus.

His titulis choregicis subiunxi reliquias catalogi victorum qui Dionysiis magnis vicerunt, quae nunc coniunctae exstant in C. I. A. II, 971; has propterea hic neglegendas esse non duxi, quod choregorum in iis ratio est habita. Postremo loco posui decreta tribuum et pagorum in honorem choregorum facta

---

A.

Inscriptiones Atticae choregicae quae vocantur.

I. Inscriptiones choregicae antiquiores choregia populi et agonothesia instituta, in quibus antiqua et sollemnis forma est observata.

1.

Plut. Themist. V: *ἐνίκησε δὲ (ὁ Θεμιστοκλῆς) καὶ χορηγῶν τραγῳδοῖς μεγάλην ἤδη τότε σπουδὴν καὶ φιλοτιμίαν τοῦ ἀγῶνος ἔχοντος· καὶ πίνακα τῆς νίκης ἀνέθηκε τοιαύτην ἐπιγραφὴν ἔχοντα:*

Θεμιστοκλῆς Φρεάρριος ἐχορήγει
Φρύνιχος ἐδίδασκεν
Ἀδείμαντος ἦρχεν. (Ol. 75,4 = 477/6 a. Chr.)

Themistocles, Neoclis filius, Atheniensium imperator praeclarissimus, Phrynicho, poetae tragico, chorum exornaverat et vicerat. Phrearrii sunt tribus Leontidis. Neque tamen puto Plutarchum titulum non integrum attulisse et ante versum primum addendum esse *Λεοντὶς ἐνίκα·* qua de re vide quae supra disputavi p. 90 sqq. — Phrynichus poetarum tragicorum, qui ante Aeschylum fuerunt, princeps est. Suidas eum „discipulum“ Thespidis nominat, quod ne nimis ad verbum interpretemur cavendum est. Una cum Thespide eum praeterea commemorat [Plato] Minos 321 A: *ἡ δὲ τραγῳδία ἐστὶ παλαιὸν*

ἐνθάδε, οὐχ ὡς οἴονται ἀπὸ Θέσπιδος ἀρξαμένη οὐδ' ἀπὸ Φρυνίχου. Primam fabulam eum Ol. 67 (512 sqq.) docuisse tradit Suidas; fabula eius *Μιλήτου ἅλωσις* non multo post annum 494 in scenam commissa esse videtur; titulus denique noster docet eum vitam ultra annum ol. 75, 4 produxisse. Filius eius Polyphrasmon, item tragicus, decem fere annis post, ol. 78, 1 tetralogia certavit cum Aeschylo (v. argum. Septem). — De fabula, qua Themistocles et Phrynichus vicerunt, coniecturam protulit Bentley, Epist. Phalar. p. 287 (Ribb.). Scimus Phrynichum confecisse fabulam, cui inscribebatur „Phoenissae" et in qua descripta erat clades, quam Xerxes accepit apud Salamina insulam. In hac ipsa fabula Themistoclem, qui propter illam victoriam summa gloria florebat, chorum exornasse coniecit Bentley. Quod etsi improbabile dici nequit, tamen incertum est.

2.

„Tabula marmoris Pentelici, olim in domo Ge. Daidy, haud procul a monumento Lysicratis, nunc in scalis aedium D. Tambisco in via Rodakio haud procul a metochio monasterii Pentelici." Edd. Boeckh, C. I. G. 212. Rangabé, Ant. Hell. 54. Pittakis, l'anc. Ath. p. 168. *Ἐφημ.* 466. Le Bas, Attique 457. Kirchhoff, C. I. A. I, 336.

Οἰνεΐς Εὐρυμένε[ς] Νικόστρατος
ἐνίκα Μελετεõνος ἐδίδασκε.
παίδον ἐχορέγε.

Litteratura antiqua Attica. — *Πολυίκπην Μελετεῶνος,* quae commemoratur C. I. G. 150 = C. I. A. *II* 652 (Ol. 95, 3 = 398/7) sororem Eurymenis esse videri adnotat Boeckh.

3.

Athenis; ex schedis Fourmonti edd. Osann, Syll. *II* 69 et Boeckh. C. I. G. 1036. Post Cavedoni, Bulletino dell' instit. 1840 p. 141. Rangabé 55. Le Bas Attique 458. Kirchhoff C. I. A. I 337. Dittenberger Syll. 410.

. . . . . . *ος Δοροθέο Ἁλαιεὺ[ς ἐχορέγε]*
Παντακλε̃ς ἐδίδα[σκε].

Rho habet formam angularem; reliquae litterae sunt Atticae volgares. Tribum aut Aegeïda aut Cecropida fuisse adnotat Kirchhoff; illius enim sunt Halae Araphenides, huius Aexonides.

Pantacles chorodidascalus commemoratur apud Antiph. 6, 11 ἐπειδὴ χορηγὸς κατεστάθην εἰς Θαργήλια καὶ ἔλαχον Πανταχλέα διδάσκαλον e. qu. s. Cf. Harpocr. s. v. διδάσκαλος· ὅτι γὰρ ὁ Πανταχλῆς ποιητὴς δεδήλωκεν Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς διδασκαλίαις. Confer praeterea titulum, qui proxime sequitur. — Ex choregi familia esse videtur Δωρόθεος Ἁλαιεύς, qui commemoratur C. I. A. *Π* 175ᵇ (Ol. 112, 2 = 331/0).

4.

Steph. Byz. s. v. Ἀτήνη· δῆμος Ἀντιοχίδος φυλῆς, ὁ δημότης Ἀτηνεύς· Πατροχλῆς Ἀτηνεὺς ἐχορήγει καὶ Πανταχλῆς. Sponte patet exemplum desumptum esse ex titulo choregico, quem sic redintegrandum esse puto:

[Ἀντιοχὶς ἐνίκα . . . . .]
Πατροχλῆς Ἀτηνεὺς ἐχορήγει
Πανταχλῆς [ἐδίδασκε].

Meineke (Hist. crit. com. gr. p. 6) titulum sic restituit:

Πατροχλῆς Ἀτηνεὺς ἐχορήγει
[Ἀντιοχὶς ἐνί]κα
Πανταχλῆς [ἐδίδασκεν].

Statuit igitur, in codice — Ἀντιοχὶς ἐνί — et — ἐδίδασκεν — excidisse et tum pro κα scriptum esse καί. Quod veri simile esse vix quisquam dicere poterit. Accedit, quod antiquiore tempore tribus nomen semper primo loco nominatum esse videtur (in titulis, qui ad Dionysia pertinent). Quibus de causis persuasum habeo corruptelam aliter esse explicandam: Steph. versum primum omisit et scripsit Πατροχλῆς Ἀτηνεὺς ἐχορήγει, Πανταχλῆς ἐδίδασκε; cum deinde verbum ἐδίδασκε excidisset, librarius quidam particulam καὶ ante Πανταχλῆς addidit, ut hoc nomen cum antecedentibus conecteret. Bergk (Gr. Lit. II, p. 503 adn. 17) coniecit pro καὶ Πανταχλῆς scribendum esse ἐδίδασκε Πανταχλῆς; sed hoc reiciendum videtur, cum quod corruptelae origo difficilis est ad explicandum, tum propter insolitam verbi ἐδίδασκε collocationem. De Pantacle v. ad n. 3.

5.

In fronte tabulae marmoris Pentelici, quadrata fere forma. Ed. Koehler, Mittheil. des deutschen archaeol. Institut. VIII (1883) p. 33.

Κλεισθένης ἐχορέγε Αὐτοκράτος
Ἐρεχθηΐδι Αἰγηΐδι
Κεδείδης ἐδίδασκε.

Litterae Jonicae: $\lambda = \Lambda$, $\gamma = \Gamma$; e productum modo *E* modo *H* scribitur, *ου* = *ο*, quae omnia titulum sub finem saeculi quinti exaratum esse ostendunt. — Titulus est antiquissimus eorum, in quibus duae tribus nominantur, quos referendos esse ad certamina Thargeliorum supra docui. Notandum est, quod in primo versu patris nomen post *ἐχορέγε* positum, demoticum omissum est; Clisthenem tribus Erechtheidis fuisse inde apparet, quod semper priore loco in his titulis nominatur ea tribus, cuius est choregus. In versu 2 mirum est, quod non nominatur genus certaminis (*παίδων, ἀνδρῶν*), cuius rei aliud exemplum non novi. — De persona et nomine Cedidis paullo uberius disputandum est: In Aristoph. Nub. vs. 984 *λόγος ἄδικος* orationem *λόγου δικαίου* priscum erudiendi modum describentis sic interrumpit:

ἀρχαῖά γε καὶ Διπολιώδη καὶ τεττίγων ἀνάμεστα
καὶ Κηκείδου καὶ Βουφονίων,

ad quae scholiasta adnotat: *Κηκείδου· Διθυράμβων ποιητὴς πάνυ ἀρχαῖος· μέμνηται δὲ αὐτοῦ Κρατῖνος ἐν Πανόπταις.* Idem homo sine dubio est, de quo Photius p. 160, 19 dicit: *Κηδίδης, διθυραμβοποιητής* (cod. *διθύραμβος ποιητής*, Nauck *διθυραμβικὸς ποιητής*), et Hesychius s. v. *Κηθείδης· διθυράμβων* [*ποιητής*]. Praeterea verisimile videtur ad eundem hominem spectare scholion ad Nub. vs. 967; hoc enim loco Aristophanes commemorat carmen antiquum, cuius prima verba adfert: *τηλέπορόν τι βόαμα*, atque scholiasta dicit, fuisse, qui „Cydidem" huius carminis auctorem esse putarent: *τινὲς δέ φασι Κυδίδου τινὸς Ἑρμιονέως.* Hic *Κυδίδης* idem esse videtur ac vs. 985 *Κηκείδης*, praesertim cum formae nominis, quas supra attuli, etiam propius quam *Κηκείδης* accedant ad *Κυδίδης*. Idem denique nomen exstat in Etymol. M. 166, 3: *τύπου πατρωνυμικοῦ ὄντα παρετάθησαν διὰ τοῦ ει διφθόγγου· Λυσιθείδης, Κηδείδης, Καλλείδης* sqq. Habemus igitur has nominis formas: *Κηκείδης, Κηδίδης, Κηθείδης, Κυδίδης, Κηδείδης,* atque quaeritur, quae vera sit. Qua de re dissentiebant viri docti: Schneidewin in Mus. Rhen. vol. V (1847) p. 289 sq. omnibus

locis *Κηκείδης* restituendum esse censuit, A. Nauckio in Mus. Rhen. vol. VI (1848) p. 431 *Κηδείδης* maiorem auctoritatem habere visum est. Uter recte iudicaverit nunc ex titulo nostro diiudicari potest; neque enim dubium est, quin nomen chori magistri in inscriptione idem sit atque locis supra allatis. Videmus Etymol. M. legitimam formam servasse, atque quam facile ex *Κηδείδης* fieri potuerit *Κηδίδης Κυδίδης* et *Κηκείδης Κηθείδης* sponte patet. — Nomen sine dubio idem esse vidimus; at num homines iidem sint, valde dubitandum est. Recte enim Koehler dicit, illum Cedidem, quem Aristophanes ut priscae poesis exemplum adfert, satis multo ante Nubes in scenam datas, medio fere saeculo quinto, floruisse debere, cum titulus noster propter scripturam referendus sit ad finem saeculi illius. Quae praeterea adfert Koehler argumenta, ut titulum antiquiorem esse non posse demonstret, nihil valere apparet ex iis, quae supra disputata sunt. Putat enim formam tituli, in quo choregus, non tribus vicisse dicatur, et quod unus choregus duabus tribubus inservit, recentiorem aetatem indicare. Sed vidimus, omnes inscriptiones, in quibus duae tribus nominantur, eandem formam habere atque nostram (praeterquam quod plerumque scribitur *χορηγῶν ἐνίκα*), et omnino nequaquam veri simile esse, in Thargeliis unquam singulas tribus choros praebuisse. Haec igitur argumenta nihil valent. Sed scripturae indicia satis certa esse videntur. Quare cum Koehlero statuendum esse puto, hunc Cedidem ex familia antiqui illius fuisse, fortasse nepotem eius.

6.

Athenis; ex Cyriaco ed. Boeckh C. I. G. 211. Le Bas Att. 459.

Ἀριστείδης ἐχορήγε
Ἀρχέστρατος ἐδίδασκε.

Litterae volgares. Plenius praebet hunc titulum Plutarchus Aristid. I, ubi Demetrii Phalerei de Aristidis celebris opulentia argumentum adfert: *τρίτον δὲ καὶ τελευταῖον, ὅτι νίκης ἀναθήματα χορηγικοὺς τρίποδας ἐν Διονύσου κατέλιπεν, οἳ καὶ καθ᾽ ἡμᾶς ἐδείκνυντο, τοιαύτην ἐπιγραφὴν διασώζοντες·*

Ἀντιοχὶς ἐνίκα
Ἀριστείδης ἐχορήγει
Ἀρχέστρατος ἐδίδασκε.

Sed addit: *Παναίτιος μέντοι περὶ τοῦ τρίποδος ἀποφαίνει τὸν Δημήτριον ὁμωνυμίᾳ διεψευσμένον· ἀπὸ γὰρ τῶν Περσικῶν εἰς τὴν τελευτὴν τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου δύο μόνους Ἀριστείδας χορηγοὺς ἀναγράφεσθαι νικῶντας, ὧν οὐδέτερον εἶναι τῷ Λυσιμάχου τὸν αὐτόν, ἀλλὰ τὸν μὲν Ξενοφίλου πατρὸς* (v. n. 43), *τὸν δὲ χρόνῳ πολλῷ νεώτερον, ὡς ἐλέγχει τὰ γράμματα τῆς μετ' Εὐκλείδην ὄντα γραμματικῆς, καὶ προσγεγραμμένος Ἀρχέστρατος, ὃν ἐν τοῖς Μηδικοῖς οὐδείς, ἐν δὲ τοῖς Πελοποννησιακοῖς συχνοὶ χορῶν διδάσκαλον ἀναγράφουσιν.* Igitur, ait Boeckh, titulus Euclide recentior est. Quod num iure statuerit, dubitabimus, si accuratius verba Panaetii a Plutarcho allata consideraverimus. Hoc enim dicit Panaetius: Usque ad finem belli Peloponnesiaci duo homines nominis Aristidis in monumentis choregicis inscripti sunt; horum alter est filius Xenophili, alter is, cuius inscriptionem hic habemus. His ex verbis satis apparet, Panaetium utrumque titulum fine belli Peloponnesiaci antiquiorem esse putasse. Cum hac eius sententia pugnare sane videntur ea quae sequuntur; dicit enim in his, Aristidem, qui est in titulo nostro, multo post Aristidem Lysimachi filium vixisse inde apparere, quod titulus ille litteris Ionicis exaratus sit (*τὸ γράμματα τῆς μετ' Εὐκλείδην ὄντα γραμματικῆς*). Quae Boeckh ita accepit, ut titulum ipsum Euclidis anno recentiorem esse statueret. Hunc si quis sequi volet, statuendum ei erit, Panaetium supra neglegentius dixisse *εἰς τὴν τελευτὴν τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου*. Sed mea quidem sententia ea quae dixit Panaetius, inter se conciliari possunt. Ille titulum re vera fine belli Peloponnesiaci antiquiorem esse putavit; litterarum formam ideo tantum adfert, ut demonstret hunc Aristidem illis esse multo recentiorem, non quo titulum post Euclidem exaratum esse iudicaverit. Neque enim omnes tituli, qui sunt *τῆς μετ' Εὐκλείδην γραμματικῆς* incisi esse debent *μετ' Εὐκλείδην*. *Ἡ μετ' Εὐκλείδην γραμματική* est recentior litteratura Ionica, quam Athenis Euclidis anno publice receptam esse, sed ex parte iam antea in usu fuisse scimus. Atque ad hanc sententiam optime quadrat quod addit, Archestratum chorodidascalum saepe inveniri in monumentis choregicis temporis belli Peloponnesiaci. — Ceterum nequaquam certum est

Panaetium verum vidisse, cum titulum ante finem belli Peloponnesiaci exaratum esse iudicaret; immo bene cogitari potest eum errasse et titulum revera illo anno recentiorem esse, etsi eum multo recentiorem esse propterea non est verisimile, quod Archestratus temporibus belli Peloponnesiaci floruisse dicitur.

7.

Edd. Pittakis, l'anc. Ath. p. 113 = Rangabé 981. Le Bas 479. Lapis nunc in turri ventorum quae vocatur exstat, ubi accuratissime exscripsit Koehler et ed. Hermae II, p. 23.

Μνησίστρατος Μίσγωνος	*Μνησίμαχος Μνησιστράτο*
Διοκείθης Διοδώρο ἐχορήγον	*Θεότιμος Διοτίμο ἐχορήγον*
[Δι]καιογένης ἐδίδασκεν	*Ἀρίφρων ἐδίδασκεν.*
	[Πολυχ]άρης Κ[ώ]μωνος ἐ[δί]δασκεν.

Litterae volgares; *Πολυχάρης* habet Pittakis, et Koehler hoc nomen in reliquiis litterarum agnovit. Idem adfirmat *ω* in *Κώμωνος* certum esse. Quod in vs. 4 additum est *Πολυχάρης Κώμωνος ἐδίδασκεν* Koehlero ita videtur explicandum esse, ut statuatur Mnesimachum et Theotimum bis choregos fuisse et vicisse, alterius vero victoriae memoriam non propria inscriptione propagatam sed in tabula prius posita ita indicatam esse, ut chori magistri nomen adscriberetur. Neque ego aliam video explicationem.

Praeter hunc titulum nulla habemus exempla synchoregiae, quam ol. 92, 1 institutam esse scimus (cfr. p. 92 sqq.). Titulum non ita multo post illum annum incisum esse docet scripturae ratio.

Choregi, quantum video, aliunde non noti sunt; Mnesimachus eius Mnesistrati filius esse videtur, qui primo loco nominatur, atque inde explicandum est, quod eadem tabula usi sunt. — Titulum pertinere ad victorias in certaminibus scenicis reportatas concludi potest ex lege illa *ἔδοξε σύνδυο χορηγεῖν τοῖς τραγῳδοῖς καὶ κωμῳδοῖς.* De Polychare nihil est traditum. Ariphro idem videtur esse, cuius paeanem servavit Athenaeus XV 702 A: *ὅτι παιᾶνα εἰς Ὑγίειαν ἐποίησε τόνδε Ἀρίφρων ὁ Σικυώνιος·* V. Bergk P. L. III, p. 595. Fuit igitur dithyrambicus poeta; eum etiam tragoedias scripsisse apparet ex hoc titulo, quem ad certamen scenicum pertinere

vidimus. Atque illo ipso tempore, ad quod titulus spectat, (c. a. 400), saepius factum esse videmus, ut poetae iidem dithyrambos et tragoedias scriberent. Exemplum nobis suppeditat Dicaeogenis mentio, de quo ap. Harpocr. s. v. legimus *τραγῳδίας οὗτος ποιητής· καὶ διθυράμβους ἔγραψε.* Ex hac ipsa re, quod dithyrambos et tragoedias scripsit, quod ad primum Ecclesiazusarum Aristophanis versum *ὦ λαμπρὸν ὄμμα τοῦ τροχηλάτου λύχνου* scholiasta adnotat *ὑποπτεύεται δὲ ὁ ἴαμβος ἢ τοῦ Ἀγάθωνος ἢ τοῦ Δικαιογένους,* denique ex delectu argumentorum fabularumque compositione concludit K. W. Kayser (hist. crit. trag. Gr. p. 251), Dicaeogenem floruisse inter ol. 89 et 96, 4, quod bene convenire videtur cum tituli nostri aetate. De uno quod exstat fragmento Dicaeogenis v. Nauck, fr. trag. Gr. p. 602 sq.

8.

In epistylio lapidis Pentelici *πλησίον τοῦ ἀρχαίου βουλευτηρίου, παρὰ τὴν Ἐκκλησίαν „Ὑπαπαντή“.* Edd. Pittakis, l'anc. Ath. p. 44. *Ἐφημ.* 1843. Rangabé 972. Accuratius Pittakis *Ἐφημ.* 2792. Le Bas 464. K. Keil, Mélanges gréco-rom. II p. 68 sq.

. . . . *ο Περιθοίδης χορηγῶν ἐνίκα*
Οἰνηΐδι . . . .]ίδι ἀνδρῶν, Φιλόφρων Φιλοκράτος
ἐδίδασκεν, Οἰ]νιάδης Προνόμο ηὖλε, Διετρέφης ἦρχε.
(Ol. 99, 1, 384/3.)

Huius tituli pars male descripta exstat C. I. G. 215; cfr. Boeckh, Staatshaush. I, p. 609 adn. a. Vs. 3 restituit Rangabé, vs. 2 aliter constitui atque priores. Formula enim *ὁ δεῖνα χορηγῶν ἐνίκα* docet titulum pertinere ad Thargelia et ad victoriam duarum tribuum, quarum priorem Oeneida fuisse concluditur ex demotico choregi. Praeterea vel spatii ratio ostendit duas tribus fuisse nominatas. Si certum esset, in versu 2 totidem litteras deesse atque in vs. 3, lacuna post *Οἰνηΐδι* quattuor caperet litteras atque unum nomen *Αἰγη]ΐδι* eam expleret. Sed cum illud minime certum aut admodum probabile sit, etiam *Αἰαντίδι* vel *Λεοντίδι* scriptum fuisse potest.[1])

---

[1]) Reisch p. 32 adn. 4 iure propter formam tituli suspicatur duas tribus nominatas fuisse; sed cum antea negaverit unquam duas tribus

Tibicen est Oeniades, filius Pronomi, nepos Oeniadis. Pronomus fuit aetatis suae tibicen nobilissimus. Ad eum pertinet epigramma Anthol. XVI (Plan. III) 28:

Ἑλλὰς μὲν Θήβας προτέρας προὔκρινεν ἐν αὐλοῖς
Θῆβαι δὲ Πρόνομον, παῖδα τὸν Οἰνιάδου.

Paus. IX 12, 4: ἀνδριάς τέ ἐστι Προνόμου ἀνδρὸς αὐλήσαντος ἐπαγωγότατα ἐς τοὺς πολλούς· τέως μέν γε ἰδέας αὐλῶν τρεῖς ἐκτῶντο οἱ αὐληταί, καὶ τοῖς μὲν αὔλημα ηὖλουν τὸ Δώριον, διάφοροι δὲ αὐτοῖς ἐς ἁρμονίαν τὴν Φρύγιον ἐπεποίηντο οἱ αὐλοί, τὸ δὲ καλούμενον Λύδιον ἐν αὐλοῖς ηὐλεῖτο ἀλλοίοις. Πρόνομος δὲ ἦν ὃς πρῶτος ἐπενόησεν αὐλοὺς ἐς ἅπαν αρμονίας εἶδος ἔχοντας ἐπιτηδείως, πρῶτος δὲ διάφορα ἐς τοσοῦτο μέλη ὑπ' αὐλοῖς ηὔλησε τοῖς αὐτοῖς· λέγεται δὲ ὡς καὶ τοῦ προσώπου τῷ σχήματι καὶ τῇ τοῦ παντὸς κινήσει σώματος περισσῶς δή τι ἔτερπε τὰ θέατρα· καὶ οἱ καὶ ᾆσμα πεποιημένον ἐστὶ προσόδιον ἐς Δῆλον τοῖς ἐπ' Εὐρίπῳ Χαλκιδεῦσιν. Cfr. Athen. XIV, p. 631 E: Πρόνομος ὁ Θηβαῖος πρῶτος ηὔλησεν ἀπὸ τῶν [αὐτῶν] αὐλῶν τὰς [τρεῖς] ἁρμονίας (sic emend. Casaub.). Pronomi imprimis et Sacadae μέλη ol. 102, cum Messene restitueretur ab Epaminonda, inter laborem tibiis cantata esse tradit Paus. IV 27, 4. Eum Alcibiadis magistrum fuisse testatur Duris apud Athen. IV p. 184 D. Barbam eius ridét Aristophanes, Eccles. 102 (schol. Πρόνομος αὐλητὴς μέγαν ἔχων πώγωνα). — Archontis nomen Διειτρέφης scriptum est C. I. A. I 402, 447. II 667. Diodorus XV 14 habet Διοτρέφης.

9.

Ed. Le Bas, Attique 486.

. . . . ἱνο[ς] Ἁλιμόσιος [ἐχορήγε (χορηγῶν ἐνίκα)]
[Λεοντίδι . . . . . ἐδι]παίδων
. . . . ς ἐ[δίδ]ασ[κ]ε.

coniunctas chorum virorum praestitisse, non audet ita supplere ut ego. Ipso lapide inspecto e versuum longitudine de linea 2 supplenda fortasse coniecturam capi posse. Equidem non dubito, quin recte restituerim; lapidem a dextra parte esse integrum et ἐδίδασκε, quod ille post Φιλοκράτος posit, ante Οἰνιάδης supplendum esse persuasum habeo.

Vs. 1 init. ΙΙΙ *NO . A;* scriptura *Ἀλιμόσιος* ostendit, titulum priore parte saeculi quarti exaratum esse. Ita restitui ut sumerem duas tribus nominatas fuisse; videtur enim illo tempore moris fuisse, ut in titulis ad Dionysia spectantibus tribus nomen primo loco poneretur. Neque tamen hoc prorsus certum est, atque fortasse sic supplendum:

. . . ' . . . *ιvo*[*ς*] *Ἁλιμόσιος* [*ἐχορήγε*]
[*Λεοντὶς ἐνίκα*] *παίδων*
. . . . . . *ς ἐ*[*δίδ*]*ασ*[*κ*]*ε.*

10.

Fragmentum epistylii marmoris Pentelici „*ἐντειχισμένον εἰς οἰκίαν παρὰ τὴν Ἐκκλησίαν Ἁγίου Ἀνδρέου.*" Edd. Pittakis *Ἐφημ.* 1844. Rangabé 2355. Le Bas 483.

[*Αἰαντὶς ἐνίκα* . . . . . .]
. . . . . . *τος Φαληρεὺς ἐχορήγει, Κινησίας ἐδίδασκεν.*

Vs. 1 supplevi. Titulum huc rettuli propter personam magistri chori; scriptura (*ἐχορήγει*) recentiorem fortasse aetatem indicat, etsi indicia satis certa non insunt. — Exeunte saeculo quinto et ineunte quarto Athenis vixit Cinesias quidam, Meletis filius, dithyramborum poeta, cuius satis saepe mentio fit apud varios scriptores. Antiquissima eius memoria exstat in Aristophanis Avibus, quae in scenam datae sunt ol. 91, 2, atque omnino ab hoc poeta admodum saepe perstringitur, ut homo impius, malus poeta, assentator, homo corporis admodum macilenti et gracilis; cfr. Avv. 1337—1409, Ran. 153, 366, 404, 1437 al. — Harpocr. p. 216: *Λυσίου β' λόγοι εἰσὶ πρὸς Κινησίαν, ἐν οἷς πολλάκις μνημονεύει τἀνδρὸς, λέγων ὡς ἀσεβέστατος εἴη καὶ παρανομώτατος, καὶ ὅτι κωμῳδοδιδάσκαλοι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν γράφουσιν εἰς αὐτόν· εἴη δ' ἂν οὗτος ὁ διθυραμβοποιός, οὗ μέμνηνται πολλάκις οἱ κωμικοὶ καὶ Στράττις ὅλον δρᾶμα ποιήσας εἰς αὐτόν, ὅπερ ἐπεγράφη Κινησίας, ἐν ᾧ καὶ τὴν ἀσέβειαν αὐτοῦ κωμῳδεῖ;* de Strattidis fabula v. Meineke, hist. crit. p. 227. Athenaeus XII, p. 551 D adfert fragmentum orationis Lysiae, in quo orator acerrime invehitur in Cinesiam (*ὃν ὑμεῖς πάντες ἐπίστασθε ἀσεβέστατον ἁπάντων καὶ παρανομώτατον ἀνθρώπων γεγονέναι*), eumque perpetuis conflictari morbis et quotidie mori dicit. Unde Meineke

l. l. concludit, ei vitam longam non obtigisse eumque obiisse c. ol. 98; neque tamen incredibile videtur eum vitam ultra ol. 100 produxisse. — De poesi eius iudicat Plato, Gorg. 57 p. 501 E: *ἢ ἡγεῖ τι φροντίζειν Κινησίαν τὸν Μέλητος, ὅπως ἐρεῖ τι τοιοῦτον, ὅθεν ἂν οἱ ἀκούοντες βελτίους γίγνοιντο, ἢ ὅτι μέλλει χαριεῖσθαι τῷ ὄχλῳ τῶν θεατῶν;* Plut. de mus. XXX, p. 1141 E adfert fragmentum comici Pherecratis, in quo poeta sic indicat de Cinesiae poesi:

Κινησίας δέ μ' ὁ κατάρατος Ἀττικός
ἐξαρμονίους καμπὰς ποιῶν ἐν ταῖς στροφαῖς
ἀπολώλεχ' οὕτως, ὥστε τῆς ποιήσεως
τῶν διθυράμβων, καθάπερ ἐν ταῖς ἀσπίσιν
ἀριστερ' αὐτοῦ φαίνεται τὰ δεξιά.

Cfr. Plut. de gloria Athen. p. 348 B. C. I. A. II 8 exstat senatus consultum Cinesia quodam auctore factum in honorem Dionysii maioris, Syracusanorum tyranni ol. 96, 3; cum probabilitate coniecit Koehler, huius decreti auctorem esse Cinesiam poetam, de quo modo dictum est. — Unum etiam nunc restat testimonium de Cinesia, quod hic non omittendum est: Schol. Ar. Av. 1379: *ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς διδασκαλίαις δύο φησὶ γεγονέναι.* Hanc Aristotelis adnotationem Meineke p. 229 putat spectare ad Aristophanis Lysistratam „in qua fabula, qui inde a vs. 850 introducitur Cinesias, cum plane nihil habeat quod Meletis filio, qualem in Avibus, Ranis, Eccles. et Geryt. descripsit, ullo modo conveniat, nihil aliud dixisse videtur, nisi duos diversos ab Aristophane commemorari Cinesias.“ Non duos eiusdem nominis poetas fuisse eo confirmari dicit, quod Athenaeum, cum l. l. dicat *ὅτι δὲ ὁ ποιητής ἐστι καὶ οὐχ ἕτερος* unum tantum poetam novisse manifestum sit. Atque hoc quidem ei concedendum est. Athenaeus unum tantum novit poetam Cinesiam. Sed Athenaeum, si alter fuit Cinesias dithyramborum poeta aetate et nomine inferior, hunc vel illam Aristotelis adnotationem novisse debere dici vix potest. Nihil sane nos cogit eum Cinesiam, qui est in Lysistrata, eundem esse putare atque poetam; sed scholiasta poetam intellegit (cfr. schol. ad vs. 838), cum exspectandum sit, si Aristoteles alium hic esse intellegendum docuisset, hoc veteres interpretes fugiturum non fuisse. Quare pro certo non negaverim duos fuisse Cinesias

poetas, atque cum tituli nostri scriptura aetatem paullo recentiorem indicare videatur, quam quae est noti illius Cinesiae, possit aliquis conicere tituli nostri Cinesiam ab illo esse diversum, et statuere Aristotelem re vera in monumentis choregicis duos Cinesias invenisse. Tamen rem minime certam esse concedendum est.

11.

Fragmentum marmoris Pentelici. Edd. Pittakis, l'anc. Ath. p. 445 (qui titulum se vidisse ait „circa Areopagum"); idem Ἐφημ. 1842 (εἰς τὸ πρὸ τῆς Ἀκροπόλεως τότε σωζόμενον Τουρκικὸν πολυάνδριον) et (per errorem) Ἐφημ. 3381 (ubi lapis inventus dicitur μεταξὺ Ἐρεχθείου καὶ Παρθενῶνος). Rangabé 979 ex Pittakis libro „l'anc. Ath.". Le Bas 464.

. . . . οι . . . .
. . . . . ὀδ]ωρος Μελ . . . .
. . . . ικλῆς ηὔ[λε
Ἱππ[οδάμας ἦρχε?

Quae praebet Pittakis, l'anc. Ath. p. 445 et inde Rangabé:

. . . . οι . . . .
Θεόδωρος Μελιτεὺς ἐδίδασκεν
Λυσικλῆς ηὔλει
Ἱπποθοοντὶς . . . . [ἐνίκα

manifesto interpolata sunt neque tum Pittakem plus vidisse puto quam postea. Pro *ΜΕΛ* vs. 2 Ἐφημ. 3381 est *ΜΕΝ*. Utrum vs. 2 choregus an chori magister nominatus fuerit non satis liquet; quae Pittakis supplet Θεόδωρος Μελιτεύς et Διόδωρος Μελιτεύς (Ἐφ. 1842) nullam habent probabilitatem. Item vs. 3 Λυσικλῆς incertum est. Vs. 4 non fuisse Ἱπποθοοντὶς ἐνίκα manifestum est, cum nullum exstet exemplum, in quo tribus postremo loco nominata sit. Ego puto archontis nomen hic scriptum fuisse, quod saepius eodem modo additum est: cfr. 16. 21. Neque aliud exstat archontis nomen quod incipiat a litteris Ἱππ nisi Ἱπποδάμας ol. 101, 2 = 375/4, atque ad hunc annum titulus mihi referendus esse videtur; scriptura non obstat, etsi nihil inest, quod diserte hanc aetatem indicet.[1])

[1]) Reisch p. 41 cogitat de nomine Ἄρχιππος (a. 321 et 318), fortasse iure, cum non certum sit nomen a litteris *ΙΠΠ* incipere.

12.

Fragmentum marmoris Pentelici, inventum *εἰς τὸ δυτικὸν τοῦ Παρθενῶνος*. Edd. Pittakis, *Ἐφημ.* 2296. Le Bas 486.

. . . . . . *κλέος* [*Α?* . . . .

. . . . . . *ἐνίκα λ* . . . . .

Hoc fragmentum num iure referatur inter titulos choregicos dubitari potest. Si est choregicum, vs. 1 choregus nominatus fuit; ex nomine patris superest . . . *κλέος*, propter quam scripturam huc rettuli fragmentum.

13.

Ed. Le Bas Attique 482 bis.

[*Πανδιονὶς* . . . .]*ν ἐνίκα*

. . . . *το Παιανιεὺς* [*ἐχορήγει*

Hoc fragmentum ad priorem partem saeculi quarti pertinere docet scriptura . . *το* = *του*. In decreto Pandionidis, quod habemus infra n. 80, huius victoriae nulla fit mentio; neque enim huc referri potest *Χαρμαντίδης Χαιρεστράτο Παιανιεύς*, qui vicit Thargeliis virorum choro, cum tituli forma doceat hic agi de victoria in Dionysiis reportata.

14.

Marmor Athenis praefurnio infixum. Ex Chandlero ed. Boeckh C. I. G. 216. Le Bas 463.

Ἐρυξ]*ίας Ἐρυξιμάχο*

Κυδαθηναιεὺς ἐχορήγε

Πανδιονίδι Ἐρεχθηΐδι παίδων.

Vs. 1 restit. Boeckh. Pro *ἐχορήγε* postea scribi solet *χορηγῶν ἐνίκα*, quod iam habet n. 8.

15.

Basis rotunda lapidis Hymettii, inventa Athenis ad dextram Ilissi ripam, occidentem versus a ponte, qui ad coemeterium fert. Edd. Kumanudis *Ἀθηναίου* I p. 169 n. 2. Dittenberger, Syll. 411.

Αἴσιος Μνησιβούλο Σφήττιος

Χορηγῶν ἐνίκα Ἀκαμαντίδι

Πανδιονίδι παίδων· Εὐκλῆς
ἐδίδασκε, Εὐδαμίσκος ηὖλε,
Χίων ἦρχε. Ol. 103, 4 = 365/4.

Eadem repetuntur in aversa lapidis parte. „Aesius Aphobi frater commemoratur Demosth. 29, 15. 55, alius eiusdem nominis Dem. 38, 28. Sed cum neutri addatur patris pagive nomen, diiudicari nequit, utrum hic designetur alteruter ex illis an tertius quidam.“ Dittenb.

16.

Basis rotunda lapidis Pentelici, inventa Athenis ad Ilissum (v. ad n. 15). Edd. Kumanudis *Ἀθηναίου* I p. 170 n. 3. Dittenberger Syll. 412.

Ἱερώνυμος Λάχητος Ἑκαλῆθεν
Χορηγῶν ἐνίκα Λεωντίδι Αἰγηΐδι παίδων
Εὐκλῆς ἐδίδασκε
Τιμοκράτης ἦρχεν. Ol. 104, 1 = 364/3.

In aversa parte lapidis eadem repetuntur.[1])

17.

Basis rotunda lapidis Pentelici inventa ad Ilissum (v. ad n. 15). Edd. Kumanudis *Ἀθηναίου* I p. 169 n. 1. Dittenberger Syll. 413.

Φιλόμηλος Φιλιππίδο
Παιανιεὺς χορηγῶν
ἐνίκα Πανδιονίδι
Ἀκαμαντίδι παίδων.
Ἀλέξιππος ηὔλει
Εὐκλῆς ἐδίδασκε.

In aversa parte lapidis eadem repetuntur, ita tamen ut versuum 5. 6. ordo mutatus sit. — Titulus eiusdem fere aetatis est atque n. 15 et 16. Philomelus Philippidis filius est ex familia nobilissima, quam Athenis satis diu floruisse ex titulis scriptorumque testimoniis videmus. Cfr. quae de ea profert

[1]) Inde quod inter versus 3 et 4 lacuna exstat, Kumanudem recte collegisse putat Reisch p. 34 adn. 1 eos, qui titulum lapidi insculpendum curaverunt, hoc loco tibicinis nomen inserturos fuisse, postea autem oblitos esse. Quod mihi quidem dubium esse videtur.

Koehler, Hermae V p. 347 sq. Avus nostri Philomeli, item Philomelus Philippidis filius, is esse videtur, quem virorum choro Thargeliis vicisse apparet ex decreto Pandionidis, quod habemus infra n. 80, etsi fortasse non plane incredibile est nepotem iam circa a. 380 choregiam praestitisse. Pater choregi, Philippides, Philomeli f. commemoratur apud Platonem, Protag. 315 A: *ἐπειδὴ δὲ εἰσήλθομεν, κατελάβομεν Πρωταγόραν ἐν τῷ προστῴῳ περιπατοῦντα, ἑξῆς δὲ αὐτῷ συμπεριεπάτουν ἐκ μὲν τοῦ ἐπὶ θάτερα Καλλίας ὁ Ἱππονίκου — ἐκ δὲ τοῦ ἐπὶ θάτερα — Φιλιππίδης ὁ Φιλομήλου.* Ipse Philomelus saepius nominatur in tabulis navalibus: C. I. A. II 791, 9. 803 p. 213 al. Eum ol. 111, 1 (336/5) vel paullo ante mortuum esse inde apparet, quod ab hoc anno in tabulis navalibus est filius eius et heres Philippides: C. I. A. II 808 col. c 31 sqq. p. 234. V. praeterea Isocr. 15, 93. In honorem Philippidis, choregi filii, factum est decretum, quod exstat C. I. A. II 302.

18.

Athenis, ad Poecilen. Boeckh C. I. G. 226[b] ex schedis Koehlerianis. Pittakis, l'anc. Ath. p. 183 (in templo Jovis Olympii) = Rangabé 973. Le Bas 475. Keil, Mél. gréco-rom. II p. 69 sq. Cfr. Koehler, Mittheil. des deutschen archaeol. Instit. III p. 240

. . . . *ις ἐν[ί]κα*
Π[υ]θόδωρος Ἐπιζήλο ἐχορήγε
Ἀρίσταρχος ἐδίδασκε, Χαρίας ἦρχε?

Hic titulus et is qui sequitur pugnant cum eo, quod a Koehlero statutum, a nobis probatum est, populum ipsum inde a postremo saeculi quarti decennio choregiam suscepisse et omnes titulos, in quibus choregus nominatur, illo tempore antiquiores esse. Nam neque *Χαρίας* neque *Ἀρίσταρχος* (v. n. 19) inveniuntur in serie archontum, quam continuam habemus usque ad annum 292; itaque statuendum esse videtur, illos post hoc tempus munere functos esse. Atque cum in hoc titulo duo diversa apographa (schedae Koehlerianae et Pittakis) inter se consentire videantur de nomine archontis *Χαρίας*, Keil l. l. id non mutandum esse contendit. Apographa diversa esse inde apparere videtur, quod Pittakis solus habet versum primum,

etsi manifesto interpolatum *ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΑ*. At scriptura *Ἐπιζήλο* et *ἐχορήγε* satis clare tituli aetatem indicat, neque puto statui posse, quod Boeckh et Keil statuunt, hoc ex antiquo more retentum esse. Certe simile exemplum vix invenietur. Quare si tituli lectio Pittakis tantum niteretur auctoritate, qui quomodo grassatus sit in titulis interpolandis nemo peritus nescit, non dubitaremus statuere archontis nomen interpolationi deberi. Atque U. Koehler putat, Pittakem titulum cum Koehlero Petropolitano communicavisse, ut revera unum habeamus Pittakis apographum; quod apud Koehlerum desit versus primus, explicandum esse neglegentia Pittakis. Hoc mihi admodum probabile videtur; id pro certo habeo, in lapide non fuisse *Χαρίας ἦρχε*. Sed quomodo Pittakis ad hanc interpolationem pervenerit, difficile est dictu. Fortasse invenit nomen *Χαρίας* et falso addidit *ἦρχε* cum addere deberet *ηὔλε*; aut initium vel paucas litteras nominis invenit, in quibus agnovisse sibi visus est *Χαρίας ἦρχε*. Et archon et tibicen nominari, et hic et ille omitti potuit. Si archon nominatus fuit, fortasse cogitari potest de *Χαρί[σανδρος]* ol. 101, 1 (vel *Χαρι[κλείδης]* ol. 104, 2). Nam *Χαβρίας*, de quo cogitat Rangabé (ol. 91, 2) nimis antiquus est. Tota res incerta.[1])

19.

„Vers le nord-ouest de l'église de S. Philippe, sur une porte, faisant partie du théâtre d'Agrippa." Edd. Pittakis Anc. Ath. p. 91 = Rang. 976. Le Bas 474.

. . . . *Λαμπ]τρεὺς ἐχορήγει*
Ἐρεχθηΐς] ἀνδρῶν ἐνίκα
. . . . . *ἐδίδασκεν, Λύκος Θηβαῖος ηὔλει*
Ἀρίσταρχος ἦρχεν?

Litterae volgares; huc rettuli titulum, non quo certum vel admodum probabile sit, eum ad hoc tempus pertinere, sed ne eum segregarem ab antecedenti. Nam hic quoque archontis nomen debemus interpolationi Pittakis. Rangabem ipsum lapidem non

[1]) Reisch p. 38 propter scripturam titulum annis 400—385 adscribit, quod fortasse recte se habere concedo. Mihi tamen fines illi nimis angusti videntur. Certe titulus medio saeculo quarto antiquior est.

vidisse apparet ex verbis eius: „Inscription trouvée, suivant M. Pittaki, près du temple de Thésée“ sqq. Quomodo Pittakis ad hanc interpolationem pervenerit hic quoque incertum est. Mihi in mentem venit, *Ἀρίσταρχος* non esse nomen archontis, sed chorodidascali, atque errore Pittakem id intulisse in versum quartum, cum viderem, in titulo antecedenti scriptum esse *Ἀρίσταρχος ἐδίδασκε*. Hoc si verum est, tamen nihil nos prohibet hunc titulum uno vel duobus decenniis illo recentiorem esse putare. Ceterum monendum esse videtur, restitutiones *Λαμπτρεύς* et *Ἐρεχθηΐς* non prorsus certas esse. Pittakis praebet vs. 1 *ΛΤΡΕΥΣ,* in qua lectione etiam *ΦΑ*]*Λ*[*Η*]*ΡΕΥΣ* latere potest; tum tribus est Aeantis.

20.

Fragmentum tabulae marmoris Pentelici, inventum in Thessalia, in finibus antiquae urbis Hypatae. Edd. Ross, Archaeol. Aufs. II p. 479. Keil, Mél. gréco.-rom. II p. 80.

Οἰνηΐ]*ς παίδων* [*ἐνίκα*
Ἀπολλόδωρος Πασί[*ωνος Ἀχαρνεύς*
ἐχορήγει, Λυσιάδ[*ης Ἀθηναῖος ἐδίδασκεν*
Ἀριστόδημος ἦρ[*χεν.* Ol. 107, 1 = 352/1.

Restituit Keil. Lapis Athenis in Thessaliam transportatus est a Turcis; simile exemplum praebet titulus 30. — Pasio *τραπεζίτης,* Apollodori pater, ab Atheniensibus civitate donatus erat: [Dem.] 59, 2: *ψηφισαμένου γὰρ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων Ἀθηναῖον εἶναι Πασίωνα καὶ ἐκγόνους τοὺς ἐκείνου διὰ τὰς εὐεργεσίας τὰς εἰς τὴν πόλιν.* Ipse Apollodorus se nominat *κατὰ ψήφισμα πολίτην* Dem. 53, 18. Eum admodum multas habuisse lites apparet ex orationibus Demosthenicis, quarum complures spectant ad causas Apollodori; cfr. or. 36. 45. 46. [49. 50. 52. 53]. Divitias, quas pater ei reliquerat, variis modis ita imminuit, ut postremo, cum magnam multam solvere deberet tria tantum talenta superessent: [Dem.] 59, 7. Plenum eius nomen *Ἀπολλόδωρος Πασίωνος Ἀχαρνεύς* exstat Dem. 45, 46, in documento huic orationi inserto. Huius documenti fides cum suspecta sit, dubium videri possit[1]), num revera Apollodorus

[1]) Reisch p. 35 hanc ob causam *Οἰνηΐς* incertum esse dicit.

fuerit Acharnensis et iure suppleatur *Οἰνῇΐς* vs. 1. Sed J. E. Kirchner (Mus. Rhen. vol. 39 p. 309) observavit, Apollodorum Acharnensem trierarchum inveniri C. I. A. II 2, 794ᵇ 63, qui titulus pertinet ad ol. 106, 1 (356/5), atque cum tempus optime conveniat, iure statuit hunc Appollodorum esse Pasionis filium et demoticum in illo documento recte se habere. Lysiades chorodidascalus redit infra n. 24, unde Keil nostrum titulum supplevit. [1])

21.

Basis inventa ad radices meridionales arcis. Edd. Koehler, Mittheil. des deutschen arch. Instit. II p. 189. Dittenberger Syll. 414.

Χ]άρης Θεοχάρους Ἀγγελῆθεν χορηγῶν ἐ[νίκα
Π]ανδιονίδι Ἀκαμαντίδι παί[δων
Σ]άτυρος Σικυώνιος ηὔλει
Ἐ]πίκουρος Σικυώνιος ἐδίδασ[κεν
Λυκίσκος ἦρ[χεν. Ol. 109, 1 = 344/3.

Chares est praetor Atheniensium nobilissimus. Cfr. Plut. an seni sit ger. r. p. 788 E: *Χάρητα τὸν Θεοχάρους*. Demoticum additum est apud Steph. Byz. s. v. *Ἀγγελή*, ubi patris nomen leviter corruptum legitur: *Χάρης Κλεοχάρους Ἀγγελῆθεν*. V. C. I. A. II 64, 66ᵇ, 116, 808, 814. Tibicines Sicyonii praeter hunc titulum sunt n. 22, 29, 63.

22.

Ed. Le Bas, Attique 465.

. . . .
Σικυ]ώνιος ηὔλει, Ναύπλιος ἐδίδ[ασκε
Λυκίσκος ἦρχε. Ol. 109, 1 = 344/3.

---

[1]) Reisch p. 35 Lysiadem hic tibicinem inscriptum fuisse statuit, eumque et tibicinis et magistri munere functum esse, quod medio saeculo quarto tibicinis nomen iam non soleat omitti. Sane hac aetate tibicinis nomen non solet omitti; at magistri nomen item est necessarium atque mea quidem sententia magis necessarium quam tibicinis. Certe nullus exstat titulus integer, in quo tibicen nominatus, magister omissus sit, atque cum Lysiades infra magister sit, eum hic quoque ut magistrum inscriptum fuisse fere certum est. Inde quod apud Demosthenem legimus Telephanem tibicinem semel magistri munus

Fragmentum spectans ad eundem annum atque titulus antecedens.

23.

Epistylium lapidis Pentelici, *ἐντειχισμένον παρὰ τὸ Κιμώνειον τεῖχος τῆς ἀκροπόλεως*. Edd. Wordsworth, Athens and Attica p. 140. Pittakis Ἐφημ. 1840. (Rang. 2352). Le Bas 481. Cfr. Keil, l. l. p. 66. Rehdantz, Vita Iphicr. Chabr. Timoth. p. 233. Westermann, Zeitschrift für die Alterthumsw. 1844, p. 577. Schäfer, Demosth. und seine Zeit I, p. 373 adn. 3.

[Κεκ]ροπὶς παίδ[ων ἐνίκα]
[Κτή]σιππος Χαβρ[ίου Αἰξωνεὺς ἐχο]-
ρήγει Δα[. . . . . . ἐδίδασκε].

Secutus sum Wordsworthium cuius apographum accuratius est.

Pitt. vs. 1 *ΡΟΙ . ΣΠΑΙΑ*
vs. 2 *ΕΣΙΠΠΟΣΧΑΒΡΙΟΥ*
vs. 3 *ἐχορήγει;* litteras *ΔΑ*

omittit. — Demoticum vs. 2 addidi. — Ctesippus Chabriae filius est sine dubio filius clarissimi Atheniensium praetoris, is pro quo Demosthenes habuit orationem Leptineam. Idem est *Κτήσιππος Χαβρίου Αἰξωνεύς* trierarchus in tabula navali C. I. A. II 804, 75, quam Koehler cum probabilitate rettulit ad annum archontis Ctesiclis, ol. 111, 3 (334/3). De Ctesippo Plut. Phoc. p. 744 E haec tradit (*ὁ Φωκίων*) *οὐ μόνον ζῶντα τὸν Χαβρίαν θεραπεύων διετέλει καὶ τιμῶν, ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντος αὐτοῦ τῶν προσηκόντων καλῶς ἐπεμελεῖτο καὶ τὸν παῖδα Κτήσιππον ἐβούλετο μὲν ἄνδρα ποιεῖν ἀγαθόν, ἔμπληκτον δὲ ὁρῶν καὶ ἀνάγωγον ὅμως οὐκ ἀπεῖπεν ἐπανορθούμενος καὶ ἀποκρύπτων τὰ αἴσχη* et qu. s., unde apparet, filium se patre minime dignum praebuisse. Atque idem constat aliis testimoniis: Athen. IV, p. 165 E: *Καὶ Κτήσιππος δ' ὁ Χαβρίου υἱὸς εἰς τοσοῦτον ἦλθεν ἀσωτίας, ὡς καὶ τοῦ μνήματος τοῦ πατρός, εἰς ὃ οἱ Ἀθηναῖοι χιλίας ἀνάλωσαν δραχ-*

---

suscepisse, quod magister ipse choregum destituit, non licet concludere saepius factum esse, ut iidem homines tum magistri tum tibicinis munere fungerentur. Cfr. supra p. 88.

μάς, τοὺς λίθους πωλεῖν εἰς τὰς ἡδυπαθείας. Idem hoc loco adfert versus comicorum Menandri, Diphili, Timoclis, in quibus describitur ut homo admodum dissolutus et libidinosus; secundum Timoclem fuit ἐν ταῖς γυναιξὶ λαμπρός, οὐκ ἐν ἀνδράσιν.

Conexa est cum hoc titulo quaestio quae satis magnam habet gravitatem. Scimus, Demosthenem orationem vicesimam habuisse pro Ctesippo, Chabriae filio περὶ ἀτελειῶν. Leptines legem tulerat, ne quis immunis esset praeter eos, qui originem ducerent ab Harmodio et Aristogitone. Contra hanc legem pugnat Demosthenes illa oratione, imprimis pro Ctesippo, qui immunitatem habebat patri propter merita datam. Tempus legitime constitutum intra quod γραφὴ παρανόμων quae vocatur intendi potuit, praeterierat et Leptines erat ἀνεύθυνος. Sed lex eius utrum diutius vim habuerit necne quaeritur. Atque habemus hac de re testimonium Dionis Chrys. XXXI 128: Λεπτίνης τις εἰςήνεγκε νόμον, ὡς χρῆν τὰς ἀτελείας ἀφελέσθαι τοὺς ἔχοντας παρὰ τοῦ δήμου, δίχα τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, καὶ μηκέτι τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι διδόναι μηδενὶ τὴν δωρεὰν ταύτην· τί οὖν; ἔσθ' ὅπως παρεδέξαντο τὸν νόμον; οὐμενοῦν· ἀλλ' ἑάλω γραφῆς. Hoc testimonio freti viri docti putabant, Leptinis legem esse reiectam. Iam tituli nostri testimonio constat, Ctesippum fuisse choregum; unde Wordsworth conclusit Demosthenis orationem frustra fuisse. Dionis testimonio vel propterea non multum tribuendum esse, quod diceret, „Leptinem condemnatum esse“ (ἑάλω γραφῆς), cum constaret, eum ἀνεύθυνον fuisse, itaque condemnari non potuisse. Contra hunc disputat Westermann l. l.; hic primum dicit, omnino non certum esse choregum tituli nostri esse filium Chabriae praetoris, sed fortasse patrem illius intellegendum esse, de quo nihil traditum sit. Cum vero titulus noster altera saeculi quarti parte exaratus esse videatur, cum hoc ipso tempore Ctessippum Chabriae filium vixisse sciamus, dubitari vix potest, quin choregus sit Chabriae imperatoris filius, neque licet titulum ad alterum Ctesippum referre, qui utrum omnino unquam fuerit necne minime constat. Id autem bene potest cogitari, quod coniecit Westermann, Ctesippum sua sponte choregiam suscepisse. Praeterea Dionis verba recte se habere contendit; verborum ἑάλω γραφῆς subiectum non esse Λεπτίνης sed ο νόμος. Qua

in re vix puto eum verum vidisse; nam etsi fortasse dici potuit *ὁ νόμος ἑάλω*, num dici potuerit *ὁ νόμος ἑάλω γραφῆς*, valde dubito. Quare Dionem non satis accurate locutum esse mea quidem sententia negari non potest. Sed putabat ille sine dubio, legem Leptinis esse reiectam, atque etsi nescimus, qua auctoritate nisus id contenderit, tamen vix licet eius testimonium plane neglegere, nisi habemus argumentum certum, quo contrarium comprobetur. Neque tamen pro certo ex titulo nostro concludi potest, Ctesippum immunitate privatum esse; potuit choregiam sua sponte suscipere, quod illo tempore saepius factum esse videmus ex Demosthenis exemplo. Quod tamen Westermann putat hoc optime cogitari posse etiam propter mores hominis, quales a scriptoribus describantur, fortasse ad contrarium probandum adhiberi potest. Videtur enim is, qui patris monumentum destruere non veritus est, ut suas libidines explere posset (cfr. Athen. l. l.), pro aliis vix sumptus facere voluisse. Quare mihi quidem rem non plane certam videri confiteor, etsi probabilius fortasse est, choregiam Ctesippi voluntariam fuisse.[1])

24.

Athenis in monumento notissimo. Post multos alios edd. Boeckh, C. I. G. 221. Le Bas 467. Dittenberger Syll. 415.

Λυσικράτης Λυσιθείδου Κικυννεὺς ἐχορήγει
Ἀκαμαντὶς παίδων ἐνίκα, Θέων ηὔλει
Λυσιάδης Ἀθηναῖος ἐδίδασκε, Εὐαίνετος ἦρχε.

Ol. 111, 2 = 335/4.

Λυσικράτης Λυσιθείδου Κικυννεύς trierarchus est in tabula navali C. I. A. II 809 (Boeckh, See-Urk. XIV a 45), ol. 113, 4. Pater Lysithides is esse videtur, quem Demosthenes 21, 157 inter ditissimos cives numerat: *ἡγεμὼν συμμορίας ὑμῖν ἐγενόμην ἐγὼ ἔτη δέκα, ἴσον Φορμίωνι καὶ Λυσιθείδῃ καὶ Καλλαίσχρῳ καὶ τοῖς πλουσιωτάτοις.* Cfr. Isocr. 15, 93. Qui

---

[1]) Diiudicata esset res, si haberemus titulum post illud tempus exaratum in quo immunitatis mentio fiat. Blass (Att. Bereds. III, p. 239) post illud tempus neminem immunitate donatum esse contendit. Quae Thumser (de civium Ath. mun. p. 143) contra adfert, non certa esse videntur.

commemoratur in recensu donariorum Aesculapii C. I. A. II 835 (II 2 p. 312) *Λυσιθείδης Λυσικράτους* videtur esse filius choregi. — Lysiades chorodidascalus invenitur etiam in titulo 20.

25.

Athenis; edd. Boeckh, C. I. G. 222 (Franz, Elem. epigr. gr. 65), Rangabé 975 (hic titulum satis mutilum exhibet eumque se exscripsisse ait „dans la cour d'une maison du quartier Placa, à l'est du théâtre). Le Bas 468. Dittenberger Syll. 416.

Αἰγηῒς ἀνδρῶν ἐνίκα, Εὐαγίδης Κτησίου Φιλαΐδης ἐχορήγει
Λυσιμαχίδης Ἐπιδάμνιος ηὔλει, Χαρίλαος Λοκρὸς ἐδίδασκε
Εὐθύκριτος ἦρχε. Ol. 113, 1 = 328/7.

26.

Athenis super porta Bazari. Edd. Boeckh, C. I. G. 223. Le Bas 469.

Λυσικλῆς Βιόττου Ὀῆθεν ἐχορήγει
Οἰνηῒς φυλὴ παίδων ἐνίκα
Πάμφιλος Ἁγνούσιος ἐδίδασκεν [..... *ηὔλει*
Κηφισόδωρος ἦρχεν. Ol. 114, 2 = 323/2.[1])

27.

Φιλίστωρ III, p. 461.

..... *Ἄ]νδρων Θορίκιο[ς* ....
..... *ηὔλει Κηφισ[ο* ..... *ἦρχε*?

Hoc in fragmento omnia fere incerta sunt. *Ἄνδρων Θορίκιος* potest choregus esse; tum tribus Acamantis vicerat. Sed

---

1) Ego Boeckhium secutus titulum rettuli ad annum ol. 114, 2, Reisch p. 32 dubitanter sane eum refert ad ol. 103, 3 (366/5), cuius anni archonti idem est nomen. Neque hoc prorsus falsum esse contendere possum, sed versuum dispositionem huic soli aetati convenire nego. Quod tibicinis nomen post magistrum positum fuit minime a posteriore aetate prorsus abhorrere persuasum habeo, atque in hac re certius aetatis indicium inesse adhuc dici nequit, etsi in universum verum est, quod Reisch observavit, antiquiore tempore tibinem omnino non nominari, deinde nomen eius addi post magistrum, denique (saepius) ante magistrum. Cfr. p. 88.

fortasse fuit chori magister, ut in titulo antecedenti est *Πάμφιλος Ἁγνούσιος ἐδίδασκε*. Vs. 2 *Κηφισ* .... non supplendum esse *Κηφισ[ιεύς* ut supplet editor Graecus, certum est; fuit nomen ut *Κηφισόδωρος, Κηφισόδοτος, Κηφισοφῶν*. Sed utrum hoc nomine significatus fuerit magister chori an archon, dubitari potest, cum tempore posteriore saepius magister post tibicinem nominetur (cfr. n. 25). Veri similius tamen est archontem hic nominatum fuisse. Quod si ita est, quattuor nobis praesto sunt anni, quorum ad unum titulus referendus est:

Κηφισόδωρος ol. 103, 3 = 366/5
Κηφισόδοτος ol. 105, 3 = 358/7
Κηφισοφῶν ol. 112, 4 = 329/8
Κηφισόδωρος ol. 114, 2 = 323/2.

Atque cum vix liceat titulum medio saeculo quarto antiquiorem putare equidem puto eum spectare ad annum 329/8 aut 323/2.

His addo titulos, quos, cum nullum aetatis indicium habeant, nisi quod pertinent ad tempus ante choregiam populi institutam, hic componere malui quam superioribus pro arbitrio hic illic interponere, etsi complures ex iis antiquiores esse quam proxime antecedentes veri simile est.

28.

Athenis in Panagiae Gorgopiko (s. Catholicon dicta ecclesia). Ex Spon. et Fourm. ed. Boeckh C. I. G. 220. Repet. Le Bas Attique 490.

ΣΦ
.. ς *Εὐφιλήτο[υ* ..... *ἐχορήγει* (*χορηγῶν ἐνίκα*)]
Ἐρ]εχθηΐδι Ἱπ[ποθωντίδι .....]
.. *Θηβαῖος ηὔ[λει* ....]

Vs. 1 omittitur ap. Spon. atque num in lapide fuerit dubito. Ante *Εὐφιλήτου* praeter unum choregi nomen vix quidquam deesse potest, atque in primo versu nihil nisi choregi nomen non integrum (nam ς ante *Εὐφιλήτου* superesse debet ex eo) scriptum fuisse minime probabile est. Utrum vs. 2 recte additum sit *υ* an antiquior scriptura *Εὐφιλήτο* adhibita fuerit, non liquet. Item dubium est, utrum tribus Hippothoontis s o r t e coniuncta fuerit cum Erechtheide, an titulus ad id tempus pertineat, quo

semper easdem duas tribus una chorum praebuisse videri supra docuimus (cf. p. 89 sq.). De persona choregi si licet paullo audaciorem coniecturam proferre, conicio, scriptum fuisse *Ἀριστείδης Εὐφιλήτου Κηφισιεύς*. Videtur enim Athenis familia fuisse, in qua nomina Aristides et Euphiletus invicem adhibebantur: Cfr. C. I. A. I, 172. 320: *Εὐφίλητος Κηφισιεύς*. C. I. A. II, 804: *Ἀριστηίδης Εὐφιλήτου Κηφισιῶς* (ol. 111, 3) = Aeschin. II, 155. C. I. A. II, 270: *Εὐφίλητος Ἀριστείδου Κηφισιεύς* (ol. 119, 3). Atque cum Cephisienses sint tribus Erechtheidis, fortasse non prorsus improbabile est titulum sic esse restituendum:

Ἀριστείδη]ς Εὐφιλήτο[υ Κηφισιεύς
ἐχορήγει Ἐρ]εχθηΐδι Ἱπ[ποθωντίδι .....
..... Θηβαῖος ηὔ[λει ...... ἐδίδασκε.

Quod si verum est, fuerit choregus is, qui apud Aeschinem commemoratur.

29.

Athenis „apud Dgika Guppa“; ex schedis Fourm. ed. Boeckh C. I. G. 218. Repet. Le Bas 489.

Ἱπποθωντ]ὶς ἀνδρῶν ἐνίκ[α
..... λου Πειραιεὺς [ἐχορήγει
.... Σκ]αρφικὸς ? ἐδίδα[σκε.
..... ς Σικυώνιος ηὔλει.

Restituit Boeckh. Vs. 3 scribit *Σκ]αρφ[αῖ]ος*. Scarpheia vel Scarphe oppidum Locrensium Epicnemidiorum qui vocantur.

30.

Athenis in lapide ad portam novae civitatis. Edd. Boeckh C. I. G. 227. Pittakis l'anc. Ath. p. 29. Le Bas 491.

Αἰγηῒς ἀνδρῶν ἐνίκα
Δίφιλος Διφίλου Γαργήττιος [ἐχορήγει.

31.

Ed. Wordsworth, Athens and Attica p. 154.

Τιμόδημος Τιμοδήμου[.... ἐχορήγει
... παίδων ἐνίκα ....

Hoc fragmentum fortasse pertinet ad monumentum ab agonotheta positum. Tum supplendum est:

[Ὁ δῆμος ἐχορήγει, ὁ δεῖνα ἦρχε]
[Ἀγωνοθέτης] Τιμόδημος Τιμοδήμου . . . . .
[Η δεῖνα φυλὴ] παίδων ἐνίκα
[Ὁ δεῖνα ηὔλει]
[Ὁ δεῖνα ἐδίδασκε]

32.

Le Bas Attique 482.

Α[ἰγη]ΐς ἐνίκ[α . . . .
. . ενος ἐχορήγει . .

Vs. 1 *Α . .* : *ΙΣΕΝΙΚΩΝ*, quod recte se habere nequit.

33.

In fragmento epistylii marmoris Pentelici, invento haud procul a monumento Lysicratis. Ed. Pittakis Ἐφημ. 3037. Cfr. Keil l. l. p. 68.

. . . . . ς Διφιλ[. . . . ἐχορήγει
Ἀντ]ιοχὶς[. . . . . ἐνίκα.

Quin hoc fragmentum pertineat ad monumentum choregicum non dubito, imprimis propter locum, quo inventum est. Sed quae editor Graecus supplevit:

Ποιητὴ]ς Δίφιλος
Ἀντ]ιοχὶς [παίδων ἐνίκα

plane nullam habent probabilitatem. Διφιλ . . superest ex nomine patris choregi.

34.

In scalis domus, septentrionem versus a monumento Lysicratis. Edd. Le Bas, Attique 484. Pottier Bulletin de corr. hell. II (1878) p. 416.

. . . . . ἀνδρ]ῶν ἐνίκα
. . . . ευ]ς ἐ[χορ]ήγει.

Vs. 1: Le Bas *ΝΙΦΩΝΕΝΙΚΑ*; Pottier invenit tantum *ΩΝΕΝ*; ante has reliquias lapis nunc fractus est. Non dubito, quin illud *ΝΙΦΩΝ* sit mala lectio pro *Α ΝΔΡΩΝ*.

Vs. 2 quae dedi agnovit Pottier ex litterarum reliquiis.

35.

In tabula marmoris Pentelici, inventa „*πρὸς τὸ ἀνατολικοβόρειον τῶν Προπυλαίων.*“ Ed. Pittakis, *Ἐφημ.* 3380.

ὁ δεῖνα] ἐχορήγει
. . . . . . ος ηὔλει.

Cur cum Pittaki suppleamus *ὁ δῆμος] ἐχορήγει* hic plane nullam video causam, quamquam haud negaverim unum vel alterum horum fragmentorum pertinere ad titulum post choregiam populi institutam exaratum.

36.

Athenis „aux environs de l'Aréopage.“ Ex Pittakis libro „l'anc. Ath.“ ed. Rangabé 980. Le Bas 476.

. . . . . . ἐχορήγει
. . . . ω]ν ἐδίδασκεν
. . . . ἦρχεν.

37.

Εἰς τὸ πρὸ τῆς Ἀκροπόλεως τότε σωζόμενον Τουρκικὸν „Πολυάνδριον“. Ed. Pittakis *Ἐφημ.* 1841.

. . . . . . ἐχορή[γει
. . . . . . ἐδίδασκεν
. . . . ἦρχ]εν.

38.

Ed. Le Bas Attique 477.

. . . . ἐχορή[γει
. . . . ἐδίδ[ασκε
. . ἦρχ]ε ([ηὔλ]ε ?).

39.

In fragmento tabulae marmoris Pentelici, invento in ruderibus ecclesiae St. Andreae. Edd. Pittakis *Ἐφημ.* 2758. Le Bas Attique 478.

. . . . ος ἦρχε.

Le Bas hoc fragmentum refert inter agonistica. Quod num iure fecerit, dubium est.

40.

Prope Ilissum. Edd. Pittakis, l'anc. Ath. p. 197 = Rang. 978. Plenius repet. Pittakis Ἐφημ. 2621. Le Bas 492.

. . . . ἐχορήγει . . .
. . . . ἐπὶ τῆς φυλῆς . .

Hoc fragmentum admodum obscurum est. Quo pertineant verba ἐπὶ τῆς φυλῆς equidem non intellego; in omnibus titulis choregicis nihil simile invenitur, atque num omnino hoc sit fragmentum tituli choregici, valde dubito. Fortasse est pars decreti honorarii, in quo choregiae eius, qui honorabatur, mentio facta erat, etsi in eius modi decreto aoristum ἐχορήγησε scriptum fuisse exspectamus (cfr. infra n. 80 sqq.).

II. Tituli choregici antiquiores agonothesia et choregia populi instituta, in quibus sollemnis forma non est observata.

41.

Maxim. Planud. ap. Walz, Rhet. Gr. V 543. Tzetz. in Cram. An. Ox. III 353,4. Jacobs, App. Epigr. 79. Schneidewin, del. 129. Id. Simon. Cei reliqu. n. 203. Bergk, P. L. III, p. 496 n. 147.

Plan. l. l.: *Οὗτος (ὁ Σιμωνίδης) πάσης ἐπιστήμων ποιητικῆς καὶ μουσικῆς ὑπῆρχεν, ὡς ἐκ νεότητος ἄχρι γήρως ἐν τοῖς ἀγῶσι νικᾷ· ὡς καὶ τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ·*

Ἦρχεν Ἀδείμαντος μὲν Ἀθηναίοις, ὅτ' ἐνίκα
Ἀντιοχὶς φυλὴ δαιδάλεον τρίποδα·
Ξεινοφίλου δὲ τόθ' υἱὸς Ἀριστείδης ἐχορήγει
πεντήκοντ' ἀνδρῶν καλὰ μαθόντι χορῷ·
5 *ἀμφὶ διδασκαλίῃ δὲ Σιμωνίδῃ ἕσπετο κῦδος*
ὀγδωκονταέτει παιδὶ Λεωπρέπεος.

Habemus epigramma Simonidis Cei, quo ipse victoriam, quam reportavit tribus Antiochis virorum choro, celebrat. Archon fuit Adimantus (ol. 75,4 = 477/6), sumptus fecit Xenophili filius Aristides, chorum docuit Simonides. — Ultimum distichon adfert Plut. an seni sit ger. resp. p. 785 A. Cfr. Valer. Max. VIII 7: Simonides poeta octogesimo anno et docuisse se carmina

et in eorum certamen se descendisse ipse gloriatur. Marm. Par. epoch. 54: Ἀ]φ' οὗ Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπους, ὁ Κεῖος — ἐνίκησεν Ἀθήνησιν διδάσκων — ἔτη ΗΗΔΙΙ[Ι], ἄρχοντος Ἀθήνησι[ν Ἀ]δειμάντου. — Eodem anno vicit Phrynichus tragicus, cui Themistocles chorum exornaverat; cfr. n. 1. Respicit hoc epigramma Plut. Alcib. 1, ubi sermo est de choregis, quibus nomen erat Aristides; cfr. ad n. 6.

Quanti pretii sit hoc epigramma, in aperto est. Primum enim dubitari nequit, quid ab ipso Simonide scriptum sit, quod in satis multis epigrammatis, quae sub illius nomine feruntur, admodum dubium esse constat. Habemus igitur testimonium de aetate Simonidis omnium certissimum: ol. 75, 4 Simonides octoginta fere annos natus erat et Athenis versabatur. Ap. Walzium l. l. additur: φασὶ δὲ αὐτὸν μετὰ τὴν νίκην πλεῦσαι πρὸς Ἱέρωνα καὶ μετ' ὀλίγον ἐν Σικελίᾳ τελευτῆσαι. — Se quinquaginta sex eius modi victorias reportavisse gloriatur Simonides in alio epigrammate, ap. Bergk. 145. — Si hoc epigramma cum titulis choregicis quinti saeculi, quales habemus n. 1—6, comparamus, videmus formam tantum aliam esse, argumentum plane idem. Nominatur tribus, choregus, magister chori, archon; ex his archon in illis saepius omittitur. Titulus prosa oratione conceptus hic esset:

Ἀντιοχὶς ἀνδρῶν ἐνίκα
Ἀριστείδης Ξενοφίλου ἐχορήγει
Σιμωνίδης ἐδίδασκε
Ἀδείμαντος ἦρχε.

Memorabile est, quod hic, ut in omnibus, quos supra habemus, quinti saeculi titulis choregicis, tibicinis nulla fit mentio. Videtur is omnino saeculo quinto dignus non habitus esse, cuius nomen in monumentis inscriberetur.

De lectione monendum est, vs. 3 in codicibus esse Ξεινοφίλου δέ τις, quod ferri nequit; Hemsterhusius δέ τοι, Hecker et Schneidewin δ' ἐΰς, quae non satisfaciunt. Cum Bergkio scripsi δὲ τόθ', quod reprehendi certe non potest, etsi concedendum est, lectionem neque admodum probabilem neque elegantem esse. — Ἐνίκα τρίποδα plane singulariter et cum audacia quadam dictum est. Comparari potest λειφθεὶς τὸν

βιότου στέφανον, in epigrammate satis recentis temporis ap. Kaibel 605.

42.

Anthol. Palat. XIII 28. [*Καλλιμάχου ἐπὶ τῷ αὐτῷ τετραμέτρῳ ἑνδεκασυλλάβῳ.*] *Βακχυλίδου ἢ Σιμωνίδου.*

Πολλάκι δὴ φυλῆς Ἀκαμαντίδος ἐν χοροῖσιν Ὧραι
ἀνωλόλυξαν κισσοφόροις ἐπὶ διθυράμβοις
αἱ Διονυσιάδες, μίτραισι δὲ καὶ ῥόδων ἀώτοις
σοφῶν ἀοιδῶν ἐσκίασαν λιπαρὰν ἔθειραν,
οἳ τόνδε τρίποδα σφίσι μάρτυρα Βακχίων ἀέθλων
ἔθηκαν· εὖ τοὺς δ' Ἀντιγένης ἐδίδασκεν ἄνδρας.
εὖ δ' ἐτιθηνεῖτο γλυκερὰν ὄπα Δωρίοις Ἀρίστων
Ἀργεῖος ἡδὺ πνεῦμα χέων καθαροῖς ἐν αὐλοῖς·
τῶν ἐχορήγησεν κύκλον μελίγηρυν Ἱππόνικος,
Στρούθωνος υἱός, ἅρμασιν ἐν χαρίτων φορηθείς,
αἵ οἱ ἐπ' ἀνθρώπους ὄνομα κλυτὸν ἀγλαάν τε νίκαν
θεοῦ τ' ἕκατι θῆκαν, ἰοστεφάνων τε Μοισᾶν.

Lemmatis prior pars spectat ad aliud epigramma, quod intercidit. Grammatici veteres ambigebant, utrum Simonidi an Bacchylidi carmen tribuerent. Simonideum id esse putasse videtur Steph. Byz. s. v. *Ἀκαμάντιον· ἐκαλεῖτο καὶ φυλὴ Ἀκαμαντὶς τῆς Ἀττικῆς, ὡς Σιμωνίδης.* Simonidis igitur nomen maiorem auctoritatem habere videtur; sed si epigramma ab aliis Simonidi, ab aliis Bacchylidi tribuebatur, facile fieri potuit, ut Stephanus alterum tantum nomen inscriptum inveniret. Bergk Simonidi abrogandum censet epigramma; hic enim „argumento leviusculo non tam splendidum ornatum orationis adhibiturus erat, neque credibile est, eum alius poetae victoriam praeconio ornavisse.“ Bacchylidi tamen cur abiudicemus nihil essse putat. Utrique abiudicat Wilamowitz, qui novissime epigramma tractavit Hermae vol. XX p. 62 sqq., atque mea quidem sententia iure. Sermo is est, quem Simonidi nulla modo tribuere possim. Verba sunt admodum elata, sed videtur poeta multo magis operam dedisse huic verborum granditati quam sensui simplici et vere poetico. Rectissime observavit Wilamowitz dicendi genus quale fuit in dithyrambo hic contra

omnem usum et contra ipsam rationem adhibitam esse in epigrammate. Praeterea recte Bergk dicit non credibile esse, Simonidem alius poetae victoriam praeconio ornavisse. Sed quod haec argumenta non valere putat de Bacchylide, in hoc cum eo facere nequeo. — Homines doctos antiquos de auctore huius epigrammatis nihil certi scivisse inde apparet, quod ambigebant, utrum Simonidi an Bacchylidi id tribuerent. Saepius videmus, ubi duo vel plura auctorum nomina adferuntur, causam huius rei in eo positam esse, quod de hac re plane nihil constabat. Inscriptum fuit epigramma monumento choregico; poetae nomen non additum fuisse certum est. Iam sciebant homines aetatis posterioris, qui quis esset tituli auctor quaerebant, nonnullos ex his titulis esse Simonidis et Bacchylidis (cfr. Bacchyl. fr. 48 Bergk), cum eorum nomina in ipsis epigrammatis exstarent, et facile adduci poterant, ut hoc quoque carmen ab altero horum scriptum esse putarent. Atque mihi quidem praeterea epigramma recentius esse videtur aetate Bacchylidis, quod tibicinis opera tantopere effertur, cum magistri satis breviter mentio fiat:

εὖ τοὺς δ' Ἀντιγένης ἐδίδασκεν ἄνδρας.
εὖ δ' ἐτιθηνεῖτο γλυκερὰν ὄπα Δωρίοις Ἀρίστων
Ἀργεῖος ἡδὺ πνεῦμα χέων καθαροῖς ἐν αὐλοῖς.

In omnibus enim titulis choregicis quinti saeculi nulla est tibicinis mentio. Quarto demum saeculo auctoritas eius magis magisque crevisse videtur, et in titulis huius temporis nomen eius nunquam fere omittitur. Puto igitur epigramma non a Simonide vel Bacchylide sed a quovis alio poeta, fortasse ab Antigene — nam consentaneum est plerumque hos titulos a magistris chororum confectos esse — certe non multo ante annum quadringentesimum scriptum esse. —

De textu restituendo tam multa disputata sunt, ut pauca ex iis hic adferre possim. Post vs. 4 distichon excidisse demonstrare conatus est Hecker, Comment. crit. I p. 149; ut hoc statueret maxime eo commotus est, quod neque archontis neque poetae mentionem factam esse videret. Sed poeta dithyrambi et magister chori idem est, atque archontis nomen in his titulis admodum saepe omittitur. Tamen Bergk idem statuit, quod

οἵ in versu quinto non habeat, quo referatur; putat enim primorum versuum sensum hunc esse: iam saepe Horae in choris Acamantidis clamorem tollebant et poetarum tempora taeniis rosisque ornabant .... Hoc si verum est, necesse est lacunam statuere post haec verba, atque illa explicatio maxime se commendare videtur. Sed fortasse alia exstat, quae si ferri potest nos non cogit lacunam statuere. Si in epigrammate, ut nunc scriptum est, quaerimus, quo referendum sit pronomen relativum *οἵ* vs. 5, apte se praebet in versu antecedenti *σοφῶν ἀοιδῶν*, neque puto quemquam offendere haec fere legentem: *αἱ Ὧραι μίτραις καὶ ῥόδων ἀώτοις ἐσκίασαν λιπαρὰν ἔθειραν σοφῶν ἀοιδῶν, οἳ τόνδε τρίποδα — ἀνέθεσαν*, nam cur choreutae nominari non possint *σοφοὶ ἀοιδοί* equidem non video. Versus 1—6 si omnino ullum hunc habent sensum: iam saepe Horae in choris Acamantidis clamorem tollebant, taeniis autem et rosis horum choreutarum tempora cingebant, qui tripoda dedicaverunt. Schneidewin, eumque secutus Wilamowitz, hoc idem esse atque „iam saepe chori Acamantidis certabant, sed nunc demum victoriam adepti sunt choreutae" et epigramma spectare ad primam Acamantidis victoriam statuunt, atque si accurate quae scripta sunt perpendimus, confitendum est id in verbis illis inesse videri. Wilamowitz nos nescire dicit, quam saepe tribus hanc liturgiam praestiterint, sed vix nos a vero aberrare statuentes quarto vel quinto quoque anno quamque tribum chorum praebere debuisse; unde duo vel tria decennia post certamina instituta hanc victoriam reportatam esse concludit, atque epigramma confectum esse inter annos 490 et 480. Sed nos scimus unam quamque tribum quotannis chorum exornasse ad Dionysia; cfr. p. 85 sqq. Nisi igitur tribus Acamantis admodum mala fortuna in his certaminibus usa est, epigramma etiam antiquius iudicandum videtur. Sed tota eius indoles et quod tibicinis opera tantopere effertur aetatem satis multo recentiorem indicare videntur, atque equidem a me impetrare non possum ut credam hoc epigramma ineunte saeculo quinto confectum esse. Quare cum Bergkio lacuna statuenda est, nisi fortasse cogitari potest, poetam verba sua parum distincta aliter explicari voluisse; cfr. etiam n. 42[b].

Vs. 6 *ἔθηκαν· κείνους* cod., quod variis modis mutatum est; cum Meinekio scripsi *εὖ τοὺς δ'*, quod etiam Wilamowitz probat.

Vs. 7 *Δωρίαν* Wilamowitz, quod coniunctio *Δωρίοις καθαροῖς ἐν αὐλοῖς* dura et non tibiae sed ipsa vox canentium dithyrambum Dorica sit. At coniunctio *γλυκερὰν ὄπα Δωρίαν* meo quidem sensu non minus dura est quam *Δωρίοις καθαροῖς ἐν αὐλοῖς*, neque aptum videtur ipsam canentium vocem Doricam appellare, quod Dorica verba ea pronuntiantur; praeterea non video cur tibiae Doricae nominari non possint: cfr. Paus. IX 12, 5 *αὔλημα τὸ Δώριον*. Sane dura est coniunctio *Δωρίος καθαροῖς ἐν αὐλοῖς*, atque alterum adiectivum libenter dimitteremus; hanc ob causam mihi maxime probatur *καθαρῶς*, quod pro *καθαροῖς* coniecit Meineke.

Vs. 10 *ἅρμασιν ἐν Χαρίτων φορηθείς*: cfr. Epigr. Simon. 145 (Bergk): *Νίκας ἀγλαὸν ἅρμ' ἐπέβης*. Hipponicus propterea videtur dici Gratiarum curru vehi, quod victoria maxime ad eum spectabat. Gratiae enim, ut saepe est apud Pindarum, victoriam tribuere putantur (Jacobs).

Vs. 12 *θῆκαν, ἰοστεφάνων θεᾶν ἕκατι Μοισᾶν* cod., quod propter metrum ferri nequit; neque enim Bergkio adsentior statuenti poetam consulto metrum variavisse. Schneidewin totum distichon vs. 11/12 spurium iudicat cum propter Doricas formas, quae sine causa inferri videntur, tum propter deformem habitum versus extremi. Atque illud quidem Meineke sic explicat: „subtili consilio poeta Doricis formis usus est; altius enim in fine carminis assurgit oratio, cui haud parum magnificentiae ex ipsis Doricae dialecti formis conciliatur". Deformitas vero versus extremi facili opera removeri non potest. Propositae sunt satis multae mutationes et verborum transpositiones, quas adferre longum est. *Ὡρᾶν θ' ἕκατι θῆκαν ἰοστεφάνων τε Μοισᾶν* Meineke, unde Wilamowitz id conformavit quod recepi.

Epigramma fuit inscriptum monumento choregico; titulus prosa oratione conceptus hic esset:

Ἀκαμαντὶς ἀνδρῶν ἐνίκα
Ἱππόνικος Στρούθωνος ἐχορήγει

Ἀντιγένης ἐδίδασκε
Ἀρίστων Ἀργεῖος ηὔλει.

42[b].

Fragmentum marmoris Hymettii. Edd. Rangabé 990. Le Bas 498.

ΔΟΣΕΝΧΟΡΟ
ΙΚΛΕΟΥΣΤ
ΟΥΥΟΑΡΙΣΤ

Hoc fragmentum huc rettuli non quo putarem id pertinere ad quintum saeculum, sed quod primus versus eius inest in primo versu epigrammatis antecedentis:

Ἀκαμαντίδος ἐν χοροῖσιν.

Dolendum est, quod tam paucae litterae servatae sunt, ut cum probabilitate dici nequeat, quae necessitudo intercedat inter epigramma, cuius reliquias hic habemus, et n. 42. *Ἀριστ..* in versu 3, cuius primae litterae vitiatae videntur, possit aliquis referre ad *Ἀρίστων*, 42 vs. 7, sed litterae versus 2 in epigrammate 42 nihil habent, quod simile sit. Si quis artiorem necessitudinem inter 42 et 42[b] esse statuit, fortasse dicere potest, has litteras in n. 42 propterea non inveniri, quod epigramma n. 42 cum lacuna traditum sit. Versus in lapide multo longiores fuisse possunt metri nulla ratione habita. Sed quam debili haec nitantur fundamento unusquisque videt, atque audacius esset de auctore et aetate epigrammatis 42 ex hoc fragmento aliquid concludere velle. —

43.

Aristot. Polit. p. 1341 A 30 sqq.: *καὶ μετὰ τὰ Μηδικὰ φρονηματισθέντες ἐκ τῶν ἔργων πάσης ἥπτοντο μαθήσεως, οὐδὲ διακρίναντες, ἀλλ' ἐπιζητοῦντες. διὸ καὶ τὴν αὐλητικὴν ἤγαγον πρὸς τὰς μαθήσεις. καὶ γὰρ ἐν Λακεδαίμονί τις χορηγὸς αὐτὸς ηὔλησε τῷ χορῷ, καὶ περὶ Ἀθήνας οὕτω ἐπεχωρίασε, ὥστε σχεδὸν οἱ πολλοὶ τῶν ἐλευθέρων μετεῖχον αὐτῆς·*

δῆλον δὲ ἐκ τοῦ πίνακος, ὃν ἀνέθηκε
Θράσιππος Ἐκφαντίδῃ χορηγήσας.

Thrasippus igitur civis Atheniensis Ecphantidi poetae comico chorum exornavit et victoriam adeptus tabulam dedicavit, in qua praeter verba in titulis choregicis usitata scripta erant alia, ex quibus quam multi Atheniensium tum tibiis canere scirent elucebat. Cur Meineke (hist. crit. com. p. 36) de picta tabula cogitaverit, non video; cfr. n. 1: *πίνακα τῆς νίκης ἀνέθηκε* sqq. — Titulum simplici illo et sollemni modo non fuisse conceptum apparet ex verbis Aristotelis. —

Ecphantides est poeta comicus quinti saeculi, de quo pauca exstant testimonia. Eum Cratini et Teleclidis aetatem attigisse docet Schol. Ar. Vesp. 1187, ubi narratur ab eo Androclem male habitum esse, quem etiam ab illis vexatum esse constat. Non multum igitur tribuendum Aspasii testimonio, qui (ad Aristot. Ethic. Nicom. IV, 2) Ecphantidem appellat *τῶν ἀρχαίων παλαιότατον ποιητήν*. Victoriam, de qua apud Aristotelem sermo est, videtur reportasse circa medium saeculum quintum. —

44.

Fragmentum marmoris Pentelici erutum in ea arcis regione, quae est a Parthenone versus orientem. Edd. Kirchhoff C. I. A. I, 493. Kaibel 923.

ΡΟΙΑΝΔΡΟ///
ʟΝΗΟΡΟΝ
ΟΡΟΙΣΕΧΣΟΚΑΤΑΦΥ///
ΙΤΡΙΓΟΔΟΣ

Medii fere saeculi quinti. Carmen fuit elegiacum; sententiam eius hanc fuisse conicit Kirchhoff:

Νίκας ὅσσοι ἕλοντ' ἐν ἀγῶνι θεᾶς χο]ροὶ ἀνδρῶ[ν
δῆμος Ἐρεχθειδῶν ἐνθάδ' ἔθηκ]εν ὅρον
στήσασθαι τεμένους χ]ώροις ἔξω κατὰ φῦ[λα
κλεινὸν ἀριστείας μνημόσυνο]ν τρίποδος.

Maiore cum probabilitate Kaibel conicere videtur, victorem aliquo urbis loco tripodem pro termino posuisse. Ipse proposuit:

Νικήσας τὸν ἀγῶνα nomen victoris .. *χο]ρῶι ἀνδρῶ[ν*
. . . . *τόνδ' ἀνέθηκ]εν ὅρον*
ἔξοχα τοῖς ἄλλοισιν] ὅροις ἔξω κατὰ φῦ[λα
τοῦδε μεταπρέψαι καλλοσύνη]ν τρίποδος.

Novissime Wilamowitz (Kydathen p. 226) hoc fragmentum sic restituere conatus est:

Τόνδε με φῦλον Ἐρεχθῆος νικῶν χο]ρῷ ἀνδρῶ[ν
ἐντὸς Ἀθηναίας τῇδ' ἀνέθηκ]εν ὅρων.
τὴν δ' ἄρ' ἀγωνίζοντα χ]όροις ἔξω κατὰ φῦλ[α
πρόφρον' Ἐρεχθείδαις ἀγλαΐα]ι τρίποδος.

Quae omnia admodum incerta esse sponte patet.

45.

Prope fontem Calirrhoen, haud procul ab Ilisso. Ed. Kirchhoff C. I. A. I 421.

Καλλ[..... ἀνέθεκεν
χορεγ[õν νικέσας
Κεκρο[πίδι .....
Νικο ....

Litterae veteres Atticae. Paullo aliter restitui ac Kirchhoff. Vs. 2 *χορεγ[õν ἐς* ... K.; sed videtur titulus eandem formam habuisse atque 46, 53, 54, 55 *ὁ δεῖνα ἀνέθηκε χορηγῶν νικήσας τῇ δεῖνι φυλῇ παίδων* (*ἀνδρῶν*). Quare vs. 3 fuisse *παίδων* vel *ἀνδρῶν* persuasum habeo. Fortasse vs. 3 duae tribus nominatae erant; cum enim titulus in ea regione inventus sit, ubi Apollinis sacrum (*τὸ Πύθιον*) fuisse constat, videtur pertinere ad victoriam Thargeliis reportatam. *Νικο*... utrum sit initium nominis artificis an chori magistri, incertum esse dicit Kirchhoff, sed multo veri similius est chori magistrum fuisse nominatum.

46.

a) Columna striata marmoris Pentelici, quam Pittakis se invenisse dicit *πρὸς τὸ δυτικὸν μέρος τοῦ ναοῦ Ἀθηνᾶς τῆς Ἀρχηγέτιδος*. Post Pittak. et alios ed. Kirchhoff C. I. A. I 422. Dittenberger Syll. 22.

b) Fragmentum columellae striatae marmoris Parii (?) erutum in arce. Edd. Rangabé 13. Le Bas 456, tab. 7, 9. Kirchhoff C. I. A. I 366. Coniunxi.

a.
Ἀριστοκράτης
Σκελίο
ἀνέθηκεν
νικήσας [χορηγο̃ν]
Κεκροπίδ'ι παίδον } b.
ἐν ἑορτ[ῆι Δ]ιο[νύσου]

Litterae antiquae Atticae praeter *H*; sigma habet formam antiquiorem, sed *H* constanter usurpatum est.

Primo loco exponam, quo iure fragmentum *b* cum *a* coniunxerim; neque enim res tam manifesta est, ut non opus sit demonstrare.

Fragmenti b litteras Le Bas praebet has:

ΣΙΓΑΙΛΟΝ
\ΙΟ
Rang. *ΣΙΓΑΙΛΘΝ*
ΜΙΟ

Le Basii lectionem puto proxime accedere ad id quod in lapide fuit. *Σ*, quod editores sibi agnovisse visi sunt, errori tribuendum est; facile enim fieri potuit, ut huius formae litteram (*ϟ*) ibi agnoscere sibi viderentur, ubi lapis fractus est. Hoc si statuimus, litterae

ΙΓΑΙΔΟΝ
ΔΙΟ

tam bene quadrant ad quintum et sextum versum tituli *a*, ut mihi quidem non dubium sit, quin parvum hoc fragmentum eiusdem sit lapidis:

ΚΕΚΡΟΓΙΔ | *ΙΓΑΙΔΟΝ*
ΕΝΕΟΡΤ[ΗΙ] | *ΔΙΟ[ΝΥΣ*

Post *Κεκροπιδ*. . . editores simili errore atque *Σ* ante . . *ι παίδον Α* agnovisse sibi visi sunt, quod falsum esse certissimum est. — Sententiam meam veram esse praeterea maxime eo comprobatur, quod litterae illae inscriptae sunt in fragmento columnae striatae, ut titulus *a*; eius modi enim columnis

litterae admodum raro incisae esse videntur. Unus restat scrupulus. Editores fragmentum *b* esse marmoris Parii dicunt; sed in hac quidem re facillime fieri potuit ut errarent, praesertim cum fragmentum tam parvum et discrimen inter lapidem Parium et Pentelicum nequaquam magnum sit. — Discimus hoc fragmento addito, Aristocratem vicisse puerorum choro idque in Dionysiis; nam quin *ΛIO* sit supplendum *Δ*]*ιο*[*νύσου* vel similiter dubitari vix potest. — De Aristocrate omnia quae memoratu digna sunt bene attulit Kirchhoff. Primus eius meminit Aristoph. Av. vs. 125 sq. (Ol. 91, 2):

> *ΕΠ. ἀριστοκρατεῖσθαι δῆλος εἶ ζητῶν. ΕΥ. ἐγώ;*
> *ἥκιστα· καὶ τὸν Σκελλίου βδελύττομαι,*

ubi scholiasta adnotat: *Ἀριστοκράτης δὲ, Σκελλίου υἱὸς ἐπεβούλευσεν εἰς κατάλυσιν τῷ δήμῳ.* Ol. 92½ eum in eorum optimatium numero fuisse, qui cum Theramene faciebant, tradit Thucydides 8, 89; cfr. 92, unde eum taxiarchum fuisse eo anno cognoscimus. Idem videtur Aristocrates, quem Xenophon narrat ol. 93, 2 Alcibiadi collegum datum, mox praetorem creatum pugnae interfuisse ad Arginusas commissae ol. 93, 3, eodem anno abrogato imperio cum quinque collegis Athenas reversum capitis reum factum damnatumque morte multatum esse (Hell. I 4, 21; 5, 16; 6, 29; 7, 2). — Hunc virum donariumque ab eo dedicatum commemorat Plato Gorg. p. 472: *μαρτυρήσουσί σοι, ἐὰν μὲν βούλῃ, Νικίας ὁ Νικηράτου καὶ οἱ ἀδελφοὶ μετ' αὐτοῦ, ὧν οἱ τρίποδες οἱ ἐφεξῆς ἑστῶτές εἰσιν ἐν τῷ Διονυσίῳ, ἐὰν δὲ βούλῃ Ἀριστοκράτης ὁ Σκελλίου, οὗ αὖ ἔστιν ἐν Πυθίου* (codd. *Πυθοῖ*) *τοῦτο τὸ καλὸν ἀνάθημα.* Huius donarii pro basi fuisse columellam nostram conicit Kirchhoff; hoc, quamquam admodum probabile videbatur, iam statui non potest fragmentis *a* et *b* coniunctis. Nam cum victoria Dionysiis reportata esse videatur, Apollini monumentum dedicatum esse nequit. Atque si pertineret titulus ad victoriam Thargeliis reportatam, exspectaremus duas tribus nominari (cfr. p. 83 sqq.). Praeterea etiam loci diversitate nos impediri, quominus illa verba ad hoc monumentum referamus, vidit Dittenberger. Atque facile fieri potuit, ut Aristocrates et Dionysiis et Thargeliis victoriam reportaret et in utriusque victoriae memoriam

monumentum dedicaret. — Ceterum iure puto Kirchhoffium in versu Aristophanis, quem supra attuli, formam *Σκελίου* restituisse, cum tituli testimonio constet nomen scriptum esse simplici littera l:

ἥκιστα· καὶ γὰρ τὸν Σκελίου βδελύττομαι.

Quae coniectura eo magis probabilis videtur, quod post verba *ἀριστοκρατεῖσθαι δῆλος εἶ ζητῶν· ἥκιστα* exspectamus negationem *ἥκιστα* explicari, ad quod simplex particula *καί* non quadrat. Corruptelae origo facile explicatur: Cum pro *Σκελίου* scriptum esset *Σκελλίου*, metri causa *γάρ* omissum est.

47.

Marmor inaedificatum Athenis in ecclesia Catholicon. Post alios edd. Boeckh C. I. G. 217. Rangabé Ant. Hell. 974. Leake Travels in Northern Greece n. 58. Stephani, Reise durch einige Gegenden des nördl. Griechenl. tab. VI n. 81 (K. Keil, Mél. gréco-rom. II p. 73). Le Bas 466. G. Hirschfeld, Tituli statuariorum n. 44a. Idem accuratissime exscripsit et edidit Archaeol. Zeitg. 1873 p. 23. Dittenberger Syll. 421. Loewy, Inschr. griech. Bildh. 74.

. . . .
ἀνέθηκε Κλείδημος Μείδωνος Πλωθεὺς
Ἐρεχθηΐς ἀνδρῶν ἐνίκα
Μενετέλης Μένητος Ἀναγυράσιος ἐχορήγε
Ἄρατος Ἀργῆιος ηὗλ(ε)
Νικόμαχος ἐποίησε.

Litterae volgares; propter scripturam titulus priori saeculi quarti parti tribuendus esse videtur. Iure mirantur editores, non choregum, sed alium quendam hominem hoc donarium dedicasse. Quod Keilio in mentem venerat, vss. 1 et 2 alius tituli reliquias esse, refutari videtur Hirschfeldii apographo, qui scripturam eandem esse testatur. Ut illam offensionem removeret, sagaciter coniecit Dittenberger Clidemum esse *χοροδιδάσκαλον*, qui privatim hanc tabulam dedicavisset in memoriam victoriae quam una cum chorego Menetele reportaverat. Hoc mihi propterea valde probatur, quod infra tibicen nomi-

natur, *διδάσκαλος* omittitur, cuius rei omnino nullum exstat exemplum in his titulis.

In versus primi reliquiis literae *οκρατ* agnosci posse videntur; [*ἐπὶ Ἀριστ*]*οκράτ*[*ους ἄρχοντος*] (ol. 95, 2 = 399/8) coniecit Dittenberger. Collocatio verbi *ἀνέθηκε*, quod finem esse hexametri sine idonea causa statuerunt Keil et Hirschfeld, nullam habet offensionem, si statuitur in versu primo aut tempus indicatum, aut alia verba arcte cum versu 2 coniungenda scripta fuisse.

Ἀργῆιος: Cfr. *Ἀριστηίδης* C. I. A. II 804. 814. 864 et alibi.

48.

Athenis; edd. Koehler, Mittheil. des arch. Instit. in Athen III (1878) p. 229. Dittenberger Syll. 422.

[*Τιμο*]*σθένης Μειξωνίδο*
Μειξωνίδης Τιμοσθένος
Κλεόστρατος Τιμοσθένος
[*χ*]*ορηγοῦντες νικήσαντες ἀνέθεσα*[*ν*]
[*τ*]*ῶι Διονύσωι τἄγαλμα καὶ τὸμ* [*βωμόν*].

Litterae volgares; titulum ante medium saeculum quartum incisum esse docet scripturae ratio. — Pater Timosthenes duoque eius filii Mixonides et Cleostratus statuam et aram dedicaverunt Baccho ob victorias choregicas in Dionysiorum certaminibus reportatas. — Timosthenes Aegiliensis commemoratur Dem. 49, 31 sqq.: *ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον* (*Ἀλκισθένους ἄρχοντος* ol. 102, 1 = 372/1 a. Chr.) *καὶ Τιμοσθένης ὁ Αἰγιλιεὺς ἀφικνεῖται κατ' ἐμπορίαν ἰδίαν ἀποδημῶν* et compluribus eiusdem orationis locis. Hunc et eum qui est in titulo nostro esse eundem eo confirmari vidit Dittenberger, quod *Κλεόστρατος Τιμοσθένους Αἰγιλιεὺς γραμματεὺς κατὰ πρυτανείαν* invenitur C. I. A. II 114 (ol. 109, 2 = 343/2). Idem monuit, Cleostrati choregiam tempori aliquanto priori tribuendum esse propter scripturam tituli. — Tribus fuit Antiochis.

49.

Le Bas, Attique 499.

Τ]*ραγωιδοῖς χ*[*ορηγῶν νικήσας ἀνέθηκε*
. *μοσ?*]*θένης* . . . . .

V. 2 ΛΛC ∠ΘΕΝΗΣΛ; fortasse [Δημοσ]θένης vel [Τιμοσ]-θένης.

50.

Rhamnunte, in basi exedrae. Edd. Boeckh C. I. G. 228. Le Bas 501.

ὁ δεῖνα] Ῥαμνούσιος [ἀνέθηκε νικήσας
χορηγῶν] κωμωιδοῖς.

Hoc fragmentum pertinet ad monumentum, quod choregus in pago suo erigendum curaverat. Cfr. ad n. 51.

51.

In *Λαμπτρέων παράλων* pago Attico. Le Bas Attique 85. K. Keil, Mél. gréco-rom. II p. 84 sq. Kaibel 925. Koehler, Mittheil. des arch. Instit. VII p. 348.

Ἡδυγέλωτι χορῶι Διονύσια σ[ύ]μ[π]οτε ἐν[ίκων]
μνημόσυνον δὲ θεῶι νίκης τόδε δῶρον [ἔθηκαν]
δήμωι μὲν κόσμον, ζῆλον πατρὶ κισσοφο[ροῦντι]
τοῦδε δ' ἔτι πρότερος στ(ε)φανηφόρον [εἵλετο ἀγῶνα].

Koehler titulum indicat exaratum esse altera saeculi quarti parte. Vs. 1 Keil et Kaibel [Σ]ῖμ[ος ἐν[ίκα; Koehler σ[ύ]μ [π]οτε ἐν[ίκων. Quae lectio si vera est, qua de re dubitare vix licet, cum Koehlero statuendum est, nomina fratrum duorum, qui vicerunt, fuisse in tabula nunc perdita. — Versus tertii hunc sensum esse putat Keil: „Er stellte den Dreifuss dem Vater, in Bezug auf den Vater, als eine Nachahmung hin, indem er es dem Vater nachgethan, welcher zuvor einen Sieg errungen hatte. Etwas deutlicher und üblicher gäbe der Genetiv *ζῆλον πατρός* denselben Gedanken wieder.“ Sed num statuere liceat, poetam huius epigrammatis, cuius ars sane non ita magna fuisse videtur, dativum posuisse pro genetivo, valde dubito. Atque Kaibel aliam proponit explicationem: „Filius Dionysiorum victor patrem ad sui exempli imitationem impulit, et vicit pater quoque.“ Sed cum scriptum sit *πατρὶ κισσοφοροῦντι*, apertum est patrem ante filium vicisse, atque Koehleri lectione vs. 1 recepta vel propterea Kaibelii explicatio stare non potest, quod *πρότερος* vs. 4 ad duos fratres pertinere nequit. Vs. 4 explicat participium *κισσοφοροῦντι; τοῦδε* nihil

aliud potest significare nisi *τοῦδε τοῦ ἀγῶνος*. *Ζῆλον πατρί* videtur significare „ein Gegenstand des Neides, der Bewunderung für den Vater", ut statuatur dici reliquos paganos patri invidere, quod filii eius monumentum tam praeclarum posuerint. *Δήμῳ* est „pago". — Ex hoc titulo et n. 50 (n. 53 iam adferri nequit), quos ad choregiam comicam pertinere manifestum est, concludi posse videtur, falsum esse quod tradit scholiasta Aristoph. Ran. 406, Cinesiae opera factum esse, ut non ita multo post ol. 92, 1 choregia comica aboleretur. Sic statuit Reisch p. 41 adn. 2. Qua in re num verum viderit valde dubito. Uterque enim titulorum illorum pertinet ad monumentum in pago rustico positum, atque victorias, quarum memoria iis propagatur, reportatas esse Dionysiis urbanis, quis potest demonstrare, cum constet Dionysiis rusticis etiam in pagis ludos scenicos actos atque choregos creatos esse, qui sumptus praeberent? Cfr. infra n. 82/83. Mihi quidem admodum probabile videtur haec monumenta posita esse a choregis, qui Dionysiis rusticis in pagis suis vicerunt. Quod si verum est, nulla est causa cur illud scholiastae testimonium falsum esse putemus. — Praeterea ex titulo nostro apparere putat Reisch, synchoregiam priore saeculi quarti parte non esse abolitam. Si vero hunc titulum referimus ad ludos in pago actos, plane nihil est, quo altera saeculi quarti parte in urbe etiam synchoregiam fuisse comprobetur. In pago autem duos cives una choregiam praestitisse nihil est cur miremur.

52.

Duae bases inventae prope Propylaea; anaglyphis, quibus ornatae sunt, repraesentantur iuvenes saltantes. Edd. Beulé, l'acropole d'Athènes II p. 315 et pl. IV a b. Rang. 987. K. Keil, Mél. gréco-rom. II p. 67. Michaelis, Mittheil. des deutschen arch. Instit. zu Athen, I 296.

a. *Νική[σας κυκλίωι χο]ρῶι*

b. *[πυρριχ]ισταῖς νικήσας Ἄταρβος Λυ[. . . . . ἀνέθηκεν Κ]ηφισό[δ]ωρο[ς ἦρχε].*

Beulé fr. b supplet *[ἀνέθηκεν χορηγῶν πυρριχ]ισταῖς νικήσας. Ἄταρβος Λυ[σίου ηὔλει. Κ]ηφισό[δ]ω[ρος ἦρχεν].* Cum ante haec etiam nomen dedicantis sit supplendum, valde

dubium videtur, num pars perdita lapidis haec omnia capere potuerit. Multo probabilius est Atarbum esse choregum. Lacunam quae est inter *Αυ* . . et *ηφισοδ* . . . . quattuordecim fere litteras capere adnotat Michaelis. Hoc spatium optime expletur reliquis literis nominis patris choregi, quas ignoramus et verbo *ἀνέθηκεν* et littera *K*. Nomen *Κηφισόδωρος* certum est; minus certum videtur, quod omnes fere editores statuunt, hunc Cephisodorum esse archontem. Quod si verum est titulus referendus videtur ad annum ol. 114, 2 (323/2) (cfr. Michaelis, Annali dell' Instit. 1862 p. 216). Keil annum ol. 103, 3 (366/5), cuius archonti item nomen fuit Cephisodorus, praeferendum esse duxit.

53.

„Athenis, in villa Menidi, in ecclesia S. Virginis, quae *Ἀναγαλιώτισσα* cognominata." Ex schedis Fourmonti ed. Boeckh C. I. G. 219.

. . . . *νικήσας ἀνέθηκ[ε χορηγῶν Ἐρ-*
ε]χ[θη]ί[δι] [π]αί[δ]ω[ν . . . . . .*]χάρης Θηβαῖος*
η]ὔλει, Σπευσεάδης Ἀθηναῖος ἐδίδασκε.

Huius tituli difficultates optime perspexit Reisch p. 45. Boeckh lectionem Fourmonti vs. 2 *ΧΟΡΙΩΙΚΑΙΚΩΜΟΙΔΟΙΣΧΑΡΗΣ* emendavit *χορῶι καὶ κωμωιδοῖς* atque extremo versu 1 addidit *κυκλίωι*, statuens choregum choro cyclico et comico vicisse. Tibicinem et didascalum chori cyclici esse videri. In quibus eum secutus eram praeterquam quod pro *κυκλίωι* scribendum esse *παίδων* vel *ἀνδρῶν* conieceram. Sed iure monet Reisch interpositum illud *καὶ κωμωιδοῖς* recte se habere non posse, cum tibiben et magister unice apti sint ad chorum cyclicum. Error igitur subest Fourmonti. Coniectura vero adsequi velle, quomodo hic error sit expediendus, temerarium putat Reisch. Neque tamen mihi prorsus desperandum esse videtur de hac re, etsi maxime corruptae sunt litterae versus 2. Nisi fallor titulus hanc habebat formam: *ὁ δεῖνα νικήσας ἀνέθηκε χορηγῶν τῇ δεῖνι φυλῇ* { *παίδων* / *ἀνδρῶν* }, atque cum ex omnibus tribuum nominibus unius tantum vestigia inesse videantur in litteris a Fourmontio traditis, eas sic mutandas esse conicio:

ΧΟΡΙΩΙΚΑΙΚΩΜΟΙΔΟΙΣΧΑ
ΧΘΗΙΔΙΠΑΙΔΩΝ

Quod si verum est, tribus fuit Erechtheis et victoria reportata est choro puerorum. In litteris *ΟΙΔΟΙΣΧΑΡΗΣ* latet nomen ticicinis, quod *Χάρης* fuisse statuerat Boeckh. Ante participium *νικήσας* vs. 1 Fourmontius habet litteras *ΟΣΚΡΑΠΟΙΝΙ*; participium *χορηγῶν*, quod in his inesse coniecerat Boeckh, spatii rationibus ductus addidi post *ἀνέθηκε*. Ante *νικήσας* nihil nisi choregi nomen scriptum fuisse videtur. Demoticum num additum fuerit incertum est. — Forma tituli eadem est atque titulorum n. 54/55; ut hi, videtur pertinere ad monumentum publicum. Hac inscriptione recte intellecta confirmatur id quod iam antea conieceram in adnotationibus tit. 54, postremis annis ante choregiam populi institutam choregum victorem inscribi solitum esse. Eam aetate non multum distare a tit. 54/55 persuasum habeo.

54.

In epistylio monumenti choregici ad radices meridionales arcis rupi incisi (*Παναγίας Σπηλιωτίσσης*). Edd. Boeckh C. I. G. 224. Le Bas 471. Dittenberger, Syll. 423.

Θράσυλλος Θρασύλλου Δεκελεεὺς ἀνέθηκεν Ol. 115, 1. 320/19.
χορηγῶν νικήσας ἀνδράσιν Ἱπποθωντίδι φυλῆι
Εὔιος Χαλκιδεὺς ηὔλει, Νέαιχμος ἦρχεν, Καρκίδαμος Σώτιος
ἐδίδασκεν.

Propter monumenti formam et locum dubitari nequit, quin hic titulus pertinuerit ad tripoda publice dedicatum. Forma tamen antiqua et sollemnis non observata est, cum choregus ipse victor inscriptus sit, quod in nulla inscriptionum 1—40, in qua quidem una tribus sit nominata, factum videmus. Atque Dittenberger „cum titulus sit recentissimus ante choregiam populi et agonothesiam institutam, illa aetate publicas et privatas dedicationes in titulis minus accurate quam ante distinctas esse“ putat. Qua in re plane cum eo facio, nisi quod fortasse dici potest his postremis ante choregiam populi institutam annis omnino antiquum et sollemnem inscribendi morem neglectum et choregum victorem inscribi solitum esse. Nam plane eandem

habet formam titulus 55, qui ad eundem annum pertinet, et n. 53. Hic igitur id, quod Koehler statuit de titulis ad Thargelia spectantibus, locum habet: ambitione et vanitate magis magisque gliscente factum esse, ut non tribus sed choregi vicisse scriberentur (cfr. p. 89).

Choregus Thrasyllus Thrasylli filius est in catalogo ministrorum sacrorum C. I. A. II 948, quem Koehler ultimis saeculi quarti decenniis exaratum esse putat. Cfr. n. 59/60. Tibicen *Εὔιος Χαλκιδεύς* commemoratur Athen. XII p. 538 sq., Poll. IV 78.

55.

„Sur le mur, qui fut trouvé en 1852 devant l'entrée de l'Acropole et au dessus de l'escalier, qui mène aux Propylées." Edd. Beulé, l'Acropole d'Athènes I p. 102 = K. Fr. Hermann, Philol. VIII p. 576. Rangabé [986. K. Keil l. l. p. 76. (Cfr. Le Bas 470.)

.... *οδήμου Ξυπετ//αιὼν ἀνέθηκε νικήσας χορηγῶν Κεκροπίδι παίδων*
.... *Π]ανταλέων Σικυών//ιος ηὔλει· ἆισμα Ἐλπήνωρ Τιμοθέου, Νέαιχμος ἦρχε.*

Ol. 115, 1 = 320/19 a. Chr.

Rangabé testatur titulum duobus tantum versibus constare; Beulé sex habet versus, sed partitio eorum ita comparata est, ut eam in lapide adhibitam fuisse vix credibile sit. Secundum Rangabem sinistra lapidis pars inventa est non una cum dextra sed post hanc, atque apud eum illius partis litterae hae sunt:

ΗΤΟΥΞΥΓΕΤ
Α ΣΑΞΩΝΣΙΚΥΩΝ

cum Beulé habeat

ΟΔΗΜΟΥΞΥΓΕΤ et
Γ]ΑΝΤΑΛΕΩΝΣΙΚΥΩΝΙΟΣ.

Quaeritur utri credendum sit. Atque Keil dicit, nomen patris victoris apographo Rangabis incertum fieri. Sed incertum hoc nomen est, sive legimus . . . *οδήμου* sive . . *ήτου,* nam Beulii supplementum *Ἀριστ]οδήμου* nullam habet probabilitatem, cum satis multa exstent nomina in . . . *όδημος* exeuntia. Sane Rangabis auctoritas maior esse videtur; sed quae habet vs. 2

ΣΑΞΩΝ in lapide fuisse vix credibile est. Nam sive putamus *Ξ* fuisse *E* sive *Z* sive *Ξ*, nihil ex his aptum esse videtur, ut mihi quidem non dubium sit, quin in litteris *ΑΞΩΝ* lateat *ΛΕΩΝ*; tum vero *Σ* quod praecedit recte se habere non potest. Atque accedit alia causa cur Beulium sequendum esse putem. Le Bas enim (n. 470) tituli partem sinistram ita exhibet:

. . *ΟΔΗΜΟΥΞΥΓΕΤΑΙΩΝ*
. . *ΑΝΤΑΛΕΩΝΣΙΚΥΩΝΙΟΣ*,

quod ex Beulii editione hausisse nequit, quod is habet plane aliam versuum partitionem, etsi Lebasium lapidem vidisse propterea non admodum probabile est, quod litterae *ΑΙΩΝ* et *ΙΟΣ* Rangabe testante pertinent ad dextram partem. — Editores Beulium secuti Pantaleontem Sicyonium putant esse magistrum chori et supplent ante hoc nomen *ἐδίδασκε*:

ἐδίδασκε Π]ανταλέων Σικυώνιος
ηὔλει ἆισμα Ἐλπήνωρ Τιμοθέου.

Haec verborum collocatio esset plane singularis, item coniunctio *ηὔλει ᾆσμα*. Quare Keil coniecit, Pantaleontem esse fortasse tibicinem, sed quomodo reliqua explicet nescit. Rangabé eodem sensu ductus dicit: „Mais si l'on adopte l'interpunction: . . *Σικυώνιος ηὔλει. ἆισμα Ἐλπήνωρ Τιμοθέου*, le chanteur (d'un solo) serait autre que l'aulète." Putat igitur *ᾆσμα Ἐλπήνωρ* idem esse atque *ᾆσμα ᾗδε Ἐλπήνωρ*. Sed eius modi breviloquentiam vix puto adhibitam esse in hoc titulo, atque quid sibi velit cantoris mentio omnino non intelligitur. Equidem persuasum habeo omnes offensiones remotas esse, si verba tituli sic scribimus et interpretamur:

[*ὁ δεῖνα ἐδίδασκε*]
Πανταλέων Σικώνιος ηὔλει.
ᾆσμα Ἐλπήνωρ Τιμοθέου.

„Pantaleon erat tibicen; canticum erat „*Ἐλπήνωρ Τιμοθέου*." *Ελπήνωρ* est titulus dithyrambi, non nomen hominis, qui certamini interfuit. Nomen *Ἐλπήνωρ* nisi in carminibus epicis vix adhibitum esse videtur; sed aptissimum est nomen dithyrambi. Habemus igitur titulum, in quo additum est, quod carmen choreutae cantaverint. Atque consentaneum est hoc saepius factum esse tum, cum magistri chororum non iam iidem

erant poetae dithyramborum. Simile exemplum nobis suppeditat Lucianus (Harm. 1): *ὥσπερ ὅτε καὶ σύ, ὦ Τιμόθεε, τὸ πρῶτον ἐλθὼν οἴκοθεν ἐκ Βοιωτίας ὑπηύλησας τῇ Πανδιονίδι καὶ ἐνίκησας ἐν τῷ Αἴαντι τῷ ἐμμανεῖ, τοῦ ὁμωνύμου σοι ποιήσαντος τὸ μέλος.* Timotheus igitur Thebanus tibiis cantavit', cum tribus Pandionis vinceret dithyrambo Timothei veteris. — Timotheus quin sit Timotheus Milesius, nobilissimus dithyramborum poeta, cuius carmina etiam post mortem eius maxime viguisse constat, non dubito. Cfr. de eo Bernhardy, Grundriss der griech. Litterat. II 1 p. 673 sqq. Bene ab eo distinguendus est Timotheus tibicen, qui Alexandrum magnum comitabatur.

III. Tituli, in quibus populus choregus inscriptus est.

56.

Fragmenta duo epistylii marmoris Pentelici; dextra pars inventa in theatro Bacchi, sinistra ad Asclepieum. Edd. Kumanudis *Ἀθηναίου* VI p. 276 (cfr. p. 367). P. Foucart, Bulletin de corr. hell. II (1878) p. 391. Dittenberger Syll. 417. Koehler, Mittheil. des deutschen arch. Instit. III p. 236 sqq.

Ὁ δῆμος ἐ[χορήγει ἐπ' Ἀναξι]κράτους ἄρχοντος
ἀγωνοθέ[της Ξενοκλῆς Ξ]εινιδος Σφήττιος
ποιητὴς τραγωι[δίας· Φανόστρατο]ς Ἡρακλείδου Ἁλικαρνασσεύς
ὑποκριτὴς τραγ[ωιδίας . . . . . ω]ν Εὐανορίδου Κυδαθηναιεύς
ποιητὴς κωμωι[δίας· Φιλήμω]ν Δάμωνος Διομειεύς
ὑποκριτὴς κ[ωμωιδίας· Κάλλιπ]πος Καλλίου Σουνιεύς.

Litterae volgares. Vs. 1 Kumanudis et Foucart legunt [*Νικο*]-*κράτους* ol. 111, 4 = 333/2, quod verum non esse apparet ex eis, quae supra disputata sunt. Tum enim choregia populi et agonothesia omnino nondum instituta erat; cfr. n. 54. 55 = ol. 115, 1 (320/19). Quare cum Koehlero et Dittenbergero [*Ἀναξι*]*κράτους* (ol. 118,2 = 307/6) restituendum. Illi maxime eo commoti sunt ut *Νικοκράτους* scriberent, quod agonothetam inveniebant in inscriptionibus, quae propius accedunt ad huius archontis annum. At recte monuit Koehler, etiamsi scribamus *Ἀναξικράτους*, illarum inscriptionum testimonia bene cum hac

lectione conciliari posse. Xenocles (cuius nomen primus restituit Kumanudis) gymnasiarchus fuit tribus Acamantidis ol. 108, 3 = 346/5 a. Chr. (Eph. 2079); *Ξενοκλῆς Σφήττιος* est in tabula navali C. I. A. II 804 = ol. 111, 3 (334/3); *Ξενοκλῆς Ξείνιδος Σφήττιος* ol. 113, 2 = 327/6 C. I. A. II 808 = Boeckh, See-Urkunden XIII 76. 95. Recte nihil impedire monuit Koehler, quominus omnibus his locis et in nostro titulo (si eum referimus ad Anaxicratis annum) eundem hominem significari statueremus. Atque exstat certum testimonium, quo confirmatur Xenoclem illo tempore etiam in vivis fuisse et rebus publicis interfuisse: C. I. A. II 737 B (Add. et corr. p. 508) haec leguntur: *Ἐπὶ Κοροίβου ἄρχοντος* (ol. 118, 3 = 306/5) — *ταμίαις τῶν τῆς θεοῦ χρήματα τάδε παρέδωκεν τὰ παρ' Ἀντιγόνου, ἃ ἐκόμισεν Ξ ε ν ο κ λ ῆ ς Σ φ ή τ τ ι ο ς.* De tempore igitur omnis est remota dubitatio. — Praeterea alio modo demonstravit Koehler, titulum illo anno antiquiorem esse non posse; exstat enim fragmentum tituli choregici (n. 57), quod, cum agonotheta idem sit, ad eundem annum referendum est. Hoc fragmentum anno 307/6 antiquius esse nequit, idem igitur valet de hoc titulo; qua de re cfr. ad n. 57.

Xenoclem Athenis magnam habuisse auctoritatem et populo gratum fuisse apparet cum ex testimoniis allatis tum inde, quod etiam *ἐπιμελητὴς τῶν μυστηρίων* factus est. Exstant enim tituli, quibus memoriam huius muneris propagavit: Eph. arch. 3799/3801 = Lenormant, Recherches à Éleusis 1 et 2:

Δήμητρι καὶ Κόρει
Ξενοκλῆς Ξείνιδος Σφήττιος
ἀνέθηκεν ἐπιμελητὴς
μυστηρίων γενόμενος.

Frater Xenoclis, *Δημοκλῆς Ξείνιδος Σφήττιος,* est in titulo aetatis Demosthenicae C. I. A. II 172. Huius nomen, si spatium et litterarum reliquias tantum spectamus, item bene in titulo nostro restitui potest. Neque vero dubitari potest, quin hic n o n inscriptus fuerit, cum propterea quod Xenoclem saepius talibus muneribus functum esse videmus, tum quod in titulo insequenti servatum est . . . . *νοκλῆς Ξειν* . . . Ceterum Dittenberger monet, cum alter fuerit archon Anaxicrates ol. 125, 2 (279/8) et nepos Xenoclis illius cognominis commemoretur in

titulo aetatis belli Chremonidei, C. I. A. II 334, non prorsus incredibile esse, hos in titulo nostro esse intellegendos. Atque hoc quidem certis argumentis refutari vix poterit; multo tamen verisimilius est avum hic intellegendum esse, quem saepius in eius modi muneribus versatum esse videmus.

Phanostratus Heraclidis filius poeta tragicus nobis ignotus est, praeterquam quod exstat titulus item prope theatrum Bacchi inventus *Φανόστρατον Ἡρακλείδου*, *ὁ δῆμος ὁ Ἁλικαρνασσέων ἀνέθηκεν*, quem basi statuae inscriptum fuisse veri simile est propter ipsam illam victoriam a civibus in honorem poetae positae. Ex hoc titulo nomen supplevit Kumanudis.

Poeta comicus quis inscriptus fuerit, intellexit Foucart. Philemo, Menandri aequalis et aemulus, a Strabone XIV 5, 8 natus esse dicitur Solis, cum Suidas et Anonymus de com. (Dübner, Schol. in Aristoph. Prolegg. p. XV) eum Syracusis oriundum esse tradant. Suid.: *Φιλήμων Συρακόσιος, υἱὸς Δάμωνος — ἤκμαζεν ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας.* Anonymus l. l.: *Φιλήμων Δάμωνος Συρακούσιος, μετέσχε δὲ τῆς τῶν Ἀθηναίων πολιτείας, ἐδίδαξε δὲ πρὸ τῇ ριγ´ Ὀλυμπιάδος.* Fuit igitur filius Damonis et civis Atticus; rem conficit titulus C. I. A III 948 basi statuae inscriptus, qui etsi ad aetatem imperatoriam referendus est, tamen sine dubio pertinet ad comicum illum (cfr. Dittenberg. ad C. I. A. III 948):

Φιλήμων Δάμωνο[ς]
Διομαιεύς
κωμικὸς ποιητής.

Ex hoc titulo discimus eum pago Diomeensium fuisse adscriptum. Philemonem summa senectute, anno fere 263 a. Chr. obiisse narratur apud Suidam s. v. *Φιλήμων*. Anonymus eum fabulas docuisse tradit ante ol. 113 (328 sqq.), quod Foucart bene convenire dicit cum tituli nostri testimonio, quem refert ad annum 333; sed etsi nequaquam incredibile est, Philemonem tum, septuaginta annis ante mortem, fabulas docuisse, eum tum iam civitatem Atticam habuisse minus veri simile videtur. Quare hoc quoque adferri potest pro sententia nostra, titulum ad Anaxicratis annum esse referendum. — Ceterum in eo Koehlerum falsum esse, quod putat, tribum et *διδάσκαλον* non nomi-

nari, quod fabulae, quae in certamine actae sunt, chorum non habuerint, supra docui p. 90 sqq., p. 99.

57.

Ὕπερθεν τοῦ ᾠδείου τοῦ Ἡρώδου. Edd. Kumanudis *Ἀθήναιον* VI p. 367. Foucart, Bulletin de corr. hell. II (1878) p. 393. Koehler, Mittheil. III p. 238.

[Ἐπὶ Ἀναξικράτους ἄρχ]οντος ὁ δῆμ[ος ἐχορήγει]
[ἀγωνοθέτης Ξε]νοκλῆς Ξείν[ιδος Σφήττιος]

[ἡ δεῖνα φυλὴ παίδων ἐνίκα] [Ἀντιγονὶς / Δημητριὰς] ἀνδρῶν ἐνίκα]
[. . . . . ηὔλει] Φιλ[. . . . . . ηὔλει]
[. . . . . ἐδίδασκε] Καλ[. . . . ἐδίδασκε]

Hoc fragmentum ad eundem annum spectat atque titulus antecedens, cum agonotheta idem sit. Lapis a sinistra integer est, sed ita elaboratus, ut alterum lapidem eum attigisse appareat. Huius fragmenti partem iam edidisse videtur Pittakis, Eph. 2806 (*εἴς τινα παρακειμένην τῇ ἀκροπόλει οἰκίαν*):

ΟΝΤΟΣ
ΝΟΚΛΗΣ;

omnia tam accurate conveniunt, ut vix liceat dubitare, quin hae litterae in eodem lapide scriptae sint. —

Quomodo titulus adornatus fuerit bene perspexit Foucart; unum mutavi: videtur mos fuisse, ut a sinistra inscriberetur tribus, quae vicerat puerorum choro, a dextra quae victoriam reportaverat in virorum certamine.

Mirum videri potest, quod in hoc titulo aeque atque in antecedenti syllabae eaedem *ΞΕΙΝ*
////////
ΦΙΛ
ΚΑΛ

iisdem fere versuum locis inscriptae leguntur; sed quod primo hanc ob rem mihi in mentem venit, hunc titulum alterum exemplar esse illius, variis de causis statui nequit, atque casui illud tribuendum esse videtur. Titulus spectat ad certamina chororum cyclicorum. Versus tertius, in quo nomen tribus scriptum fuisse debet, consulto erasus est. Quod aliter ex-

plicari non posse recte dicit Koehler, nisi ut statuatur hic nominatam fuisse tribum Antigonida aut Demetriada, quae anno 307/6 institutae quarumque nomina anno a. Chr. 200 in monumentis deleta sunt; cfr. Liv. XXXI 44. Illo igitur anno hic titulus (et antecedens) antiquior esse non potest. *Φιλ* . . . fortasse supplendum esse *Φίλ[ιππος Σικυώνιος]*, qui est tibicen n. 62, coniecit Dittenberger ad Syll. 419.

58.

In parte adversa basis tetragonalis lapidis Pentelici, inventae in theatro Bacchi. A dextra et sinistra parte quaternae coronae incisae fuisse videntur, quarum ternae habent inscriptionem. — Edd. Eph. arch. nova 170—175. Kumanudis Philist. III p. 461. 569. IV p. 539. Dumont, Archives des missions scientif. III. série t. I p. 145. Koehler, Mittheil. des deutschen arch. Instit. IX p. 48 sqq.

Ὁ δῆμος ἐ[χο]ρή[γ]ει, Νικίας ἦρχε
Ἀγωνοθέτ[ης Γλαύκ]ω[ν] Ἐ[τεο]κλέους Αἰθαλίδης
Λεοντὶς [ἀν]δρῶν ἐνίκα, Ἱπποκλῆς Βοιώτιος
ηὔλει, Θ[εοδ]ωρίδης Βοιώτιος ἐδίδασκε.

1.	2.	3.
ἀν[θι]ππασία̣	ὁ δ[ῆμος]	ἀνθιππασί]α̣]
Ὀλ[υμ]πιε[ῖα]	φυ[λαρχή]-	Παναθήν[αια]
	σ[αντα]	τὰ μεγάλα

I.	II.	III.
στρατηγή-	ὁ δῆμος	στρατηγή-
σαντα ἐπὶ	ἀγωνοθετή-	σαντα ἐπὶ
τῶν ὅπλων	σαντα	τῶν ὅπλων

Nicias quidam archon erat ol. 121, 1 = 296/5 a. Chr.; sed tum Glauco, cuius nomen in reliquiis litterarum agnosci pro certo dicit Koehler, nondum agonotheta fuisse potest (v. infra), atque veri est simile agonothesiam Phaedri, quae commemoratur C. I. A. II 331 (*ἀγωνοθέτης αἱρεθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου ἐπὶ Νικίου ἄρχοντος*) ad illius Niciae annum referendam esse. Alter Nicias, Otrynensis, archon fuit ol. 124, 3 (282/1) aut 4 (281/0). Cfr. Dittenberger Hermae II p. 299 sqq. U. de Wilamowitz-

Möllendorff, Antigonos von Karystos p. 246, Dittenb. ad Syll. 144, quorum nunc uterque annum ol. 124, 4 praefert. Hoc igitur anno Glauco agonotheta fuit. Dumont l. l. Niciam summo magistratu functum esse circa annum 200 a. Chr. inde colligit, quod *Ἱπποκλῆς Μίκκωνος Βοιώτιος αὐλητής* commemoratur in catalogo victorum Soteriorum (Wescher-Foucart, Inscr. de Delphes n. 6 vs. 16). Hunc vero catalogum exaratum esse circa annum 200 a. Chr. nequaquam certum est, immo quattuor illi Soteriorum catalogi referendi videntur ad priorem saeculi quarti partem. Is igitur Hippocles, qui anno 281/80 Athenis vicit, revera idem esse videtur atque Hippocles Micconis filius, qui intererat Soteriorum certaminibus.

Glauco est frater Chremonidis, ex quo nomen traxit bellum Chremonideum; cfr. C. I. A. II 332: *Χρεμωνίδης Ἐτεοκλέους Αἰθαλίδης*. Eum Olympia curru vicisse tradit Paus. VI 16, 9; eundem Rhodiorum proxenum fuisse docet titulus Rhodius, Revue archéol. 1866 p. 355: *Γλαύκων Ἐτεοκλέους Ἀθηναῖος πρόξενος Ἀπόλλωνι Πυθίῳ*. Urbe capta una cum fratre Chremonide se contulit ad Ptolemaeum, apud quem uterque summa gratia florebat. Cfr. Teles ap. Stob. Floril. 40, 4. Vitam produxit Glauco ultra annum 246; nam constat Ptolemaeum III (246—221) statuam eius Olympiae posuisse; cfr. G. Hirschfeld, Zeitschr. für die österr. Gymn. 1882 p. 171. Quare incredibile est eum anno 296 iam fuisse praetorem et agonothetam. Soror Glauconis et Chremonidis est *Φαιδοστράτη Ἐτεοκλέους Αἰθαλίδου| θυγατήρ* Eph. 175, Rang. 1111. Pater Eteocles commemoratur C. I. A. II 948; statuae eius inscriptus fuit titulus, qui editus est *Ἀθηναίου* VI p. 378: *Ἐτεοκλῆς Χρεμωνίδου Αἰθαλίδης*.

Propter phylarchiam, agonothesiam, praeturam bene gestam coronae a populo Glauconi decretae erant. Praeterea has habemus coronarum inscriptiones: *ἀνθιππασίᾳ Ὀλυμπιεῖα* et *ἀνθιππασίᾳ Παναθήναια τὰ μεγάλα*. Olympiea celebrabantur undevicesimo die mensis Munychionis; cfr. Stark ad K. Fr. Hermann, G. A. 60, 5. Mommsen, Heortol. p. 412. C. I. A. II 741. De anthippasia, equitum exercitio publico, quod fiebat in hippodromo, v. Xenoph. Hipparch. I 20. III 10 sqq. Hesychius et Suidas anthippasiam „certamen“ fuisse tradunt (Hesych. *τῶν ἱππέων*

ασκησις καὶ ἀγῶνες αὐτῶν, Suid. *ὁ ἱππικὸς ἀγών*, idemque est in Bekkeri Anecd. I 404. Koehler tamen contendit, anthippasiam certamen non fuisse; illas lexicorum adnotationes eo explicari, quod anno peracto phylarchis, qui egregie munere suo functi erant in exercitio illo, coronae decernebantur. Sed primum quidem plane nullam video causam, cur testimoniis grammaticorum, anthippasiam fuisse c e r t a m e n diffidamus, cum nusquam traditum sit rem aliter se habuisse. Praeterea ad dativum *ἀνθιππασίᾳ* vix quidquam suppleri poterit nisi forma aliqua verbi **νικᾶν**. Atque in scholiis ad Pind. saepius Olympicorum c e r t a m e n commemoratur, quod ad hanc anthippasiam bene referri potest: Cfr. schol. Ol. VII 151. IX 132. Nem. II 35. Quare revera praemia proposita fuisse puto victoribus huius exercitii.

59.

In alta basi, quae exstructa est super zophorum monumenti Thrasyllei, ad statuae dextram. Ed. Boeckh C. I. G. 225. (Le Bas 472.)

Ὁ δῆμος ἐχορήγει, Πυθάρατος ἦρχεν, Ol. 127, 2 = 271/70
Ἀγωνοθέτης Θρασυκλῆς Θρασύλλου Δεκελεεύς a. Chr.
Ἱπποθωντὶς παίδων ἐνίκα
Θέων Θηβαῖος ηὔλει
Πρόνομος Θηβαῖος ἐδίδασκε.

Patrem agonothetae Thrasyllum habemus choregum n. 54. *Πρόνομος Διογείτονος Βοιώτιος διδάσκαλος*, qui invenitur in Soteriorum catalogo (Wescher-Foucart, inscr. de Delphes 4, 80), idem esse videtur atque is, qui est in nostro titulo; cfr. Reisch p. 97.

60.

In altera basi eiusdem monumenti zophoro imposita ad laevam statuae. Ed. Boeckh C. I. G. 226. (Le Bas 473).

Ὁ δῆμος ἐχορήγει, Πυθάρατος ἦρχεν
Ἀγωνοθέτης Θρασυκλῆς Θρασύλλου Δεκελεεύς
Πανδιονὶς ἀνδρῶν ἐνίκα

Νικοκλῆς Ἀμβρακιώτης ηὔλει
Λύσιππος Ἀρκὰς ἐδίδασκεν.

Titulus ad eundem annum spectat atque antecedens. In Soteriorum catalogo (Wescher-Foucart, inscr. de Delphes 6, 17) commemoratur *Λύσιππος Ξενοτίμου Ἀρκὰς διδάσκαλος αὐλητῶν*, quem eundem esse atque eum, qui est in titulo nostro, iure conicere videtur Reisch p. 96.

61.

Lapis magnus Pentelicus, inventus inter Asclepieum et theatrum Bacchi. Edd. Kumanudis *Ἀθηναίου* V p. 330 n. 12. Dittenberger Syll. 418.

Ὁ δῆμος ἐχορήγει, Σωσίστρατος ἦρχε
ἀγωνοθέτης Θεοφάνης Διοσκουρίδου Εὐωνυμεύς,
Ἐρεχθηῒς ἀνδρῶν ἐνίκα
Σωκράτης Ῥόδιος ηὔλει, Ἐράτων Ἀρκὰς ἐδίδασκεν.

Sosistrati archontis annum ignoramus; utique recentior est anno a. Chr. 292, quo continua archontum Atticorum series deficit (Dittenb.). Socratem tibicinem etiam commemorari in catalogo Soteriorum (Wescher-Foucart, inscr. de Delphes 4, 14), ubi est *Σωκράτης Σωχάριδος Ῥόδιος*, observavit Reisch p. 96. Idem videtur is, quem habemus in titulo Milesio n. 105 *Σωκράτης Ζωχάριος Ἀθηναῖος*. Patris nomen sine dubio idem est, atque quod Socrates hic Atheniensis inscriptus est, ita est explicandum, ut statuatur eum post id tempus, ad quod spectant tit. n. 61 et ille catalogus, Athenis civitatem adeptum esse. Unde licet conclusionem facere de aetate tituli n. 105, ad quem vide quae adnotavi.

62.

Tabula lapidis Pentelici inventa occidentem versus a theatro Bacchi. Edd. Kumanudis *Ἀθηναίου* VI p. 278 n. 7. Dittenberger Syll. 419.

[Ὁ δῆμος ἐχορήγει, ὁ δεῖνα ἦρ]χεν
[Ἀγωνοθέτης . . . . Εὐ]νομίδου

[Ἡ δεῖνα φυλὴ παίδων ἐνίκα]	*Ἐρεχθηῒς ἀνδρῶν ἐνίκα*
[. . . . . ηὔλει]	*Φίλιππος Σικυώνιος ηὔλει*
[. . . . . ἐδίδασκε]	*Ἑλλάνικος Ἀργεῖος ἐδίδασκε.*

A sinistra alius lapis hunc attingebat. Titulum eodem modo dispositum fuisse atque n. 57 perspexit Kumanudis.

63.

In parte adversa epistylii, in cuius aversa parte est catalogus poetarum C. I. A. II 977. Ed. Koehler, Mittheil. des deutschen archaeol. Instit. III p. 250.

[Ὁ δῆμος ἐχορήγει, ... ἦρχε]
[Ἀγωνοθέτης . . . .]

Ἀκαμαντὶς π[αίδων ἐνίκα]	[Ἡ δεῖνα φυλὴ ἀνδρῶν ἐνίκα]
Δείνων Αἰγι[. . . . ηὔλει]	[. . . . . . . ηὔλει]
Κλεάριτος [. . . . . ἐδίδασκε]	[. . . . . . . ἐδίδασκε]

Koehler titulum propter litterarum formam post medium quartum saeculum exaratum esse iudicat. Ipse supplet

Ἀκαμαντὶς π[αίδων ἐνίκα
Δείνων Αἰγι[λιεὺς ἐχορήγει
Κλεάριτος [. . . . . ἐδίδασκε.

Sed cum Aegilienses sint tribus Antiochidis, illud *Αἰγι[λιεύς]* v. 2 recte se habere nequit, si choregus nominatus fuit. Atque omnino hoc fragmentum ita est comparatum, ut mihi admodum probabile videatur id pertinere ad monumentum agonothetae. Nam si choregum nominatum fuisse statuimus, statuendum nobis est, aut magistri aut tibicinis mentionem esse omissam. Omnia vero optime quadrant, si ita supplemus ut ego feci. Nominibus tibicinis et magistri, ut semper in his titulis, patria fuit addita; v. 2 fuit fortasse *Αἰγι[νήτης]*.[1]) — Quae si vera sunt, titulus recentior est quam statuit Koehler.

64.

Fragmentum marmoris candidi, inventum Thebis. Edd. Pittakis Ἐφημ. 1845. Rang. 2358. Le Bas 480 bis. Keil, Mél. gréco-rom. II p. 82.

---

[1]) In eandem coniecturam incidit Reisch (p. 96 adn. 1), atque hunc Dinonem tibicinem eundem esse suspicatur, atque eum qui commemoratur in Soteriorum catalogo (Wescher-Foucart, inscr. de Delphes 3, 28) *Δείνων Ἡρακλείδου Αἰγινήτης*. Quod mihi admodum probabile videtur.

[Ὁ δῆμος ἐχορήγει, ... ηρχε]
[Ἀγωνοθέτης . . . .]

Λεοντὶς παίδ[ων ἐνίκα] [Ἡ δεῖνα φυλὴ ἀνδρῶν ἐνίκα]
Τιμογένης Ἀθ[ηναῖος? ηὔλει] [. . . . . ηὔλει]
Μοιραγένης Ὀπού[ντιος ἐδίδασκε] [. . . . . ἐδίδασκε]

Lapis initio Athenis positus fuit et inde Thebas transportatus est. Quod ita se habere recte monuit Keil contra Rangabem, qui putavit hoc esse alterum exemplar inscriptionis, quod Thebis positum esset in honorem Thebani cuiusdam, ad quem victoria reportata pertinuisset, fortasse tibicinis. Editores adhuc ita suppleverunt, ut v. 4 choregum inscriptum fuisse statuerent. Neque hoc prorsus est incredibile, etsi multo veri similius est, titulum pertinere ad monumentum ab agonotheta positum. Si enim v. 4 choregus fuit inscriptus, aut tibicinis aut magistri nomen omissum fuit, cuius rei certum exemplum non habemus. Quod Rangabé supplet v. 4 Ἀθ[μονεὺς ἐχορήγει] falsum esse sponte patet, cum Athmonenses pertineant ad tribum Cecropida. In omnibus his titulis nominibus tibicinum et magistrorum sola patria additur, atque cum v. 5 sit Ὀπού[ντιος], v. 4 litterae Ἀθ superesse ex patriae nomine fere certum est. Hoc si verum est, vix quidquam inscriptum fuit nisi Ἀθηναῖος.

65.

Fragmentum lapidis Pentelici, inventum in ea parte urbis, quae ad orientem spectat. Edd. Pittakis Eph. 974. Rangabé 983

Ὁ δῆμος ἐχορ[ήγει, ὁ δεῖνα ἦρχε]
Ἀγωνοθέτης . . . .

[ἡ δεῖνα φυλὴ π]αίδων ἐνίκα [ἡ δεῖνα φυλὴ ἀνδρῶν ἐνίκα]
[. . . . . . . Ἀθ]ηναῖος ηὔλει . . . .
[. . . . . . . ἐδίδασκεν] . . . .

Litterae sunt κιονηδόν exaratae. Recte mihi tituli dispositionem perspexisse videor. Vs. 4 . . . . ηναῖος optime convenire videtur cum versu 4 tituli 64: Τιμογένης Ἀθ . . . .; neque tamen reliqua tam accurate conveniunt, ut statui possit, haec fragmenta coniungenda esse.

66.

Fragmentum lapidis Pentelici, inventum haud procul ab ecclesia, quae vocatur *Καπνικαρέα*. Edd. Pittakis Eph. 1846 Rangabé 2356. Le Bas 487.

[Ὁ δῆμος ἐχορήγει, ὁ δεῖνα ἦρχε]
[Ἀγωνοθέτης . . .]ας Φιλίνου Λακιάδης
[Ἡ δεῖνα φυλὴ παίδων ἐνίκα] Ἐρεχθηῒς ἀνδρ[ῶν ἐνίκα]
. . . .

Titulum sic dispositum fuisse persuasum habeo. Rangabé vs. 2 supplet *Λακ[ιάδης ἐχορήγει]*, quod falsum esse inde apparet, quod Laciadae sunt tribus Oeneidis, cum choregus Erechtheidis esse debeat. Fuit igitur agonotheta inscriptus. Unde Pittakem errasse patet, cum putaret litteras propter formam tribuendas esse ol. 95—100.

67.

In epistylio lapidis Pentelici, ad septentrionem versus ab ecclesia *Καπνικαρέα*. Edd. Pittakis Eph. 1847. Rangabé 2357.

Ὁ δῆμος ἐχορήγει, [ὁ δεῖνα ἦρχε]
Ἀγωνοθέτης Α. . . . .
[ἡ δεῖνα φυλὴ παί]δων ἐνίκα [Ἡ δεῖνα φυλὴ ἀνδρῶν ἐνίκα]
. . . .

Hoc fragmentum, cum eodem fere loco inventum sit atque cum litterarum forma et dispositio eadem sit, ad eundem titulum pertinere atque n. 66 mihi admodum probabile esse videtur.

68.

Fragmentum epistylii lapidis Pentelici, immissum parieti ecclesiae, quae est occidentem versus a monumento Lysicratis. Edd. Pittakis Eph. 2660. Le Bas 445.

Ὁ δῆμος ἐχορήγει [. . . . ἦρχεν]
[Ἀγωνο]θέτης Φιλι[νος . . . . .]
. . . . κων . . . . . .

Vs. 2 *ΦΙΛΙΙ*, quod etiam *Φίλι[ππος* fuisse potest. Vs. 3 . . . . *κων* num in lapide fuerit valde dubito; videtur [*παίδ*]*ων* legendum esse et titulus similis fuisse superioribus.

69.

Fragmentum epistylii marmoris Pentelici, inventum orientem versus a Propylaeis. Ed. Pittakis Eph. 3379.

. . Ω . Ł . . . ΦΙΛ . .

[Ὁ] δῆμος ἐχο[ρήγει]

. . . . φιλος . . . . . .
. . . . γ]ένης . . . . . .

Hoc fragmentum satis obscurum est; quo spectent litterarum reliquiae vs. 1, non intellego. Vs. 3 et 4 docent tribum non fuisse inscriptam. Titulus videtur similis fuisse ei, quem habemus supra n. 56.

IV. Tituli choregici imperatorum aetatis.

70.

Fragmenta duo epistylii lapidis Pentelici, inventa in ruderibus muri medio aevo exstructi, quem vocabant Σερπεντζέ. Edd. Dittenberger C. I. A. III 68^b (Add. et corr. p. 482). Kaibel Mus. Rhen. XXXIV p. 201.

A. Διονυσόδωρος ἦρχε, Λεξικλῆς μ' ὅτε
νείκης ἄεθλον ἔλαβεν ἠιθέων χορῷι.

B. Ἄρχων Διονυσόδωρος Εὐκάρπου τέχνης
πάσης με κῦδος κωμικῆς τραγικῆς χορῶν
τὸν δειθύραμβον τρίποδα θῆκ' Ἀσκληπιῶι.

In eodem lapide est inscriptio dedicatoria prosa oratione concepta, partim erasa, quae Dittenbergero non multo ante illas exarata esse videtur. Dionysodorus est archon a. 52/53 p. Chr.; cfr. Phlegon Mirab. 7: ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησι Διονυσοδώρου, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Δεκίμου Ἰουνίου Σιλανοῦ Τορκουάτου καὶ Κοΐντου Ἀστερίου Ἀντωνείνου. V. Neubauer, Comment. epigr. p. 135. —

In epigrammate B tripus nominatur δειθύραμβος, quae vox sic usurpata alio loco non legitur. Eam initio ipsius Bacchi cognomen fuisse notum est; hic δειθύραμβος τρίπους videtur

significare „tripodem in certamine chororum dithyrambicorum reportatum“. Tamen chorodidascalus Eucarpus laudatur ob scientiam choricae artis tragicae et comicae; ipse *τρίπους δειθύραμβος* nominatur *κῦδος πάσης κωμικῆς τραγικῆς χορῶν τέχνης Εὐκάρπου.* Neque vero licet inde quod tripes vocatur *δειθύραμβος* et quod didascali *κωμικὴ τραγικὴ τέχνη χορῶν* laudatur concludere, Dionysodorum „comico tragico dithyrambico choro“ vicisse, quod statuit Kaibel.

Cum tripodes dedicati sint Aesculapio, ludi, ad quos spectant epigrammata, videntur acti esse in honorem huius dei.

71.

Basis lapidis Hymettii, inventa in theatro Bacchi. Ed. Dittenberger C. I. A. III 78.

Ἡ Οἰνηῒς φυλὴ διὰ τῶν εὖ ἀγωνισαμέ-
νων χορῶι Διονυσιακῶι τὸν ἄρχον-
τα καὶ ἀγωνοθέτην Διονυσίων Γάϊον
Ἰούλιον Ἀντίοχον Ἐπιφανῆ Φιλόπαπ-
πον Βησαιέα τῆς εἰς ἑαυτὴν εὐεργεσίας
ἕνεκα. ἐδίδασκε Μοιραγένης, ἐχορή-
γει Βούλων, οἱ Μοιραγένους Φυλάσιοι.
ἐπεστάτει Μένανδρος) Φυλάσιος
η]ὔλει Φίλητος Μενίσκου Κολωνῆθεν
ἐχόρευον· Ἀπολλώνιος Ὀῆθεν
Ἀνφεωτίδης Λακκιάδης
Ἀρχικλῆς Λακκιάδης
Εὔνους Ἀχαρνεύς
Ἐράτων) Φυλάσιος
Μητρόδωρος Πρίμου
Φιδίας Ἀφροδισίου
Τέρπνος Γναίου
Εἰσίων Βούλωνος
Φιλοκράτης Σωκράτου
Ἀσκληπιάδης Πανκράτου
Πατρόβιος Ἀλεξάνδρου
Μουσαῖος Βούλωνος
Εὐφρόσυνος Μηνοφάνου

} hi videntur Phylasii esse

Ἀχαρνεῖς
Δημήτριος Μεννέου
Ἑρμίας Ἀπολλωνίου
Ὑ]άκινθος Ζωΐλου
Μουσικὸς Κλέωνος
Μένιππος)
Ἀπολλῶνις)
Στέφανος Εὐπόρου
Πάνφιλος Καρποδώρου
Φαῦστος Γλαυκίου
Ὀῆθεν
Ἀπολλώνιος Ἐπι[κτή]του
Ἐπίκτητος Ἀπολλωνίου
Θριάσιοι
Ἐπιχάρης Ξεν . . .
ἐμελοποίει· Μουσικό[ς

Titulum fere inter annos 90 et 100 post Christum natum exaratum esse videri probabiliter disputavit Dittenberger, cuius conferendae sunt adnotationes. — Tribus Oeneis victoriam adepta in certamine Dionysiorum dedicat statuam archontis, qui idem agonothetae munere functus est. Sumptus fecit Bulo, Moeragenis f. Phylasius, chorum docuit Moeragenes, Bulonis frater; modos fecit (ἐμελοποίει) Musicus, ut videtur idem, qui est in choreutarum catalogo Μουσικὸς Κλέωνος Ἀχαρνεύς. — Laterculus, qui subicitur in lapide satis incommode dispositus est; constat quinque columnis, quarum prima haec est:

ἐπεστάτει
Μένανδρος)
Φυλάσιος
ἐχόρευον
ηὔλει Φίλητος
Μενίσκου Κολωνῆθεν,

in quibus mira est collocatio verbi ἐχόρευον. Nominum ordo alius esse vix potest quam quem dedit Dittenberger. Cur Εὔνους Ἀχαρνεύς segregatus sit a reliquis Acharnensibus, cur is qui primus est choreutarum Ἀπολλώνιος Ὀῆθεν infra repeta-

tur Ὀῆθεν· Ἀπολλώνιος Ἐπικτήτου, non liquet. — Archon Philopappus, tibicen Philetus et choregus Bulo commemorantur etiam C. I. A. III 1020. Ἀρχικλῆς Ἀρχικλέους Λακκιάδης cosmeta est C. I. A. III 1095, quem titulum circa annum 112 exaratum esse Dittenberger demonstravit. Filii Bulonis choregi (qui etiam est in titulis ephebicis 1104 et 1110) videntur esse Isio et Musaeus, qui recensentur inter Phylasios, ut victoria pertinuerit ad quattuor eiusdem familiae homines. — Si, quod est veri simile, omnes choreutae nominati sunt, apparet antiquum numerum quinquagenarium tum non iam observatum esse, atque consentaneum est, in his rebus iam dudum morem mutatum fuisse.

72.

Fragmentum marmoris Pentelici, supra et infra integrum, a dextra et a sinistra mutilum. „Im Vorhof der Burg." Edd. Dittenberger C. I. A. III 79. Kaibel Ep. Gr. 929.

[*Πτολεμαῒς* (?) *ἀνδρ*]*ῶν ἐνεῖκα*
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑– *ἐχορήγε*[*ε*], *φυλαῖς*
[*ἡνίκ' Ἀθηναίων δώδε*]*κα νεῖκος ἔην.*
[*τῷ δ' ἄρα Κεκροπίης ἀρχὸς νέ*]*με πρῶτον ἄεθ*[*λον*
[–⏑⏑–⏑⏑– *ἐκ*] *Βερενεικιδέω*[*ν*
[*νίκησαν Πτολεμαίου* (?) *ἐπ*]*ώνυμοι ἤειδο*[*ν δὲ*
[*ὅσσ' ἐδίδασκε σοφῶς* –⏑ *ὁ*] *Λαοδικεύς.*

Sic Dittenberger; Kaibel, qui eodem fere tempore epigramma edidit, haec tentavit:

Nomen victoris . . *χορηγ*]*ῶν ἐνεῖκα*
Οὗτος ὅτ' . . . . *ἐχ*]*ορήγεε, φυλαῖς*
δὴ τότε Κεκροπιδῶν ἔξο]*χα νεῖκος ἔην*
οἳ τρίποδα κλεινὸν λεύσσεις ἐ]*μὲ πρῶτον ἄεθ*[*λον*
nomen choregi . . . . *τοῦ Β*]*ερενεικίδεω.*
κοῦροι μὲν Πτολεμαίου ἐπ]*ώνυμοι ἤειδο*[*ντο*
ῥυθμοὺς δὲ nomen . . *ἥρμοσ*]*ε Λαοδικεύς.*

In Kaibelii restitutione minus placet, quod nomen choregi, postquam vs. 1 adlatum, vs. 2 pronomine *οὗτος* exceptum est, vs. 5 denuo positum fuisse statuitur. Vs. 3 *ΙΑ;* si Dittenbergeri re-

stitutio huius versus vera est, titulus pertinet ad aetatem duodecim tribuum. Vs. 6 *Πτολεμαίου ἐπώνυμοι* certum puto, cum nullum ex nominibus reliquorum eponymorum tribuum (eodem modo) in versum quadrare videatur. Idem est infra n. 76. Vs. 7 *ΞΛΑ*, quod Kaibelii restitutioni favere videtur.

73.

In monumento choregico lapidis Pentelici, forma triangula; nunc est in museo societatis archaeologicae. Kaibel 927. Dittenberger C. I. A. III 80.

Ὁ δῆμος ἐνίκα
Λούκιος Φλάουιος Φλάμμας
Κυδαθηναιεὺς ἦρχε.
Πάντες χοραγοὶ πᾶς τε φυλέτας χορὸς
ἄγαλμα δήμῳ Κέκροπος ἐστάσαντό με
ἑκούσιοι μεθέντες ἐξ ἀγωνίας,
ὡς μὴ φέροι τις αἶσχος ἀποκισσούμενος.
[ἐγ]ὼ δ' ἑκάστῳ τόσσον εὐκλείας νέμω,
καθ' ὅσσον αὐτῷ ξυνὸς ὢν ὀφείλομαι.

Vs. 1—3 maioribus litteris exarati. Propter litterarum formam, propter scripturam *Λούκιος* (pro *Λεύκιος*), denique propter iota mutum constanter omissum Dittenberger titulum refert ad alterum p. Chr. saeculum; cum eo consentit Kaibel. *Λούκιος Φλάουιος Φλάμμας ἱερεὺς Διὸς βουλαίου καὶ Ἀθηνᾶς βουλαίας* est C. I. A. III 683. De sententia dicit Kaibel: „Victoria dubia fuerat.“ Sed in hoc falsus est. Omnes choregi et choreutae sua sponte constituerant choregum victorem et tribum non eligere (*ἑκούσιοι μεθέντες ἐξ ἀγωνίας*), ne quis, victoriae palma non reportata infamia adficeretur (*ὡς μὴ φέροι τις αἶσχος ἀποκισσούμενος*). Omnes se coniunxerant ad monumentum hoc erigendum, in quo populus victor inscribebatur. De „certamine“ igitur, si accurate loquimur, sermo esse nequit. Vix opus est monere, quantopere abhorreat a moribus Atheniensium quinti et quarti ante Christum saeculi, in eiusmodi certamine victorem non eligere sed „omnes vicisse“ praedicare. — Versuum 8 et 9 sententiam sic indicat Kaibel: „prout quisque ad me ponendum contulit, suam cuique laudis partem tribuo.“

74.

In tabula lapidis Pentelici in quattuor partes fracta. Ab omnibus partibus lapis mutilus est, praeter sinistram, ubi margo servatus est, sed litterae evanuerunt. Exstat in museo societatis archaeologicae. Edd. Dittenberger C. I. A. III 81. Kaibel, Mus. Rhen. 34 p. 201.

. . . . . . ς εὔανδρον μ . . . . .
ἀρχὴν . . . .]ω λαχὼν [ἐπώνυμον
ὁ τῆσ]δε γῆς κήρυκα ν[ίκης ἄνθετο
Ἀδ]ριανὶς δὲ καὶ Λεων[τὶς κἀτταλίς.
Π]ανδιονίς τ' ἄειδον αἰχμ[ητὴν νόμον
ἔσ]τεψε δ' Εὔιος τὸν αὐτο[ῦ δὶς χορόν.
ἄρχων [Δ]ιονυ[σόδωρος?

Vs. 7 maioribus litteris exaratus. Vs. 1 *Εὔανδρον* (*εὔανδρον*) Dittenberger agnovit in litterarum reliquiis. Vss. 2. 3 suppl. Kaibel, vss. 4. 5. 6 Wilamowitz; idem cum vs. 6 *δ' Εὔιος* (Dittenb. *δὲ υἱός*) legendum esse videret et metricam epigrammatis rationem perspiceret, iustam restituendi viam monstravit. Vs. 2 [*κλήρ*]*ω λαχών* Dittenberger. Vs. 3 supplementum *ὁ τῆσ*]*δε* fortasse non verum esse ipse concedit Kaibel. Vs. 6 *δίς* num recte se habeat dubito. Vs. 7: *ΑΡΧ ΩΓ ΙΟΝΥ;* Dittenb. *ἄρχων* [*ἐπώ*]*νυ*[*μος*; melius Kaibel nomen archontis scriptum fuisse statuit. Haud male *Δ*]*ιονυ*[*σόδωρος* supplevit; neque tamen res certa est.

75.

Fragmenta duo, inventa ad Asclepieum. Edd. Dittenberger C. I. A. III 82ª (Add. p. 484). Kaibel, Mus. Rhen. XXXIV, p. 202.

. . . .
3 . . . . θε]οειδέος Ἀ[. . . . οι]ο
στῆσέ μ]ε πᾶς δῆμος [Κ]έκρο[πος ἡμιθέου
ἡδυβόην μὲν Πραξαγ]όρης χορὸν ἡνιόχευ[εν
ἡδὺν δ' αὐλοῖ]σιν ῥυθμὸν ἐπῆγε Τρύ[φων
νίκη δ' ἡνίκ' ἐπῆλθ' εὐάγγελος, ἕσπετο κῦ[δος
οἷσιν ἐπώνυμος ἦν Ἄτ]ταλος ἠδ' Ἀκάμα[ς
. . . . . . Πτολεμάιος Ἀδρι[ανός τε

τῶν δὴ ξυνὸν ἐγὼ τῆι]δε βέβηκα γέρας.
Ὃς δὲ σὺν εὐτεχνίηι τε καὶ] ἀγλαΐηι τόδ' ἔτευξε[ν
nomen artificis ἐρατὰς] οὐκ ἔλαθεν Χάρι[τας.

Vs. 1 διογενής vel Διογένης legit Dittenberger. Vs. 2 *ΠΑΣΠΕ.* Vs. 4 num recte suppleverit Dittenberger στῆσέ με dubito; neque enim totus populus monumentum dedicavit, sed ea pars, ad quam victoria pertinebat (sex tribus; cfr. ad tit. insequ.). Quare putaverim verbum hic scriptum fuisse cuius sensus fuit „certabat" vel sim. Vs. 4 extr. [Κ]εκρο[πίδης τρίποδα] Kaibel. Vs. 5 [ἀνδρῶν μὲν γὰρ Πραξαγ]όρης Dittenberger; idem restituit vs. 6 totum, vs. 7 κῦδος, vs. 8 et 9 nomina, vs. 12 Χάριτας; reliqua supplementa sunt Kaibelii. Vs. 6 Τρύφων fortasse idem, qui in titulo insequenti est praecentor. Vs. 7 Εὐάγγελος Dittenb. Vs. 8 Πτολεμαῖος: hanc nominis mensuram videtur poeta sibi indulsisse (Kaibel). Vs. 10 supplevit Kaibel recordatus verborum tripodis in epigr. n. 73 vs. 8/9.

76.

Lapis trigonus, qui tripodem sustinuisse videtur, ab inferiore parte fractus, inventus in theatro Bacchi. Ed. Dittenberger C. I. A. III 82. Kaibel 928.

Νίκαν μὲν Πτολεμαίου ἐπώνυμοι Ἀτταλίδας τε
λαὸς ἕλεν, φυλᾶς τ' ἔκγονοι Ἀδριανοῦ,
Αἰγεΐδας τε φερεστέφανος, Πανδειονίδαι τε
αἷμα τ' Ἐρεχθειδᾶν, κοῦροι ἐγερσιβόαι.
ῥυθμοῖσιν δ' ἕσποντο πολυπτύκτοις Ἀγαθοκλε[ῦ]ς
. . . . οις αὐλοβόαν Ζώσιμον ὀσσόμενοι.
. . . . ἆρχεν Ἀθανάοις, ἔντυνε δὲ μολπὰν
[χρησάμε]νος ψαλμοῖς ἀμφικρότοισι Τρύφων.
–⏑⏑–⏑ ἄνασσα χοραγία, ἀμφὶ δὲ νίκα
–⏑⏑–⏑⏑– τ' ἀγλαΐα τρίποδος.

Vs. 6 ταρ]σοῖς coniecit Wilamowitz ap. Kaib. Sed vix credi potest eum, qui hoc epigramma confecit dixisse ταρσοῖς ὀσσόμενοι. Vs. 8 suppl. Dittenberger. Vs. 10 Kaibel ἕσπετο οἱ κλειν]ά τ' ἀγλαΐα. Vs. 9 choregi nomen excidisse videtur; suppleri vix aliter poterit nisi ut statuatur, ipsam choregiam

ut personam nominatam fuisse *ἄνασσαν*, quod coniecit Wilamowitz ap. Kaib. —

Chorodidascalus idemque poeta est Agathocles, tibicen Zosimus, praecentor Tryphon (cfr. n. 85/86). — Sex tribus vicisse referuntur; cum totidem nominatae fuisse videantur in titulo antecedenti, non improbabile est, illo tèmpore in sollemnibus nescio quibus binos choros inter se certasse, quorum alter alteram tribuum partem repraesentabat.

77.

In fragmento tabulae marmoris Pentelici ab omnibus lateribus mutilo, invento orientem versus ab Erechtheo. Exstat in Pinacotheca. Ed. Dittenberger C. I. A. III 83.

ƆINEΞH
. . . . *ς ἐχορήγε[ι*
Ἀ]δριανὶς ἀ[νδρῶν ἐνίκα?
Σ]ερτώριο[ς.

Titulus anno 126 recentior.

78.

In Propylaeis. Ed. Dittenberger C. I. A. III 84.

ΝΕΥΣ
Κε]κροπίη
ηὔλεεν δ . . .
κρατ]ερόφρονος κ . .
ὁ δεῖνα ἐχ]ορήγε[ι

Carmen fuisse videtur, sed neque heroicum neque elegiacum, quorum utrique vox *ηὔλεεν* (sequente littera *δ*) apta non est (Dittenberger). Fortasse fuerunt hendecasyllabi; cfr. Kaibel n. 261^b. 811.

B.

Reliquiae catalogi tribuum, choregorum, chorodidascalorum, (histrionum), qui magnis Dionysiis vicerunt.

79.

Fragmenta quinque eiusdem ut videtur monumenti ex compluribus tabulis illius quidem compositi.

a.

Tabula marmoris Pentelici, infra et a dextra parte fracta supra laesa; margo sinister ita comparatus est, ut ab hac parte alteram tabulam coniunctam fuisse intellegas. Reperta est in arce. Edd. Rangabé 1003; Pittakis Ephem. 1839; Le Bas, Attique 502; Keil, Mél. gréco-rom. II p. 79; Leo, Rhein. Mus. XXXIII p. 139; Bergk, Rhein. Mus. XXXIV p. 301 cf. 331. Koehler, Mittheil. des arch. Instit. III (1878) p. 105. C. I. A II 971 a; Dittenberger, Syll. 405.

. . . . *ον κῶμοι ἦσαν τ[ω* . . . . .

[Ξε]νοκλείδης ἐχορήγει
[Μ]άγνης ἐδίδασκεν,
τραγῳδῶν
Περικλῆς Χολαρ(γεὺς)
ἐχορήγει
Αἰσχύλος ἐ[δ]ίδασκε[ν]

Πανδιον[ὶς ἀνδρῶν]
Κλεαίνετ[ος Κυδαθη(ναιεὺς) ἐχο-
κωμῳδ[ῶν] *ρήγει]*
Θα[. . ἐχορήγει]
. . . .

Litteratura Ionica volgaris. Vs. 1 maioribus litteris exaratus. Titulus Koehlero post medium saeculum quartum incisus esse videtur. Quomodo hae tabulae adornatae fuerint intelligitur ex fragmentis sequentibus, imprimis *b*; unde restituit Koehler. Leo, et Bergk, cum haec fragmenta non novissent, falsis ex parte usi sunt supplementis. Demoticum Cleaeneti addidit Dittenberger (v. infra).

Fragmentum *a* si cum fragmentis *b*—*e* comparamus, videmus, in monumento, ad quod hae reliquiae pertinent, victores musicorum quorundam certaminum perscriptos fuisse ita quidem, ut primo loco recenseretur cyclicus puerorum, altero cyclicus

virorum chorus, tertio autem loco mentio fieret comoediae, quarto tragoediae. Notandum est, quod tragicorum chororum et choregi et chorodidascali, cyclicorum choregi tantum nominantur;[1]) cur hic didascalorum nomina omissa sint, nescimus. Has tabulas spectare ad certamina Dionysiorum magnorum etsi non in ipsis (ut nunc sunt) inscriptum, attamen certum est. Ad Lenaea praeter alias causas propterea referri non possunt, quod prorsus est incredibile, priore saeculi quinti parte, ad quod tempus pertinet fragmentum *a*, omnia illa certaminis genera usitata fuisse Lenaeis. Diversa haec certaminum genera re vera eodem ordine habita esse, quo se excipiunt in tabulis, et per se est veri simile et confirmatur quodammodo lege, quae est in Demosthenis oratione Midiana § 10: *καὶ τοῖς ἐν ἄστει Διονυσίοις ἡ πομπὴ καὶ οἱ παῖδες* (*καὶ οἱ ἄνδρες* recte add. Bergk) *καὶ ὁ κῶμος καὶ οἱ κωμῳδοὶ καὶ οἱ τραγῳδοί,* quam bene attulit Bergk.

Sponte patet, priorem columnam fragmenti *a* non primam fuisse totius monumenti, sed alium lapidem hunc attigisse (quod lapide inspecto ita se habere adfirmat Koehler), in quo praeter anni indictionem inscripti fuerunt tribus et choregi, qui illo anno virorum et puerorum choris vicerant, et index *κωμῳδῶν*. Iam quaeritur, quantum omnino perierit a sinistra, h. e. ex quo tempore victores certaminum perscripti fuerint in hoc monumento. Atque ipsum quidem catalogum consentaneum est initium cepisse ab eo tempore, quo certamina musica Diouysiorum aut omnino instituta sunt, aut in eum statum redacta, cuius hae tabulae testes sunt. De institutione vero horum certaminum duo testimonia nobis servata sunt in marmore Pario. In hoc enim l. 58 ep. 43 traditur, ol. 61, 3 (534 a. Chr.) primam tragoediam actam esse Athenis et (l. 61 ep. 46), primos virorum choros certasse ol. 68, 1 (508 a. Chr.). Quae Wilamowitz (Homer. Untersuch p. 248 adn. 13) ita accepit, ut statueret, inde ab anno 534 quotannis Dionysiis magnis tragoedias actas esse, et ante annum 508 choros dithyrambicos Athenis non prodiisse. Sed vereor, ne hac in re verum non viderit. Primum enim mihi consideranti omnia quae de origine atque incrementis tragoediae comperta habemus,

---

[1]) Errore factum est, quod supra p. 91, ubi hunc titulum attuli, etiam didascalos chororum cyclicorum in eo commemoratos esse dictum est.

vix credibile videtur, anno 534 tragoediam ita fuisse excultam, ut ab hoc tempore quotannis tragoedorum certamen Dionysiis fieri posset. Recte sane dicit Wilamowitz, nihil esse, cur illi testimonio tam distincto fidem abrogemus, atque licet verum sit anno 534 primam tragoediam actam esse Athenis. Neque vero hinc sequitur, inde ab hoc anno quotannis tragoedorum certamen fuisse Athenis. Immo statuendum videtur post primae tragoediae commissionem (a. 534) saepius, si occasio ferebat, tragoedias actas, aliquanto vero temporis post annuum certamen tragoedorum institutum esse. Item ex altero illo testimonio Wilamowitzium non recte puto collegisse choros dithyrambicos Athenis ante annum 508 non certasse. Cum enim constet, certamina dithyrambica per totum fere saeculum sextum aliis in urbibus Graeciae floruisse et complures eosque claros dithyramborum poetas Pisistratidarum aetate Athenis versatos esse,[1]) cogitari vix potest, quod statuit Wilamowitz, usque ad annum 508 haec certamina ignota fuisse apud Athenienses. Atque cum sciamus anno 509 post expulsos tyrannos nova in libera republica creata esse instituta, cum in primis ex his fuisse videatur choregia, facile intelligitur chronistam id certamen, quod primum fuit post expulsos tyrannos et choregiam institutam, proclivi errore omnino primum appellasse. Ceterum etiam altera exstat explicatio, quae non prorsus abicienda videtur: Chronista dicit, primos virorum choros prodiisse anno 508; hoc verum esse concedere possumus, si statuimus, dithyrambos, quibus ante illud tempus certabant poetae, semper a pueris cantata, post expulsos vero tyrannos constitutum esse, ut etiam virorum chori in certamen prodirent. Hoc vero quo modo cunque se habet, id mihi quidem fere certum videtur, ante annum 508 Athenis chororum dithyrambicorum certamina fuisse, atque tragoediarum certamen non quotannis habitum esse inde ab anno 534, etsi concedendum est, fieri potuisse, ut et illo anno et saepius postea tragoediae agerentur Athenis. Iam quaeritur, utrum in catalogo, quem tractamus, certaminum illorum ante annum 508 factorum ratio habita esse videatur, necne. Qua de re ut rectius iudicare possimus, nos considerare oportet, qualis fuerit ratio certaminum illorum Pisistratidarum aetate et qualis fuerit post annum 509. Atque

[1]) cf. Reisch l. l. p. 11 sqq.

lyricorum quidem chororum certamina post hoc tempus ita erant instituta, ut quotannis singulae ex decem tribubus ipso illo anno 509 creatis singulos praeberent choregos, qui suae quisque tribus chorum exornarent. Eius tribus, quae vicerat, choregus tripoda praemio datum in monumento ponendum curabat addita tabula, qua victoriae memoria propagabatur. Pisistratidarum vero aetate, qua eiusmodi certamina iam habita esse persuasum habeo, rationem eorum prorsus diversam fuisse a posterioribus certum est, quamquam nullum de his rebus testimonium habemus. Decem tribus tum nondum erant, choregia civium post expulsos demum tyrannos instituta esse videtur, quot chori certaverint, quis victor sit renuntiatus, num uniuscuiusque victoriae memoria inscriptione sit propagata, in dubio relinquitur. Haec omnia si reputamus, fieri vix potest quin nobis dubium videatur, num omnino ii Athenienses, qui hunc catalogum conficiebant, illorum certaminum tam accuratam habuerint cognitionem, ut victores eorum in catalogum recipere possent, atque si eos recipere potuerunt, maxime dubium est, num illorum certaminum a posterioribus omnibus fere partibus diversorum rationem habere voluerint. Videntur hi homines mihi quidem id tantum egisse, ut victores Dionysiorum perscriberent inde a primis liberae reipublicae annis, quibus illorum sollemnium certamina in eum statum redacta sunt, quo postea etiam erant. — Tragoediarum certamen inde ab anno 534 quotannis habitum esse non videri supra expositum est. Quod utrum iam Pisistratidarum aetate annuum sit factum, an post liberatam demum rempublicam, nescimus. Neque enim nego fieri potuisse, ut ante annum 509 illud certamen quotannis haberi inciperetur, sed, si omnino hoc factum est, persuasum habeo id factum esse satis paucis annis ante expulsos tyrannos. Choregia vero tragica, quam cum tribuum sane numero nullam habere necessitudinem supra vidimus (p. 91), civibus imposita videtur aut una cum choregia cyclica anno 509, aut certe non ita multis annis post. Iisdem autem de causis, quibus commotus statui, in catalogo nostro nullam rationem habitam fuisse victorum certaminum dithyrambicorum, quae ante annum 508 facta sunt, statuendum esse videtur, victores tragicorum certaminum ante id tempus factorum, si quae omnino fuerunt, hic non fuisse recensitos. Horum nomina

perscripta fuerunt ab eo anno, quo primum certaverunt chori tragici a civibus choregis exornati. — Adhuc disputatione mea probare conatus sum, in catalogo, cuius reliquias hic tractamus, victores chororum cyclicorum perscriptos fuisse inde ab eo anno, quo primum certaverunt chori cyclici a civibus choregis exornati, h. e. ab anno 508 et victores tragicos item ab eo anno, quo primum chori tragici exornati sunt a civibus choregis, quod factum esse videtur aut eodem anno 508 aut non ita multis annis post. Nunc si interrogamus, quid inde sequatur de ea quaestione, propter quam totam hanc disputationem instituimus, quantum eius monumenti, ad quod pertinent fragmenta *a*—*e*, ante fragmentum *a* perierit, dicendum est, maxime probabile videri, totum catalogum in hoc monumento perscriptum fuisse. Sane per se satis bene potest cogitari, complura fuisse monumenta; sed cum ea certamina, ad quae spectat fragmentum *a*, habita sint circa annos 470/60, atque cum id monumentum, ad quod pertinent fragmenta *a*—*e*, admodum magnum fuisse debeat, parum veri est simile ad perscribendos victores quadraginta fere annorum proprio monumento usos esse eos, qui hunc catalogum confecerunt. Qua re non nisi certis causis coacti statuemus, catalogi et monumenti initium non idem esse. Si vero duo fuerunt monumenta, consentaneum est, novum monumentum non a quolibet anno initium cepisse, sed a tali temporis puncto, quod alicuius sit momenti ad historiam certaminum, quorum in catalogo mentio fit. Atque unum exstat eiusmodi temporis punctum, a quo fortasse novum monumentum incohari potuit, is annus, quo comoedia publice recepta est inter certamina Dionysiaca, quod certe non ita multo ante annum 470 factum esse docet testimonium Aristotelis Poet. V, p. 1449 b 1 *καὶ γὰρ χορὸν κωμῳδῶν ὀψέ ποτε ὁ ἄρχων ἔδωκε.* Ab hoc autem tempore initium cepisse ea, quae in monumento nostro perscripta fuerunt, complures statuerunt viri docti propter primum versum fragmenti *a*, qui primus fuisse videtur totius monumenti et in quo veri simile est indicatum fuisse, a quo anno in hoc monumento victores perscripti fuerint. Cuius hae reliquiae servatae sunt: . . . *ον κῶμοι ἦσαν τ*[*ω* . . ., quarum varia supplementa proposuerunt viri docti. Quorum plurimi (Leo, Bergk, Wilamowitz, Reisch) ita suppleverunt, ut vocem *κῶμος* ad comoediam spectare

statuerent. Wilamowitz (Homer. Unters. p. 248 adn. 13) proponit: *ἐπὶ ..... ἄρχοντος πρῶτ]ον κῶμοι ἦσαν τῷ[ι Διονύσωι,* atque similiter Reisch p. 15 adn. 1 .... *ἀφ' οὗ πρῶτ]ον κῶμοι ἦσαν τῷ[ι ἀγῶνι τῶν Διονυσίων* aut *τῷ[ν ἐν ἄστει Διονυσίων.* Uterque vocem *κῶμος* ita hic usurpatam esse statuit, ut fere significet „commissio comica (comoediarum)", vel *κωμῳδῶν ἀγών.* Sed plane nullum huius usus exstat exemplum. Illam sententiam si in verbis illis inesse voluissent Graeci, non dixissent *κῶμοι ἦσαν,* sed *κωμ(ωιδ)οὶ ἦσαν.* Atque mea quidem sententia omnino non licet ita haec supplere, ut voci *κῶμος* novus et inauditus sensus attribuatur. Si vero neque certum neque admodum probabile est, illam vocem hoc loco ullam necessitudinem habere cum voce *κωμῳδία,* plane nulla est causa, cur omnino novum monumentum conditum esse statuamus. Koehler, cum sumeret, totum catalogum in hoc uno monumento perscriptum fuisse neque intelligeret, cur certaminum tragicorum ante comoediam publice receptam habitorum ratio non habita esset, ita supplevit: *ἀφ' οὗ πρῶτ]ον κῶμοι ἦσαν τῶν τ[ραγωιδῶν καὶ τῶν κωμωιδῶν* .... quae probavit Dittenberger; sed num graece recte dicatur *κῶμοι κωμῳδῶν καὶ τραγῳδῶν* valde est dubium, atque praeterea ille neglexit, tertium certaminis genus commemorari in catalogo, et eodem iure, quo ipse tragoediarum rationem habitam esse debere dicit, postulari, ut cyclicorum chororum, qui ante (tragoediam et) comoediam receptam certaverunt, ratio sit habita. — Videntur tam multa deesse in illo versu, ut cum probabilitate hae reliquiae suppleri nequeant. Optime vero fieri potuisse, ut vox *κῶμος* in suprascriptis alio sensu usurparetur atque illi statuerunt, inde apparet, quod in lege illa Euegori, quam supra attuli, *ὁ κῶμος* ut pars sollemnium Dionysiorum commemoratur praeter comoedorum et tragoedorum certamen: *ὁ κῶμος καὶ οἱ κωμῳδοὶ καὶ οἱ τραγῳδοί.* Nihil igitur nos iuvant reliquiae versus primi in solvenda quaestione, a quo anno victores in hoc monumento perscripti fuisse videantur, atque intacta manent ea, quae supra aliis argumentis nisi de hac quaestione protulimus: Catalogus initium cepisse videtur ab eo anno, quo primum Athenis chori a civibus choregis exornati certaverunt, neque est, cur totum catalogum in hoc uno monumento perscriptum fuisse negemus.

Iam videamus, quae adnotanda esse videantur ad ipsas res in fragmento a commemoratas: In priore huius fragmenti columna trium virorum nomina inveniuntur. qui aliunde nobis satis sunt noti, Magnetis poetae comici. Periclis choregi, Aeschyli poetae tragici. Magnetem Aristoteles tradit multo post Epicharmum fuisse, quem Syracusis sub imperio Hieronis (478/67) etiam vixisse constat; cf. Poet. III 5 *Ἐπίχαρμος πολλῷ πρότερος ὢν Χιωνίδου καὶ Μάγνητος*. Ex aliis vero testimoniis apparere videtur, non ita magnum temporis spatium inter Magnetem et Epicharmum intercessisse. Aristophanis enim ex Equitibus vss. 519 sqq. colligitur, illum ad aetatem satis magnam pervenisse (*ἐπὶ γήρως, οὐ γὰρ ἐφ' ἥβης ἐξεβλήθη, πρεσβύτης ὤν*) eumque tum, cum haec fabula ageretur (ol. 88, 4 = 425/4) non iam in vivis fuisse. Vix igitur errabimus statuentes eum circa annum 495 natum esse. Quod si ita est, recte se habere videtur, quod traditur apud Suidam s. v. *Μάγνης· ἐπιβάλλει δ' Ἐπιχάρμῳ νέος ὢν πρεσβύτῃ*. Eum aequalibus suis maxime placuisse apparet ex verbis Aristophanis Equ. 521: *ὃς πλεῖστα χορῶν τῶν ἀντιπάλων νίκης ἔστησε τροπαῖα*; falsum igitur est, quod Suidas tradit, eum bis vicisse. Plus tribuendum videtur Anonymo de com. (Dübner, Schol. Gr. in Ar. p. XIV, III 24), qui eum undecies vicisse dicit. Idem testatur, novem fabulas, quae postea illius sub nomine circumferebantur, subditicias fuisse.

De aetate, qua ea gesta sunt, quorum memoriam servavit prior columna fragmenti a, ex Magnetis mentione concludere possumus, ea acta esse vix ante annum 470, cum parum videatur veri simile eum ante hoc tempus fabulas docuisse. Atque ne haec referamus ad antiquiorem aetatem, impedit etiam testimonium Aristotelis, qui Poet. V p. 1449 b 1 tradit *καὶ γὰρ χορὸν κωμῳδῶν ὀψέ ποτε ὁ ἄρχων ἔδωκεν*. Paullo accuratiorem temporis definitionem nobis suppeditat Periclis et Aeschyli mentio. Atque primum quidem constat, Periclem Aeschylo chorum exornavisse ante annum 458. Hoc enim anno Aeschylus Orestea in scenam missa postremam victoriam nactus est; tum vero choregus non fuit Pericles, sed Xenocles Aphidnaeus (cf. hypoth. Agam.). Deinde id, quod supra statuimus, haec non acta esse videri ante annum 470, confirmatur Pericles mentione. Hic

enim, cum mortuus sit anno 429 neque ad aetatem admodum magnam pervenisse videatur, natus esse videtur circa annum 490, ut minime sit probabile, eum choregum fuisse ante annum 470. Referenda igitur est choregia eius ad annos, qui sunt inter annum 470 a. Chr. n. et 458. Atque etiam accuratius tempus definire posse sibi visus est Koehler; cum enim Plutarchus Per. 16 narret, Periclem per quadraginta annos publicis rebus interfuisse, ille conicit, hos quadraginta annos computatos esse ex eo anno, quo Pericles illam choregiam praestitit. Hoc Bergk propterea statuere licere negat, quod choregia non pertineat ad vitam publicam. Atque hoc quidem ei concedendum est: choregia non pertinet ad vitam publicam. Neque vero quaeritur, num revera publica Periclis vita inceperit ab hac choregia, sed num fieri potuerit, ut Graeci posteriores publicam eius vitam incoharent ab eo anno, quo eum choregum inscriptum esse viderunt, atque hoc nemo poterit negare. Iam cum constet, Aeschylum ol. 78, 4 (467) vicisse tetralogia Thebana, ad hunc ipsum annum Periclis choregiam referendam esse conicit Koehler. Quam coniecturam nihil est cur improbabilem dicamus; consentaneum enim est, quadraginta illos annos non prorsus accurate esse computatos. Neque vero illud ulla ex parte certum est; quare ad eum in hac disputatione finem pervenimus, ut dicendum esse videatur, certamina illa habita esse intra annos 470 (469) et 458, fortasse anno 467, fortasse alio.

Κλεαίνετος col. II videtur esse pater Cleonis demagogi. Cum nomen nequaquam frequens, aetas, tribus conveniant, iure puto Dittenbergerum illius demoticum (*Κυδαθηναιεύς*) supplevisse.

Fr. b.

Truncus marmoris Pentelici, a quattuor partibus mutilus, a tergo praefractus. Repertus est in arce. Edd. Koehler, Mittheil. III p. 108. Id. C. I. A. II 971^{b}. Dittenberger Syll. 406.

[*κωμωιδῶν*]
. . . . . . *Παι(α)*[*νιεὺς ἐχορήγει*]
. . . . *ος ἐδ*[*ίδασκεν*]
[*τραγω*]*ιδῶν*
[. . . *ω*]*ν Παιανιε*[*ὺς ἐχορήγει*]

[*Με*]*νεκράτης ἐδί*[*δασκεν*]
[*ὑπ*]*οκριτὴς Μυνν*[*ίσκος*]
[*ἐ*]*πὶ Ἀλκαίου* Ol. 89, 3 (422/1).
Ἱπποθωντὶς παίδων
ϱίσταρχος Δεκε(*λεεὺς*) *ἐχορή*(*γει*)
Αἰαντὶς ἀνδρῶν
Δημοσθένης ἐχορήγει
[*κω*]*μωιδ*[*ῶν*]
[. . . . . *ἐχορ*]*ή*[*γει*]

Restituit Koehler. Primi huius fragmenti versus spectant ad annum Aminiae archontis ol. 89, 2 (423/2). Menecrates poeta tragicus aliunde non notus est. Bergk in commentatione, quae post mortem eius inserta est Hermae volumini XVIII p. 487 sqq., inde quod in scholiis Eurip. Androm. 445 legitur *ὁ δὲ Καλλίμαχος ἐπιγραφῆναί φησι τῇ τραγῳδίᾳ Δημοκράτην* conclusit, Euripidem illam fabulam hypodidascalo docendam tradidisse et coniecit, nomen *Δημοκράτης* corruptum esse ex *Μενεκράτης*, atque Menecratem illa Euripidis fabula anno ol. 89, 2 vicisse. Quae coniectura quam debili nitatur fundamento nemo non videt.

Inde quod vs. 7 histrio nominatus est, pro certo colligitur, iam tum etiam histrionum certamen fuisse. Totus enim hic catalogus ita est comparatus, ut omnia nomina tribuum et virorum pertineant ad victores. Supplendum igitur est *ἐνίκα*, neque recte Koehler statuit, Mynniscum in ea tragoedia, quae praemio ornata erat, protagonistae partes egisse; cfr. E. Rohde, Rhein. Mus. XXXVIII p. 269 sqq. Ut poetae ita etiam histriones de praemio inter se certabant, atque iudicium de iis ferebatur nulla ratione habita loci, quem iudices tetralogiis vel tragoediis tribuerent, quas illi agebant; cfr. C. I. A. 972. 973. 975. — Memorabile est, quod e histrionibus comicis victor non nominatur. Unde sequi videtur, certamen histrionum comicorum tum omnino nondum fuisse. Sed videmus ne in fragmento *d* quidem, quod spectat ad priorem saeculi quarti partem, comoedum victorem nominatum esse, atque etiam hoc tempore nondum fuisse certamen histrionum comicorum statui vix posse videtur, praesertim cum annis 355/3 a. Chr. histriones comicos inter se certasse videamus ex didascaliis editis in C. I. A. II 972. Praeterea huius

certaminis vestigium superesse videtur in hypothesi I Pacis Aristophaneae, cuius extrema verba haec sunt: *τὸ δὲ δρᾶμα ὑπεκρίνατο Ἀπολλόδωρος, ἡνίκα ἑρμῆν λοιοκρότης*, in quibus pro *ἡνίκα ἑρμῆν λοιοκρότης* scribendum esse *ἐνίκα Ἕρμων ὁ ὑποκριτής* ingeniosissime coniecit V. Rose, Aristot. pseudepigr. p. 554. Qua in re si verum vidit Rose, quod maxime esse probabile unusquisque concedet, re vera iam quinto saeculo ut tragici ita comici histriones inter se certabant. Atque ego recte puto Rohdium statuere, rem ita se habuisse, sed aliqua de causa, quam ignoramus, illius certaminis victores non receptos esse in catalogum nostrum. —

Histrio tragicus Mynniscus saepius commemoratur apud scriptores Graecos. *Μυννίσκος ὁ Χαλκιδεύς*, quem risit Plato comicus in Syrphace fabula (cfr. Athen. VIII p. 344 d), quin idem sit atque is, qui est in catalogo nostro, dubitari vix potest, cum aetas optime conveniat. Plato enim inde ab ol. 88 (428/25) fabulas docuit. Idem videtur Mynniscus esse, quo Aeschylum posteriore tempore histrione usum esse testatur vitae Aeschyli scriptor (Schöll p. 6). Meineke sane fr. com. II 2 p. 668 suspicatur, Aeschyli actorem fuisse avum eius, qui a Platone apud Athenaeum irridetur. Sed si Aeschylus posteriore tempore eo usus est, ut tradit vitae scriptor, eum etiam anno 422 fabulas egisse non est incredibile. Idem statuerunt Rohde et Dittenberger. In eo vero cum Koehlero et Rohdio facere nequeo, quod putant, Mynniscum Aeschyli aetate secundas vel tertias partes egisse, postea demum protagonistam fuisse. Actores enim secundarum et tertiarum partium tum omnino tam parvam habebant auctoritatem, ut nunquam fere eorum mentio fieret. Si igitur vitae scriptor tradit, Aeschylum Mynnisco histrione usum esse, hoc mea quidem sententia nihil aliud est, nisi eum illo protagonista usum esse.

Praeterea Mynniscus commemoratur ab Aristotele Poet. 26, 4 *ὡς λίαν γὰρ ὑπερβάλλοντα πίθηκον ὁ Μυννίσκος τὸν Καλλιππίδην ἐκάλει.* Nomen eius corruptum in *Μηνίσκος* legitur apud Plut. de gloria Athen. 6, ubi scriptor clarissimos Atheniensium histriones adfert.

Aristarchum choregum eum esse, qui Thuc. VIII 90. 92. 98. Xen. Hell. I 7, 28. II 3, 46 inter principes optimatium, qui

anno 411 imperium populare evertere conabantur, commemoratur, coniecit Koehler. Quae coniectura propterea admodum est incerta, quod nusquam traditur, cui pago ille Aristarchus adscriptus fuerit.

Demosthenem choregum esse imperatorem Atheniensium nobilissimum vidit Koehler; plenum eius nomen exstat C. I. A. II 273 *Δημοσθένης Ἀλκισθένους Ἀφιδναῖος*; optime conveniunt aetas et tribus.

Proximo versu post .... *ἐχορήγει* vs. 14 inscriptum fuisse *Εὔπολις ἐδίδασκε* vidit Bergk, Mus. Rhen. 34 p. 331 not. 1. Cf. hypoth. I Pacis Aristophaneae: *ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου ἐν ἄστει· πρῶτος Εὔπολις Κόλαξι* et Athen. V p. 218 b *πρὸ τῆς ἐπ᾽ Ἀλκαίου διδασκαλίας τῶν Εὐπόλιδος Κολάκων*.

Fr. c.

In fragmento marmoris Pentelici sese legisse narrat Pittakis, qui edidit l'anc. Ath. p. 168 (Rhangabé 971; Le Bas 460), Koehler C. I. A. II 971 c.

De restituendo hoc fragmento plane desperandum est. Tres columnae in lapide fuisse videntur; quas cum non distingueret Pittakis atque permulta ex suo ingenio adderet, natum est apographum eiusmodi, ut nemo ex eo eruere possit, quid in lapide fuerit. Koehler alteram columnam sic fere scriptam fuisse conicit, etsi ipse concedit, nihil in his certum esse:

Μένανδρο[ς ..] ἐχορήγει
Θεόφιλ[ο]ς ἐδίδασκεν
ὑπο[κριτ]ή[ς] Κλέανδρο[ς]
ἐπὶ Θεοδότου Ol. 98, 2 (387/6).
Ἀντιοχὶς παίδων
Εὐηγέτης Παλλ[η]νεὺς [ἐχορήγει]
Αἰγηὶς ἀνδρῶν
Ἰάσων (?) *Κολλυτεὺς ἐχορήγει.*

Cleander histrio commemoratur apud Demosthenem adv. Eubul. 18.

Fr. d.

Fragmentum marmoris Pentelici, a tribus partibus mutilum; repertum est in clivo meridionali arcis. Ed. Koehler, Mitth. III p. 109. C. I. A. II 971 d.

Κεκρο[*πὶς παίδων*]
Διοφαν[. . . *ἐχορήγει*]
Κεκροπὶς [*ἀνδρῶν*]
Ὀνήτωρ [*Μελιτεὺς ἐχορήγει*]
κωμωιδ[*ῶν*]
Διοπείθ[*ης* . . . . *ἐχορήγει*]
Προκλε[*ίδης ἐδίδασκεν*]
τραγωιδ[*ῶν*]

Hoc fragmentum Koehlero videtur referendum esse ad priorem saeculi quarti partem. *Ὀνήτωρ Κηφισοδώρου Μελιτεύς* commemoratur C. I. A. II 555 (ol. 101, 1 = 376/5); alterum Onetorem Philonidis filium Melitensem, illius cognatum, ut videtur novimus ex Demosth. 29, 3 coll. 27, 56 cett. Alterius ex his filius esse videtur *Ὀνήτωρ Ὀνήτορος Μελιτεύς*, qui saepius commemoratur in tabulis navalibus [Boeckh, See-Urk. XIII c 63, XIV c 26 (ol. 113,4)]. Cf. praeterea Isocr. 15, 93 et Harpocr. s. v. *Ὀνήτωρ· Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως· πρὸς τοῦτον ἂν εἶεν γεγραμμένοι Δημοσθένους περὶ τῆς ἐξούλης λόγοι· ὅτι δὲ τῶν χορηγησάντων ἦν, Ἡλιόδωρος περὶ τῶν Ἀθήνησι τριπόδων.*

Fr. e.

Tabula marmoris Pentelici in arce reperta. Ed. Koehler C. I. A. II 971 e.

	[*ἐ*]*πὶ Ἀριστ*[*ο*]*φάνους* Ol. 112, 2
	Οἰν[*ηΐς*] *παίδων* = 331/0.
[*τραγωιδῶν*]	. . . *τος* [*Ἀχα*]*ρν*[*εὺς ἐχορή*(*γει*)]
[. . . . . . *ἐ*]*χορή*(*γει*)	[*Ἱπ*]*ποθωντὶς* . *ἀν*[*δ*]*ρ*[*ῶν*]
[. . . . . *ἐ*]*δίδ*[*ασ*]*κε*	[. . *ος Πειρ*]*αιε*[*ὺς ἐχορή*(*γει*)]
[*ὑποκριτὴς Ἀθηνόδω*]*ρος*	. . . .
[*ἐπὶ* . . . *ο*]*υς*	
[*Αἰγηΐς παίδων*]	
[. . . *Δι*]*ομ*[*εεὺς ἐχορ*]*ή*(*γει*)	
[*Ἱπποθωντὶς*] *ἀνδρῶν*	
[. . . *ἐκ Κοίλ*]*ης ἐχορή*(*γει*)	
[*κωμωιδῶν*]	

Restituit Koehler. Vs. 6 histrionem nominatum fuisse certum est, atque in litterarum reliquiis agnovit Koehler nomen *Ἀθηνό-*

δωρος. Athenodorus histrio tragicus altera parte saeculi quarti magna gloria floruit. Una cum Neoptolemo et Thessalo eum anno 342/1 fabulas egisse videmus ex didascaliis editis C. I. A. II 973. Postea ludis interfuit, quos Alexander in Asia celebravit; cf. Plut. Alex. 29. Athen. XII p. 538 e.

C.

Decreta tribuum et pagorum facta in honorem choregorum.

80.

Athenis, olim ad murum arcis orientalem. Edd. Boeckh, C. I. G. 213. Koehler C. I. A. II 553. Dittenberger Syll. 420.

[Θ] ε ο [ί]

[Ἔδ]οξεν τῆι Πανδιονίδι φυλῆι· Καλλικράτης εἶπε· [ἐπ]αινέσαι Νικίαν Ἐπιγένος Κυδαθηναιᾶ ἀνδραγαθίας ἕνεκα τῆς εἰς τὴν φυλήν, ὅτι εὖ καὶ προθύμως ἐχορήγησεν τοῖς παισὶ καὶ ἐνίκα Διονύσια, καὶ Θαργήλια ἀνδράσιν, καὶ στεφανῶσαι αὐτόν· ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα εἰστήληι λιθίνηι ἐμ Π[αν]δίονος τὸς ἐπιμελητάς. ἀναγράψαι δὲ καὶ εἴ τις ἄλλος νενίκηκεν ἀπ' Εὐκλείδο ἄρχοντος παισὶν ἢ ἀνδράσιν Διονύσια ἢ Θαργήλια ἢ Προμήθια ἢ Ἡφαίστια. ἀναγράφεν δὲ καὶ τὸ λοιπόν, ἐάν τις τούτων τι νικήσηι, τὸς ἐπιμελητάς, ἐφ' ὧν ἂν νικήσηι, ἐν τῆι αὐτῆι στήληι.

Διονύσια		*Θαργήλια*	
ἀνδράσι	*παισί*	*ἀνδράσι*	*παισί*
	Νικίας	*Νικίας*	*Ἀπήμων*
	Ἐπιγένος	*Ἐπιγένος*	*Φειδίππο*
	Κυδαθηνα-	*Κυδαθην-*	*Μυρρινόσιο[ς]*
	ιεύς	*αιεύς*	*Ξενοπείθη[ς]*

Ἀνδοκίδης
Λεωγόρο
Κυδαθηνα-
ιεύς
Εὐριππίδης
Ἀδειμάντο
Μυρρινόσιος

Δήμων
Δημοτέλ-
ος Παιαν-
ιεύς
Χαρμαντί-
δης Χαιρ-
εστράτο
Παιανιεύς
Φιλόμηλ-
ος Φιλιπ-
πίδο Παια-
νιεύς

Ναυσιμάχο
Παιανιεύ[ς]
Κλεομέδων
Κλέωνος
Κυδαθηνα-
ιεύς
Ἀντισθένης
Ἀντιφάτο
Κυθήρριο[ς].

Litterae volgares; ex vss. 9/10 apparet, haec acta esse non multo post Euclidis annum. Vs. 5 recte Dittenberger post *Διονύσια* comma posuit; vicerat Nicias Thargeliis virorum, Dionysiis puerorum choro.

Vs. 7: *εἰστήλῃι*; cfr. *ἐσστήλῃι* Dittenb. Syll. 79, 2, *ἐστήλῃι* C. I. A. IV p. 22, C. I. A. II 45 et alibi.

Ἐμ Πανδίονος: Paus. I 5, 4 commemorat non ipsum quidem sacellum sed statuam certe Pandionis in arce, sine dubio in sacello positam (Boeckh). Decreta tribus Pandionidis lapidibus incisa hoc loco poni solita esse docent decreta eiusdem tribus C. I. A. II 556. 558. 559.

Prometheorum et Hephaestiorum non choregorum, sed gymnasiarchorum victorias intellegendas esse adnotat Boeckh. De gymnasiarchia vide eundem, Staatshaush. I p. 609 sqq. Gymnasiarchi victores similes titulos atque choregi ponere solebant: Cfr. Eph. 2079 al. Dittenberger adnotat decreto illi *ἀναγράφειν δὲ καὶ τὸ λοιπὸν, ἐάν τις τούτων τι νικήσῃ* non obtemperatum esse docere laterculum subiunctum. Putat igitur omnes victorias, quae hic inscriptae leguntur, reportatas esse eo tempore, quod est inter Euclidis annum et eum, quo hoc decretum factum est. Sed sine dubio plerumque satis multi anni praeteribant, priusquam una ex decem tribubus ter Dionysiis, octies Thargeliis vinceret, praesertim, cum Thargeliis non quaeque tribus quoque anno choregum praebuisse videatur (v. p. 86 sqq.). Scriptura ea est, ut decretum anno 380 recentius esse vix possit atque ab Euclidis anno usque ad hoc tempus unam tribum octo

victorias Thargeliis reportavisse admodum improbabile est. Quare decretum ipsum ineunte saeculo quarto factum, ex nominibus subiunctis complura postea secundum hoc decretum adscripta esse puto. Obtemperatum igitur est decreto mea quidem sententia, sed, ut videtur, non diu; nulladum enim victoria virorum choro Dionyiis reportata commemoratur. Contra sententiam meam adferri posse videtur, quod nemodum inscriptus est, qui Prometheis et Hephaestiis vicit. Sane hoc mirum est, tam mirum, ut mihi quidem vix credibile videatur, eandem tribum eodem tempore, quo undecim victorias Dionysiis et Thargeliis reportabat, ne semel quidem Prometheis et Hephaestiis vicisse. Sed in qua lapidis parte has victorias inscriptas esse exspectamus? A dextra et a sinistra spatii nihil superesse videtur. Quare a probabilitate vix abhorret conicere catalogum victorum Prometheorum et Hephaestiorum in inferiore parte lapidis initium cepisse, ita ut spatium interesset ad choregos Dionysiorum et Thargeliorum inscribendos, atque hanc lapidis partem interiisse. Facile fieri potuit, ut is, qui titulum exscripsit, si lapis infra fractus erat, sed ita ut infra nomina servata vacuum spatium superesset, inscriptionis nihil deesse confideret.

De personis victorum pleraque quae opus sunt attulit Boeckh. *Ἀνδοκίδης Λεωγόρο Κυδαθηναιεύς* est orator notissimus. Demoticum eius exstat etiam in vit. X oratt., ubi p. 835 B de victoria eius haec legimus: *καὶ αὐτὸς δὲ ἐχορήγησε κυκλίῳ χορῷ τῇ αὐτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένῃ διθυράμβῳ, καὶ νικήσας ἀνέθηκε τρίποδα ἐφ᾽ ὑψηλοῦ ἄντικρυς τοῦ πωρίνου Σειληνοῦ.* — *Εὐρικκίδης* quidam C. I. A. II 73 auctor decreti est, quod paullo post Euclidem factum esse constat; fortasse idem in nostro titulo intellegendus est. *Δήμων Δημοτέλους Παιανιεύς* est ex familia Demosthenis oratoris, ut *Δήμων Δημομέλους Παιανιεύς* sacerdos Aesculapii C. I. G. 459 (Boeckh).

Χαρμαντίδης: Isocr. 15, 93: *Ὀνήτωρ, Ἀντικλῆς, Φιλωνίδης, Φιλόμηλος, Χαρμαντίδης· τούτους ἅπαντας ἡ πόλις χρυσοῖς στεφάνοις ἐστεφάνωσε ὡς ἄνδρας ἀγαθοὺς ὄντας καὶ πολλὰ τῶν ἰδίων εἰς τὴν πόλιν ἀνηλωκότας*, ubi qui commemoratur Charmantides idem esse videtur atque qui est in nostro titulo, praesertim cum hic et illic una cum Philomelo nominetur. De hoc vide ad n. 17.

Ξενοπείθης: hunc esse eundem, qui commemoratur Dem. 38, 7 et 23 ut patruus Nausimachi et Xenopithis, filiorum Nausicratis, adversus quos habita est illa oratio, probabiliter coniecit Boeckh.

Κλεωμέδων est filius Cleonis demagogi; cfr. Dem. 40, 5, 25 (Boeckh).

Antisthenes est sacerdos Pandionis C. I. G. 128, trierarchus C. I. A. II 804 (p. 234).

Fragmentum alterius exemplaris eiusdem decreti in arce erutum edidit Koehler C. I. A. II 554.

81.

Fragmenta duo marmoris Pentelici, quorum alterum repertum esse dicitur in parte occidentali urbis Athenarum; exstant nunc in museo societatis archaeologicae. Ed. Koehler Hermae V p. 19. C. I. A. II 557.

[Θε]ο[ί]

[. . . . . μ]αχος εἶπεν· ἐπειδὴ καλῶς
[ἐχορ]ήγησεν Σαυρία[ς] Πυθογένου-
[ς Λα]μπτρεὺς καὶ ἐνίκ[η]σεν τῇ Ἐρ-
[εχθη]ΐδι φυλῆι καὶ τὰ[ς ἄ]λλας λῃι-
[τουργ]ίας καλῶς λῃιτου[ργ]εῖ, δεδόχ-
[θαι τ]οῖς φυλέταις, ἐ[παι]νέσαι αὐ-
[τὸν κ]αὶ στεφανῶσαι [θαλλ]οῦ στεφ-
[άνωι κ]αὶ εἶναι αὐτ[ῶι ἀτέλειαν] τ[ῶ]-
[ν λῃιτ]ουργιῶν τ[ῶν ἐγκυκλίων διὰ]
[δύο ἔ]τη· ἀναγράψαι δὲ τὸ ψήφισμα]
[τόδε τ]ο[ὺς ἐπιμελητὰς ἐν στήλῃι]
[λιθίν]ῃ[ι κ. τ. λ.

Litterae volgares; restit. Koehler. Saurias Lamptrensis commemoratur Dem. 59, 45. 47. Vs. 9 sqq. restituit Koehler recordatus loci Demosthenis 20, 8: *ἐνιαυτὸν διαλιπὼν ἕκαστος λειτουργεῖ, ὥστε τὸν ἥμισύν ἐστ' ἀτελὴς τοῦ χρόνου.*

82.

Tabula marmoris in duas partes fracta. Eruta est impensis comitis Bludoff in pago, quem hodierni Trachones vocant; ubi

nunc sit ignoratur. Litteris minusculis ed. Rhusopulos, Bull. dell' instit. 1864 p. 131. Koehler C. I. A. II 579.

[Φιλ]οκτήμων Χρέμητο[ς]
εἶπεν· ἐπειδὴ οἱ χορηγ[οὶ]
οἱ ἐπὶ Χρέμητος ἄρχοντ- Ol. 113,3 (326/5).
ος Δημοκράτης Εὐφιλήτ-
ου καὶ Ἡγησίας Λυσιστρ-
άτου καλῶς καὶ φιλοτίμ-
ως ἐχορήγησαν Αἰξωνεῦ-
σιν ἐπαινέσαι αὐτοὺς κ-
αὶ στεφανῶσαι χρυσῶι σ-
τεφάνωι ἀπὸ πεντακοσίων δραχμῶ-
ν ἑκάτερον φιλοτιμίας
ἕνεκα καὶ ἐπιμελείας τ-
ῆς εἰς τοὺς δημότας· δοῦ-
ναι δὲ αὐτοῖς καὶ εἰς θυ-
[σ]ίαν τὸν δήμαρχον Δωρό-
[θε]ον καὶ τοὺς ταμίας Δ
δραχμὰς ἀπὸ τῆς προσόδ-
ου τῶν δημοτῶν. ἀναγράψ-
αι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα τὸ-
ν δήμαρχον Δωρόθεον εἰ-
ς στήλην [λ]ιθίνην καὶ στ-
ῆσαι εἰς τὸ θέατρον, ὅπω-
ς ἂν εἰδῶσιν οἱ ἀεὶ μέλ(λ)-
οντες χορηγεῖν Αἰξωνε-
ῦσι ὅτι τιμήσει αὐτοὺς
ὁ δῆμος ὁ Αἰξωνέων τοὺς
εἰς ἑαυτοὺς φιλοτιμου-
[μέ]νους.

Decretum pagi Aexonensium factum ol. 113, 3 vel 4.

Vs. 2 *χορηγ[οὶ] οἱ ἐπὶ* legendum esse coniecerat Koehler; quod confirmatur titulo insequenti. Vs. 10 ex titulo insequenti *πεντακοσίων* [ΓΗ] reponendum esse vidit Lolling. Vs. 25 sqq. notandum est, quod ad *τιμήσει* praeter obiectum *τοὺς — φιλοτιμουμένους* pleonastice additum est *αὐτούς*. Vs. 27 offendit numerus pluralis *εἰς ἑαυτούς*, cum praecedat *ὁ δῆμος;* de-

scribentis errori hoc propterea tribui vix potest, quod titulus *στοιχηδόν* est exaratus, ita ut unusquisque versus undeviginti capiat litteras.

Dionysiis rusticis etiam in pagis Atticis comoedias et tragoedias in scenam missas esse constat. Sic Demosthenes 18, 180 Aeschinem *ἐν Κολλυτῷ* Oenomaum egisse narrat. Ex hoc titulo videmus etiam Aexonenses, ut Eleusinios, Piraeenses, alios, habuisse theatrum. Videmus praeterea eos ut in urbe choregos creasse, qui sumptus praeberent ad certamina. In pago Aexonensium bini erant choregi, atque eundem numerum in plerisque pagis, in quibus talia certamina fiebant, obtinuisse veri simile est.

De personis pauca addenda sunt: Auctor decreti, Philoctemo, Chremetis filius, eundem locum tenet in titulo, qui proxime insequitur. Pater eius Chremes sine dubio est archon anni ol. 113, 3, qui commemoratur vs. 3. Philaeus, filius Chremetis, frater Philoctemonis, est auctor decreti Aexonensium C. I. A. II 581 (ol. 115, 1 = 320/19). Videmus Chremetis filios auctoritate plurimum valuisse in pago suo. — Alter choregorum, *Δημοκράτης Εὐφιλήτου Αἰξωνεύς* est in catalogo diaetetarum C. I. A. II 944, eiusdem fere temporis.

83.

Fragmenta duo columnae marmoris Pentelici, inventa in antiquo Aexonensium pago, ubi nunc est vicus „Prinari". Asservantur „in einer kleinen Sammlung im Hofe des Gutes Komninos, früher Luriotis in Trachonis". Ed. Lolling, Mittheil. des arch. Instit. IV (1879) p. 194 sq.

Φιλοκτήμων Χρέμητος εἶπε-
ν· δεδόχθαι τοῖς δημόταις ἐ-
πειδὴ οἱ χορηγοὶ οἱ ἐπὶ Δημ-
ογένους ἄρχο[ν]τος Λεόντιο- Ol. 115, 4 =
ς Δίωνος, Γλαύκων Καλλικρά- 317/6 a. Chr.
τους καλῶς κ[α]ὶ φιλοτίμως ἐ-
χορήγησαν Αἰξωνῆσι, ἐπαιν-
έσαι αὐτοὺς καὶ στεφανῶσα-
[ι χρυ]σῶι στε[φ]άνωι ἀπὸ ΓΗ δρα-
[χμῶν ἑκάτερον αὐτῶν] φιλ[οτ-
[ιμίας ἕνεκα κ. τ. λ.]

Titulum στοιχηδὸν exaratum esse inde apparet, quod in quoque versu viginti duo litterae scriptae sunt. Reliqua praeter demarchi nomen eadem fuerunt atque in titulo antecedenti, qui omnino conferendus est. Glauco, Callicratis filius, est filius aut pater eius, qui commemoratur C. I. A. II 585 *Καλλικράτης Γλαύκωνος Αἰξωνεύς*. Hic titulus pertinet ad annum Theophrasti archontis; sed habemus duos huius nominis archontes, quorum alter munere functus est ol. 110, 1 (340/39), alter ol. 116, 4 (313/12). Atque Koehler quidem titulum refert ad annum ol. 116, 4, quod in eo commemoratur Aristocrates, Aristophanis f., qui est auctor decreti facti in honorem Demetrii Phalerei C. I. A. II 584. Hoc si verum est, choregus ille videtur pater esse huius, etsi ne tum quidem hoc certum est. Sed Lolling recte monuit, Koehleri argumentationem non satis firmam esse, cum nequaquam incredibile sit, Aristocratem anno 340/39 laudatum esse a paganis et aetate provectum auctorem factum esse illius decreti in honorem Demetrii. Quare adhuc res incerta est.

II.

Reliquarum civitatum tituli ad choregiam pertinentes.

84.

Salamis.

„Dans un champ près de l'échelle d'Ambélaki, à cent mètres environ de la mer" in insula Salamine. Ed. P. Monceaux, Bull. de corr. hell. VI (1882) p. 521.

Διόδωρος Ἐξηκεστίδο
νικήσας χορῶι παίδων.
Παιδέας ἐδίδασκε
Τηλεφάνης ηὔλε Μεγαρεύς,
Φιλόμηλος ἦρχε.

Vss. 1 et 2 maioribus litteris exarati; litterarum forma scripturaeque ratio ostendunt titulum priore saeculi quarti parte incisum esse. Lapis ita elaboratus est, ut eum tripoda sustinuisse appareat. — Haec inscriptio quam similis sit inscriptionibus choregicis ipsius Athenarum urbis nemo non intellegit. Videmus etiam Salaminios Dionysia (C. I. A. II 594 *Διονυσίων τῶν ἐν Σαλαμῖνι τραγῳδοῖς*) celebrasse certaminibus cyclicorum chororum, videmus choregos creatos, victoribusque tripodes praemio datos esse, quos inscriptione addita publice dedicabant. — Ex personarum nominibus unum Telephanis nobis notum est. Idem sine dubio est, de quo Plut. de mus. XXI haec tradit: *Τηλεφάνης ὁ Μεγαρικὸς οὕτως ἐπολέμησε τοῖς σύριγξι, ὥστε τοὺς αὐλοποιοὺς οὐδ' ἐπιθεῖναι πώποτε εἴασεν ἐπὶ τοὺς αὐλούς, ἀλλὰ καὶ τοῦ Πυθικοῦ ἀγῶνος μάλιστα διὰ ταυτ' ἀπέστη.* Ex Demosthenis oratione Midiana notus est Telephanes

tibicen, quem tum satis magna gloria floruisse inde apparet, quod Demosthenes, cum sors ita tulisset, ut primus tibicinem eligeret, hunc ipsum elegit; atque in hypoth. II Mid. nominatur *ὁ κάλλιστος τῶν αὐλητῶν*. Hunc quominus eundem esse putemus atque eum qui est in titulo, nihil impedit. Nam optime cogitari potest, eum tum, cum Salamine victoriam reportaret, iuvenem fuisse eumque proximis decenniis gloriam sibi comparasse, quam eum adeptum esse videmus ex Demosthenis oratione. Monceaux tamen putat, apud Demosthenem intellegendum esse Telephanem Samium, cuius sepulcrum commemorat Paus. I 44, 6: *ἰοῦσι δὲ ἐκ Μεγάρων ἐς Κόρινθον ἄλλοι τέ εἰσι τάφοι καὶ αὐλητοῦ Σαμίου Τηλεφάνους· ποιῆσαι δὲ τὸν τάφον Κλεοπάτραν τὴν Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου λέγουσιν*. Sed cum apud Demosthenem patria non addita sit, hoc prorsus incertum est. Atque omnino mirum videtur, quod Pausanias narrat, sepulcrum Telephanis Samii tibicinis fuisse ante portas Megarorum, exstructum sumptibus Cleopatrae, Philippi filiae, cum constet, Telephanem Megarensem, admodum nobilem tibicinem fuisse quarto saeculo. Quare non prorsus improbabile videtur, sepulcrum illud fuisse Telephanis Megarensis atque per errorem Pausaniae eum Samium appellatum esse. Fortasse scriptor eum confundit cum tibicine Samio eiusdem nominis. Epigramma sepulcrale est in Anthol. VII 159:

> *Ὀρφεὺς μὲν κιθάρᾳ πλεῖστον γέρας εἵλετο θνητῶν*
> *Νέστωρ δὲ γλώσσης ἡδυλόγου σοφίῃ*
> *τεκτοσύνῃ δ' ἐπέων πολυΐστωρ θεῖος Ὅμηρος,*
> *Τηλεφάνης δ' αὐλοῖς, οὗ τάφος ἐστὶν ὅδε.*

Cfr. praeterea Athen. VIII p. 351 et Rangabé, Ant. Hell. 1081.

Verborum collocatio vs. 4 similis est ac n. 5: *Κλεισθένης ἐχορήγε Αὐτοκράτος*.

Inde, quod in titulo nostro Salaminii tantum archontis mentio fit, non Attici (nam Philomelus non est inter archontes Atticos quarti saeculi) concludit Monceaux, insulam Salamina tum, cum hic titulus incideretur, non subiectam fuisse Atheniensium imperio. Nam cum in duobus decretis Salaminiorum C. I. A. II 594/5 praeter archontem Salaminium etiam Atticus nominatus sit, in hoc titulo idem futurum fuisse videri, si tum insula sub ditione

Atheniensium fuisset. Atque maxime in promptu esse statuere Salaminios libertatem adeptos esse post finem belli Peloponnesiaci; hoc tamen non licere apparere ex iis, quae Diodorus XIV 32, 4 tradat: *Ἐλευσινίους δὲ καὶ Σαλαμινίους αἰτιασάμενοι (οἱ τριάκοντα) τὰ τῶν φυγάδων φρονεῖν ἅπαντας ἀνεῖλον·* cfr. Plato, Apol. Socr. 20. Cum vero titulus noster primis decenniis saeculi quarti exaratus esse videatur, Salaminios libertatem adeptos esse debere non multo post initium saeculi illius. — Tota haec coniectura quam debili nitatur fundamento facili opera demonstrari potest. Primum enim minime est veri simile Salaminios, cum eos libertatem post ipsum belli Peloponnesiaci finem adeptos non esse constet, eam adeptos esse post expulsos triginta tyrannos. Praeterea, atque id caput est, ex titulo nostro eiusmodi aliquid concludere omnino non licet. Neque enim inde quod in decretis populi Salaminiorum archon Atticus nominari solet, sequitur, choregum tripoda dedicantem in titulo nomen eius addere debuisse, cum titulus hic non sit documentum publicum. Atque ipse Monceaux quam sit improbabilis coniectura sua sensisse videtur; dicit enim „l'île a joui au moins pendant quelques années d'une demi-indépendance", quod nihili est, item ut ea, quae infra profert „le voisinage d'Athènes les empêcha sans doute de se révolter ouvertement. Mais ils affichèrent leurs prétentions en effaçant de leurs décrets les noms des magistrats Athéniens."

85/86. Orchomenus.

85.

Orchomeni; lapis exteriori monasterii muro insertus est. Post alios edd. Osann, Syll. p. 197. Boeckh C. I. G. 1579. Le Bas III 617. Larfeld, Syll. inscr. Boeot. n. 24. Meister, Boeot. Inschr. n. 477 (9).

Μύριχος Πολυχράτιος, Ἱαρώνυμος Διογίτονος
ἄνδρεσσι χοραγείσαντες νικάσαντες Διωνύσοι
ἀνέθειχαν, Τίμωνος ἄρχοντος, αὐλίοντος Κλεινίαο
ἀΐδοντος Ἀλκισθένιος.

Larfeld (ad Syll. 25) hunc titulum et insequentem c. a. 175 a. Chr. exaratos esse iudicat.

Videmus, Orchomeni binos choregos singulos choros exornasse. Chori magister non nominatur, sed praeter tibicinem commemoratur „praecentor"; sic enim eum intellegendnm esse puto, ad quem spectant verba postrema *αἴδοντος τοῦ δεῖνος*. Cfr. n. 76, ubi Trypho est praecentor. Eundem docuisse chorum carmen canendum non improbabile est, cum statui vix possit, magistrum omissum esse in titulo, si omnino fuit praeter tibicinem et praecentorem. Hic tamen inferiorem locum tenuisse videtur quam tibicen. — Inde quod dedicatio fit Baccho, apparet certamina illa in sollemnibus Bacchi habita esse. Atque unum novimus Orchomeni festum Bacchi, Agrionia, de quibus Plut. Quaest. Gr. 38 haec tradit: *τὰς Μινύου θυγατέρας φασί, Λευκίππην καὶ Ἀρσινόην καὶ Ἀλκαθόην μανείσας ἀνθρωπίνων ἐπιθυμῆσαι κρεῶν καὶ διαλαχεῖν περὶ τῶν τέκνων. Λευκίππης λαχούσης παρασχεῖν Ἵππασον τὸν υἱὸν διασπάσασθαι· κληθῆναι οὖν τοὺς μὲν ἄνδρας αὐτῶν δυσειματοῦντας ὑπὸ λύπης καὶ πένθους Ψολόεις, αὐτὰς δὲ Ὀλείας, οἷον ὀλοάς. καὶ μέχρι νῦν Ὀρχομένιοι τὰς ἀπὸ τοῦ γένους οὕτω καλοῦσι. καὶ γίνεται παρ᾽ ἐνιαυτὸν ἐν τοῖς Ἀγριωνίοις φυγὴ καὶ δίωξις αὐτῶν ὑπὸ τοῦ ἱερέως τοῦ Διονύσου ξίφος ἔχοντος· ἔξεστι δὲ τὴν καταληφθεῖσαν ἀνελεῖν.* In his Agrioniis etiam dithyrambos in honorem Bacchi cantatos esse et ad ea pertinere hos titulos probabile est.

86.

Marmor Elginianum; post alios edd. Osann, Syll. p. 196. Boeckh C. I. G. 1580. Newton, Gr. inscr. in the Brit. Mus. II CLIX. Larfeld n. 25. Meister n. 478.

Ἀλεύας Νίκωνος, Καφισόδωρος Ἀγλαοφαΐδαο, ἄνδρεσσι χοραγίοντες νικάσαντες Διωνύσοι ἀνεθέταν Ἀθανίαο ἄρχοντος, αὐλίοντος Κλεινίαο, ἀΐδοντος Κράτωνος.

Titulum esse Orchomenium animadvertit Boeckh. Et litterarum forma et tibicinis nomen docent, eum non multum temporis distare ab antecedenti. Nomen *Ἀλεύας* invenitur etiam in titulo Orchomenio C. I. G. 1564. Quod Boeckh conicit, Cratonem praecentorem eundem esse atque Cratonem rhapsodum

qui est C. I. G. 1583, mihi admodum incertum esse videtur. Nam et hoc nomen satis frequens est in Boeotia et per se nequaquam veri simile est, rhapsodum eundem fuisse dithyrambi cantorem. — *Κλεινίας Ποσειδωνίου Μακεδών* tibicen, qui est infra n. 106, fortasse idem est atque is, qui in his duobus titulis commemoratur. Nam per litterarum formam licet titulum illum Milesium eidem fere aetati tribuere atque hos Orchomenios, neque dici potest, improbabile esse eundem tibicinem Orchomeni et Mileti ludis interfuisse, cum constet artifices Dionysiacos, qui vocabantur *οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται οἱ ἐπ' Ἰωνίας καὶ Ἑλλησπόντου,* etiam in Boeotiam ad ludos profectos esse; cfr. C. I. G. 3067.

87—99. Delos.

Tredecim infra propositi sunt tituli Deliaci ad choregiam pertinentes; ex his duodecim continent choregorum et artificum catalogos, de quibus paullo uberius hic disputandum videtur:

In omnibus his catalogis annus indicatus est aut fuit praescripto nomine archontis. Archontum Deliorum tempora imprimis Homollii opera satis accurate definita sunt, qui in hac re usus est monumentis ex parte adhuc ineditis. Titulis 87—96 (praeter 95, in quo archontis nomen neque exstat neque restitui potest) annos adscripsit editor Hauvette-Besnault, titulorum 97 et 98 annos definivit P. Paris in adnotationibus, quibus instruxit titulum 98. Antiquissimus horum catalogorum spectat ad annum 286, recentissimus ad annum 172 a. Chr. Per totum hoc tempus videmus Deli duo sollemnia quotannis celebrata esse certaminibus musicis, ad quae choregi sumptus praebere debebant, Apollonia et Dionysia. Apollonia iam nota erant ex decretis Deliacis (cfr. Bulletin de corr. hell. II p. 331, IV p. 328. 351), ex quibus etiam comperiebamus, puerorum choros his sollemnibus certasse. Dionysiorum vero prima in his titulis est memoria. In omnibus his catalogis praemisso nomine archontis et formula *ὑγίεια καὶ εὐετηρία ἐγένετο*[1]) primo loco enume-

[1]) Ex hac formula concludi posse videtur, certamina Apolloniorum et Dionysiorum omnino non, aut minore splendore celebrata esse, si incolae insulae morbis vel aliis calamitatibus premebantur.

rantur choregi Apolloniorum. In titulis 87—93 chororum genus non indicatur, quod necessarium non erat, cum nulli nisi puerorum chori certarent, in reliquis additur *παίδων*. Memorabile est, quod semper hic verbum *χορηγεῖν* cum genetivo coniunctum est, cum alibi hoc sensu cum dativo construatur. Videtur hoc ita explicandum esse, ut statuatur, eos qui hos catalogos inscribebant, ad genetivos *παίδων, κωμῳδῶν, τραγῳδῶν* ex verbo initio catalogi posito *ἐχορήγησαν* mente supplevisse substantivum *χορηγοί*. — Apolloniorum choregi semper sunt quaterni cives, atque inde quod in n. 96 et 98 duo ex his vicisse dicuntur, colligitur, a quaternis illis civibus binos choros exornatos esse, qui inter se certarent. Civium nominibus semper in his titulis patrum nomina addita sunt, metoeci saepe sine nomine patris adferuntur, semel additur patria (91, 12), semel vitae genus (93, 13 *παντοπώλης*). Inde quod inter puerorum choregos nusquam sunt metoeci, iure conclusisse videtur Hauvette-Besnault, etiam ipsos pueros omnes civium filios esse debuisse.

Dionysiis non modo chori cyclici puerorum certabant, sed etiam comoedi et tragoedi. In ea parte catalogorum, quae ad haec sollemnia spectat, primum locum semper tenent choregi puerorum; altero loco inscribi solent comoedorum, tertio tragoedorum choregi. In uno titulo n. 90 hi ante illos inscripti sunt, atque in n. 98 tragoedorum choregi omnino desunt. — Puerorum choregiam Dionysiis ut Apolloniis ita fuisse institutam, ut ex quaternis civibus, qui in omnibus his catalogis inscripti sunt aut fuerunt, bini coniuncti singulos exornarent choros, inde apparet, quod in n. 98 duo vicisse referuntur. — Comoedorum choregi quaterni cives et bini metoeci inscripti sunt, quos onera huius liturgiae ita inter se distribuisse, ut bini cives singulique metoeci coniuncti singulas fabulas exornarent, inde concludi potest, quod saepius (in n. 87. 89. 96. 98) hi choregi eo ordine enumerantur, ut binis civibus singuli metoeci addantur, et quod in n. 98 duo cives et unus metoecus, quorum nomina antea eodem ordine adlata sunt, victores sunt inscripti. In titulis n. 88. 90. 91. 92. 93 primo loco quaterni deinceps cives, deinde bini metoeci nominantur; in n. 94 ordo ita fuit institutus, ut primo loco quattuor cives comoedorum, deinde quattuor cives tragoedorum choregi, tum duo metoeci comoedorum, denique duo

metoeci tragoedorum choregi inscriberentur. Omnino de choregis tragoedorum plane eadem valent atque de comoedorum choregis. Notandum est, quod in n. 89 tres tantum cives, nemo metoecus, in n. 92 praeter duos metoecos tres cives inscripti sunt, et quod in n. 98 tragoedorum choregi omnino desunt. — Inde quod 88, 15, postquam tragoedorum choregi enumerati sunt, additum est *ἠλευθερώθη Ἄρτεμις Εὐθύμου*, iure conclusit Hauvette-Besnault, Deli manumissiones servorum pronuntiatas esse in theatro inter certamen tragoedorum. — In titulo n. 91 eodem loco (vs. 17) adnotatum est „*καὶ τῶν ἱματίων τοὺς μισθοὺς οὐκ ἀπέδοντο τῶν εἰς τὰ Διονύσια*", unde apparet, choregos vestimenta histrionum (et choreutarum) suis sumptibus conducere debuisse. Artificum societates suos habebant *ἱματιομίσθας*, quorum nomina in catalogis Soteriorum (Wescher-Foucart, Inscr. de Delphes 3—6) in fine addita videmus.

Consentaneum est, lege constitutum fuisse, ut cives (et metoeci) Delii postquam choregiam praestiterunt, per certum quoddam tempus immunes essent huius liturgiae neque statim proximo anno denuo choregiam suscipere cogerentur. Quamdiu autem immunes fuerint, cum probabilitate investigari potest, si quaerimus, post quantum temporis intervallum iidem choregi denuo in titulis inveniantur. Atque undecim cives in titulis n. 87—93 bis sunt inscripti:

Ἀγλωγένης Ὀστάκου	*τραγ. χορ.*	88, 13	a. 284.
	παίδ. χορ. (Διον.)	89, 7	a. 282.
Ἀμφιθάλης Φιλωνύμου	*τραγ. χορ.*	88, 12	a. 284.
	κωμ. χορ.	91, 10	a. 270.
Ἀνδρόλας Σάττου	*παίδ. χορ. (Διον.)*	87, 8	a. 286.
	κωμ. χορ.	88, 8	a. 284.
Δεινομένης Λεωφάντου	*παίδ. χορ. (Διον.)*	92, 12	a. 267.
	τραγ. χορ.	93, 11	a. 265.
Ἐργοτέλης Θεοφάνους	*παίδ. χορ. (Διον.)*	88, 7	a. 284.
	τραγ. χορ.	89, 13	a. 282.
Θεώρυλος Διακτορίδου	*παίδ. χορ. (Διον.)*	87, 7	a. 286.
	κωμ. χορ.	88, 10	a. 284.
Κράτων Μνησιάδου	*τραγ. χορ.*	88, 13	a. 284.
	κωμ. χορ.	89, 10	a. 282.
Νεοκροντίδης Βλεπύρου	*τραγ. χορ.*	88, 12	a. 284.
	παίδ. χορ. (Διον.)	89, 6	a. 282.

Πάχης Ἀναξιθέμιος	παίδ. χορ. (Ἀπ.)	91, 4	a. 270.
	παίδ. χορ. (Διον.)	92, 11	a. 267.
Στησίλεως Διοδότου	παίδ. χορ. (Ἀπ.)	87, 4	a. 286.
	τραγ. χορ.	89, 12	a. 282.
Στησίλεως Σκύμνου	παίδ. χορ. (Ἀπ.)	88, 4	a. 284.
	κωμ. χορ.	89, 8	a. 282.

Videmus, octo ex undecim his civibus uno anno interiecto denuo choregiam praestitisse, neminem duobus deinceps annis choregum fuisse. Unde pro certo sequitur, cives Delios proximo anno postquam choregiam praestiterunt, huius liturgiae immunes fuisse. Tertio vero anno, si rem familiarem satis magnam habebant, denuo cogi poterant hoc munus suscipere. Metoeci duorum annorum immunitatem habuisse videntur; duo enim metoeci, qui bis in his titulis commemorantur, alteram choregiam praestiterunt quarto anno post priorem:

Ἀντιγένης	χορ. κωμ.	88, 11	a. 284.
	χορ. τραγ.	90, 12	a. 281.
Δήλικος Δριμάκου	χορ. τραγ.	88, 14	a. 284.
	χορ. κωμ.	90, 16	a. 281.

Hoc sane propter parvum exemplorum numerum minus certum est. — Praeterea exempla adlata docent, semper fere alteram choregiam genere diversam fuisse a priore: qui choregus fuit puerorum, postea choregiam praestat tragoedorum vel comoedorum, cett.

Choregorum catalogum in titulis nostris plerumque sequitur catalogus artificum Dionysiacorum, qui certaminibus interfuerunt. Huic praescripta sunt verba: *καὶ οἵδε ἀπεδείξαντο τῷ θεῷ*, pro quibus tempore posteriore (primum exemplum exstat in titulo n. 96 a. 203 a. Chr.) scribi solet *καὶ οἵδε τῷ θεῷ ἠγωνίσαντο*. *Ὁ θεός* in his nemo potest esse nisi Bacchus; eorum artificum, qui Apolloniis certabant (tibicinum et chorodidascalorum), ratio habita non videtur.

In disponendis his catalogis et in addendis vel omittendis nominibus patris patriaeque certae leges omnino, ut videtur, non sunt observatae. Numerus artificum in singulis catalogis admodum diversus est; in n. 96 unus comoedus unusque citharista

inscriptus est, quorum sane ille ter, hic bis prodiit. Omnino commemorantur haec artificum genera:

τραγῳδοί,
κωμῳδοί,
κωμῳδοποιοί,
αὐληταί,
κιθαρισταί,
ψάλτης,
κιθαρῳδοί,
ῥαψῳδοί,
θαυματοποιοί,
ὀρχησταί.

Tragoedi, comoedi, tibicines semper fere inscripti sunt, poetae comoediarum (κωμῳδοποιοί) duo commemorantur: 93, 19 Nicomachus Atheniensis et 94, 26 Chrysippus. Ψάλται et ῥαψῳδοί praeter titulum n. 87 non inveniuntur; θαυματοποιούς,[1]) in quibus saepe fuerunt mulieres, magis magisque in gratiam venisse apud Graecos inde apparet, quod in recentissimo huius generis titulo (98) plurimi enumerantur, qui omnes fere artem suam plus semel illis ludis ostendere debuerant. Saltatorum certamina posteriore tempore Deli ludis addita esse videntur; ὀρχησταί enim non sunt nisi in titulo 98.

Cum catalogis choregorum et artificum in titulis n. 91—98 coniuncti sunt indices vasorum argenteorum quae cuiusque anni archontes successoribus tradebant. Haec vasa pertinere videntur ad thesaurum templi cuiusdam, qui ab archontibus administrabatur. Cum hi indices nullam in se necessitudinem habeant cum choregorum artificumque catalogis, eos hic non repetendos esse duxi. In verbis, quae iis praescripta sunt, archon de se dicit παρέδωκα (τῷ μετ' ἐμαυτὸν ἄρχοντι), unde concludi potest, ipsos archontes ut vasorum ita quoque choregorum artificumque catalogos perscribendos curasse. Ad restituendos choregorum catalogos illi indices propterea alicuius momenti esse possunt, quod initio eorum eius archontis nomen inscriptum est, qui succedebat ei, cuius anno illi choregi erant; cfr. n. 93. 94.

[1]) Quam perversa sit sententia Hauvettii, qui ὀλυματοποιός legit novumque vocabulum deprehendisse sibi visus est, dudum est animadversum neque hic est cur moneam.

[illegible] [illegible] ... quibus adhuc [illegible] ... [illegible] ... [illegible] ... [illegible] ... [illegible] ... [illegible] ... [illegible] ... [illegible] a. Ch.

87.

[illegible] ... [illegible] ... [illegible] ... [illegible] ... [illegible] 93 ... [illegible] ... [illegible] ... [illegible] p. 134 a. L

268 a. Chr.

Ἐπὶ Ἀριστοκράτου ἄρχοντος ἐγένετο καὶ
σωτήρια ἐλειτο
οἵδε ἐχορήγησαν εἰς Ἀπολλώνια·
Στησίλεως Διοδότου, Θεόφραστος Θεογνήτου.
Ἀρίσταρχος Ἑρμίου, Αἰσχύλος Φιλίππου·
εἰς Διονύσια· παίδων· . . . φάνης Ἐλπίνου
Θεόφιλος Διακτορίδου, Ἀπατούριος Λάμπωνος,
Ἀνδρόλας Σάττου· κωμῳδῶν· Ἐπιγένης Ἀριστοξένου.
Φανόδικος Ο . ἰου, ἐγ μετοίκων Κόνων·
Χαρικλείδης Ἀγαθάρχου, Χαρικλείδης Ἀριστάρχου,
ἐγ μετοίκων Πόρος· τραγῳδῶν·
Καλλίας Ἀντιπάτ[ρου], Θεοφάνης Θεοφάνους,
ἐγ μετοίκων . . . . . ος·
Εὔθυμος Ἐρασίππου, Ἑρμοκράτης Διοφάντου,
ἐγ μετοίκων Ἀρτεμίδωρος.
Οἵδε ἐπεδείξαντο τῶι θεῶι ἐπὶ Ἀριστοκρίτου ἄρχοντος·
τραγῳδοί· Θεόδωρος Μεγαρεύς,
Φιλοκλείδης Χαλκιδεύς·
κωμῳδοί· Τελέστης Ἀθηναῖος,
Σωσίων δίς, Λεξίλαος,
Διόδωρος Ἀθηναῖος, Διόδωρος Σινωπεύς·
αὐληταί· Καφισίας Θηβαῖος,
κιθαρῳδοί· Μένων Ἀθηναῖος,
Ξενοκράτης Ἀμβρακιώτης, Φιλόδαμος·
[ψ]άλτης· Διομήδης Μηθυμναῖος·
κιθαριστής· Ἐπικράτης Ἀργεῖος, Ἑλληνοκράτης·
ῥαψῳδοί· Ἀρχέλας Θετταλός,
Γλαῦκος Ἀθηναῖος.

Theodorus Megarensis tragoedus (vs. 17) etiam ludis anni 284 interfuit, atque idem videtur Theodorus tragoedus, cuius nomen patriae nota non addita inscriptum est 91, 22 et 93, 20. — Telestes Atheniensis comoedus (vs. 19) commemoratur in Soteriorum catalogo (Wescher-Foucart, Inscr. de Delphes 5, 58): *Τελέστης Θεοκλείδου Ἀθηναῖος*, quod Reisch l. l. p. 96 praeter alia attulit, ut comprobaret illos Soteriorum catalogos medio saeculo tertio recentiores esse non posse; cf. infra ad n. 94 p. 201. — Diodorus Sinopensis comoedus (vs. 21) etiam anno 282 ludis Dionysiorum Deliacorum interfuit; cf. 89, 19. — Caphisiam Thebanum tibicinem (vs. 22) eundem esse atque eum, qui commemoratur Plut. Pyrrh. 8, probabiliter coniecit Hauvette-Besnault.

88.

Ed. Hauvette-Besnault l. l. p. 105 n. II.

284 a. Chr.

Ἐπὶ Κλεοστράτου ἄρχοντος οἵδε ἐχορήγησαν·
εἰς Ἀπολλώνια·
Πλεισταίνετος Τελέσωνος, Δίδυμος Ἀντιγόνου,
Στησίλεως (Σ)κύμνου, Ἀπήμαντος Ἡροδίκου·
εἰς Διονύσια· παίδων· Καλλίδικος Διοδότου
Ὀρτυγένης Τυχάνδρου, ...
Ἐργοτέλης Θεοφάνους·
κωμωιδῶν· Ἀνδρόλας Σάττου,
Πύρραιθος Νησιώτου,
Θεώρυλος Διακτορίδου, Ἀριστείδης Χαρίλα,
ἐγ μετοίκων· Ἀντιγένη(ς), Δίσκος·
τραγωιδῶν· Ἀμφιθάλης Φιλωνύμου, Νεοκροντίδης Βλε-
Κράτων Μνησιάδου, Ἀγλω(γ)έ(νη)ς Ὀ(σ)τάκου,   πύρου,
ἐγ μετοίκων· Δήλικος Δριμάχου, Δωρίων·
Ἠλευθερώθη Ἄρτεμις Εὐθύμου.
Οἵδε ἐπεδείξαντο τῶι θεῶι· Αὐλητής·
Ξενόφαντος Θη[β]αῖος·
κωμωιδοί· Φαῖδρος Ἀθηναῖος, Κηφίσιος Ἱστιαιεύς·
κιθαριστής· Ἶρις Χαλκηδόνιος· τραγωιδοί·
Θεύδωρος Μεγαρεύς, Θε . . . τωνος Πάριος,
Νικόστρατος Κασσανδρεύς.

Vs. 13 *Ἀγλωνέας? Οἰτάκου?* Hauv., quod emendavi; nomen recte scriptum exstat 89, 7. — Cephisius comoedus (vs. 18) redit infra 90, 21: *Κηφίσιος Ἑστιαεύς*. — Vs. 20 conicerem scriptum fuisse *Θε[μίσ]των* (*Θεμίστων τραγῳδός* 89, 20), nisi obstarent litterae *ος*. Fortasse supplendum est *Θέ[ων Ἴ]τωνος Πάριος*.

89.

Ed. Hauvette Besnault l. l. p. 106 n. III.

282 a. Chr.

Ἐπ᾿ ἄρχοντος Χάρμου οἵδε ἐχορήγησαν·
εἰς Ἀπολλώνια· ΔΩΝΔΗΜ . . . . . .
Πύρραιθος Φιλαίθου,
Ἱερόμβροτος Εὐδήμου·
εἰς Διονύσια· παίδων·
Διοκλῆς Ἀρισταγόρου, Νεοκροντίδης Βλεπύρου,
Διόδοτος Φάν[ιο]ς, Ἀγλωγένης Ὀστάκου·
κωμωιδῶν· Ἀντικράτης Ἀλεξικλέος, Στησίλεως
Σκύμνου, ἐγ μετοίκων· Δημήτριος Κλέωνος·
Ἀπελλᾶς Σίμου, Κράτων Μνησιάδου,
ἐγ μετοίκων·
τραγωιδῶν· Στησίλεως Διοδότου,
Ἐργοτέλης Θεοφάνους,
Ξενόχαρις . Λ . . τέλους.
Οἵδε ἐπεδείξαντο τῶι θεῶι· αὐληταί·
Τιμόστρατος Κυζικηνός, Διο . . . .
κωμωιδοί· Τέλεσις Πάριος,
Ἱερώνυμος, Πολυκλῆς, Μενεκλῆς,
Σιμίας Ἀθηναῖος, Διόδωρος Σινωπεύς·
τραγωιδοί· Θεμίστων . σα . . . . . .
Διονύσιος, Ἀρίσταρχος, Ἡγήσιππος·
κιθαριστής· Λύσανδρος, Δρ . . . . . .
Αὐτόνομος ΣΟ . . ΑΙ . . . . . .
Φιλήμων, Νικόστρατος, Ἀμεινίας.

Vs. 2 post *Ἀπολλώνια* nonnullarum litterarum spatium vacuum relictum esse adnotat Hauvette-Besnault. Idem cum scribit (*παί*)*δων Δημ* . ., statuit, litteras *παι* errore omissas esse a lapicida, et primi choregi nomen a litteris *Δημ* incipere. Neque

vero probabile est, lapicidam illas litteras ita omisisse, ut spatium earum vacuum relinqueret, atque omnino vocem *παίδων* hic non inscriptam fuisse inde videtur concludi posse, quod neque in titulis n. 87, 88, neque in n. 90, 91, 92 additum est *παίδων*, quod necessarium non erat, quia nulli nisi puerorum chori certabant Apolloniis. Primum illud additum invenimus in n. 94 (a. 261 a. Chr.), atque inde ab hoc tempore semper id inscriptum esse videtur. Hic vero mea sententia non supplendum est (*παί*)-*δων,* sed statuendum post vocem *Ἀπολλώνια* parvo spatio vacuo interiecto statim scripta fuisse nomina choregorum. Sane tum litterae *ΔΩΝΔΗΜ,* quas editor agnovisse sibi visus est, sic in lapide esse nequeunt, atque ne sic quidem spatium sufficere videtur duobus nominibus, quae in hoc versu inscripta fuisse debent, si hic, ut in omnibus reliquis catalogis, quattuor choregi nominati erant. Sed cum infra tres tantum tragoedorum choregi inscripti sint, Apolloniis quoque choregorum numerum illo anno minorem fuisse non est incredibile. — Vs. 11 post *μετοίκων* vacuum spatium est; eius igitur metoeci, qui illo anno una cum Apella et Cratone choregiam praestitit, aut praestare debuit, nomen in titulo nescio qua de causa non est inscriptum.

Timostratus tibicen (vs. 16) invenitur etiam n. 90, 22, itemque Simias Atheniensis tibicen (vs. 19) 90, 20. — Vs. 23 post *Αὐτόνομος* vacuum spatium relictum et tum nomen erasum esse adnotat Hauvette-Besnault. Sed in eo, quod nomen hic scriptum fuisse putat, errat. Etsi enim singularis numerus *κιθαριστής* non impedit, quominus plures citharistas nominatos fuisse statuamus (cf. 87, 26. 90, 23), septem citharistas inscriptos fuisse incredibile est, neque intelligitur, cur post *Αὐτόνομος* spatium vacuum relictum sit, si nomina sequentia item sunt citharistarum. Quare mihi quidem dubium non videtur, quin illo loco novum artificum genus indicatum fuerit ut *κιθαρῳδοί* vel *ῥαψῳδοί;* sane cum hac re conciliari vix possunt litterae *ΣΟ . . ΑΙ,* quas editor agnovisse sibi visus est.

90.

Ed. Hauvette-Besnault, l. l. p. 108 n. IV.

280 a. Chr.

Ἐπὶ Ὑψοκλέους ἄρχοντος ὑγίεια καὶ
εὐετηρία ἐγένετο
καὶ οἵδε ἐχορήγησαν· εἰς Ἀπολλώνια·

Ὑψικλῆς Ἰατροκλέος, Ἡρόστρατος
Κ . . ΙΘΟΥ, Πιστόξενος Φωκαέως,
Χαρίλας Ἀντιγόνου·
εἰς Διονύσια· παίδων· Θεόφραστος Εἰδοκρίτου
Ὀτ[ρ]ιάδης Κόνωνος, Ἀμφιθάλης Κριτίου,
Τιμησίδημος Λυσιξένου·
τραγωιδῶν· Φίλων Ἀλέξιδος, Τιμησίδημος
Πολυστράτου, Τῆσος Χάρμου, [Ἀ]χαιὸς Χαρίλα·
ἐγ μετοίκων· Σωτάδας, Ἀντιγένης·
κωμωιδῶν· Ἀπήμαντος Ἀρκέοντος,
Μνήσαλκος Μνησάλκου, Ἀντικράτης Τιμησιδή[μου]
Δεινοκράτης Λεωφάντου·
ἐγ μετοίκων· Δήλικος Δριμάκου, Ῥόδων.
Καὶ οἵδε ἐπεδείξαντο τῶι θεῶι· τραγωιδοί·
Νικόλαος Ἠπειρώτης, Ἀσαράκων Ταραντῖνος,
Ἀκέσιος Ῥόδιος, Κλεόδωρος·
κωμωιδοί· Τελέσων Μεγαρεύς, Σιμίας Ἀθηναῖος,
Κηφίσιος Ἑστιαεύς, Ἀριστοφάνης Σολεύς·
αὐλητής· Τιμόστρατος Κυζικηνός·
κιθαρωιδός· Κλέων Σικυώνιος, Ἀθήναιος,
Εὐάνθης Μηθυμναῖος.

Vs. 5 videtur nomen fuisse in αιθος exiens, ut Φίλαιθος. — Dinocrates Leophanti f. (vs. 15) est frater Dinomenis Leophanti f., qui est 92, 12 et 93, 11.

91.

Ed. Hauvette-Besnault l. l. p. 109 n. V.

270 a. Chr.
Ἐπ' ἄρχοντος Καλλίμου ὑγίεια
καὶ εὐετηρία ἐγένετο
καὶ οἵδε ἐχορήγησαν· εἰς Ἀπολλώνια·
Σωσίδημος Νίκωνος, Πάχης Ἀναξιθέμ(ιος),
Μνησίας Καλοδίκου, Αἰχμόκριτος
Ἀγαθάρχου· εἰς Διονύσια· παίδων·
Ἐπιτροφῶν Τιμέου, Εὔδικος Παντα(λέοντος),
Ποσειδικὸς Φίλλιδος, Δημόσων Ἀλέξ(ιος)·
κωμωιδῶν· Κοσμίαδης Σήμου, _Ε . . . . .

Τιμοθέμιδος, Ἀμφιθάλης Φιλωνύμου,
Ἀγάθαρχος Εὐέλθοντος·
ἐγ μετοίκων· Χάρνα Κύπριος, ΓΕ . . Ξ . . Λ . . Ν
τραγωιδῶν· Ἀρκέων Ἀριστοβούλου,
Ἐμπεδοκλῆς Χαριλέοντος, Ἀριστόδικος
Ἀντικράτους, Βωληκράτης· Ὀρθοκλέους·
ἐγ μετοίκων· Δημέας Ἴτωνος, Διονύσιος·
καὶ τῶν ἱματίων τοὺς μισθοὺς οὐκ ἀπ[έδο]ν[το]
τῶν εἰς τὰ Διονύσια.
Καὶ οἵδε τῶι θεῶι ἐπεδείξαντο· κιθαρωιδοί·
Αἰνησίδημος, Μνησίθεος· αὐληταί·
Θεύδωρος, Νεοπτόλεμος· τραγω[ιδοί]·
Θεόδωρος, Διονυσόδωρος, Εὐκλῆς,
Οἰκιάδης· κωμωιδοί· Ἐργόφιλος Ἱέρωνος,
Χόρηγ[ος], Κ[ά]λλιπ(π)ος, Κλεόξενο[ς]·
(θα)υματοποιός· Κλευπάτρα.

Inter vss. 18 et 19 omissi sunt novem versus, quibus continetur catalogus vasorum argenteorum, quae archon Callimus successori tradidit Posidicus Phillidis f. vs. 8 videtur esse filius (aut pater) archontis anni 261; cfr. 94, 1 *ἐπὶ ἄρχοντος Φίλλιος τοῦ Ποσειδικοῦ.* — Ergophilus comoedus (vs. 23) commemoratur etiam 93, 17. Vs. 24 *ΧΟΡΗΓ . .* Hauvette-Besnault intactum reliquit; P. Paris in adnotationibus, quas adiecit textui tituli n. 98 (Bull. de corr. hell. IX p. 151) legendum esse censet *χορηγ[ός]* idque ita accipiendum, ut significet „dux chori", quod ab omni abhorret probabilitate. *Χόρηγος* scripsi, quod item ut *Ἐργόφιλος* cett. est nomen comoedi. — Cleopatra praestigiatrix (vs. 25) redit infra 93, 21.

92.

Ed. Hauvette-Besnault l. l. p. 110 n. VI.

267 a. Chr.

Ἐπὶ Προκλέους ἄρχοντος
ὑγίεια καὶ εὐετηρία ἐγένετο·
οἵδε ἐχορήγησαν· εἰς Ἀπολλώνια·
Δεξικράτης Στησίλεω
Ἀρίγνωτος Μνησικλέους
Φωκαιεὺς Πολυξένου

Εὐξενίδης Ἴσου·
εἰς Διονύσια· παίδων·
Εὐκλείδης Φερεκλείδου,
Πρωτόμαχος Λεωνί(δου),
Πάχης Ἀναξιθέμιος,
Δεινομένης Λεωφάν(του)·
κωμωιδῶν· Λάμπων Πελά(γοντος),
Ἀντικράτης Ἀντικράτους,
Θεόδοτος Θεοτίμου,
Τιμόθεμις Πολυστρά(του)·
ἐγ μετοίκων· Ἀντίγονος καὶ
Νικόλαος· τραγωιδῶν·
Σωσίστρατος Ἀμφίου
Δεξικράτης Δεξιπόλι(ος)
Πολυδωρίδης Ἀρησι(μβρότου)
ἐγ μετοίκων· Δάος Βαλά(κρου),
Δημήτριος Ξένωνος.

Sequuntur duodecim versus, quibus vasa argentea enumerantur; deest catalogus artificum. Qui utrum omnino non fuerit in lapide an periisse videatur, non comperimus ab editore. — Sosistratus Amphiae f. vs. 19 videtur avus esse cognominis archontis anni 203; cf. 96, 1. — *Βαλά(κρου)* vs. 22 mihi non certum esse videtur.

93.

Ed. Hauvette-Besnault l. l. p. 112 n. VII.

265 a. Chr.

[Ἐπὶ Ἀρχεδάμα ἄρχοντος ὑγίεια καὶ εὐετηρία ἐγένετο],
[καὶ οἵδε ἐχορήγησαν· εἰς Ἀπολλώνια·]
. . . . *κλέους*
. . . .
[εἰς Διονύσια· παίδων· . . . .] Ἀμφίου
[. . . . . Κλ]εοδίκου
[. . . . . κωμωιδῶν· . . . .]
. . . . *Ἀναξιθέμιδος*
. . . .
ἐγ μετοίκων· Ἀρτεμίδω[ρος Ἀπολλ]ωνίου, Διονύσιος·

τραγωιδῶν· Δεινομένης [Λεωφ]άντου, Μνησικλῆς
Μνησικλέους, Μνησίδημος Λυ[σανί]ου (?), Οἰνεὺς Θέρσι-
ἐγ μετοίκων· Ἀπολλόδωρος παντοπώλης, Κ[ί]λλης. δος·
Οἵδε ἐπεδείξαντο τῶι θεῶι· αὐλητὴς Ἀντιγενείδας·
κιθαρωιδοί· Μεγιστοκλῆς, Ἀνδρέας Τεγεάτης·
κιθαριστής· Ἀντιφάνης·
κωμωιδοί· Ἐργόφιλος, Φάνυλος, Παρίων, Ἐρέτιμος,
Φιλωνίδης, ... αρχος Ἀρκάς·
κωμωιδοποιός· Νικόμαχος Ἀθηναῖος·
τραγωιδός· Θεόδωρος·
(θα)υματοποιός· Κλεοπάτρα.

Versuum 1—9 dispositio ita fere fuit comparata, ut supra indicatum est. Quis archon inscriptus fuerit, Hauvette-Besnault inde conclusit, quod initio catalogi vasorum, qui in lapide post vs. 13 legitur, nomen archontis proximi anni, Elpinis commemoratur. — Ex nominibus choregorum, qui vss. 3—9 inscripti erant, nullum cum probabilitate potest restitui: vs. 5 fortasse fuit [Σωσίστρατος] Ἀμφίου (92, 19), vs. 6 [Κλ]εοδίκου supplevi, vs. 8 [Πάχης] Ἀναξιθέμιδος (91, 4. 92, 11) fuisse propterea non est probabile, quod vix credi potest, eundem civem annis 270, 267, 265 choregum fuisse.

94.

Columna marmorea infra fracta, a sinistra admodum detrita. Inventa est ibidem, ubi lapis, quo continentur tituli 87—93. Ed. Hauvette-Besnault l. l. p. 113 n. VIII.

261 a. Chr.

[Ἐπὶ ἄρχοντος Φίλλιος τοῦ Π]οσειδικοῦ
[ὑγίεια καὶ εὐετηρία] ἐγένετο καὶ οἵ[δε]
[ἐχορήγησαν· εἰς Ἀπο]λλώνια· παίδων·
. . . . κλῆς Τελέσωνος,
. . . . Θ]εοδωρίδης Πυ . . . . .
[εἰς Διονύσια· παίδων]· Εὐέλθων Τιμοκλέ[ους],
. . . . χος Φιλίου, Ὀρθοκ[λῆς]
. . . . κωμω]ιδῶν· Μενεκράτ[ης]
. . . . ος Ζηλομένους, Μνησ . . . .
. . . . Νίκαρχος Μέννιος·

[τραγωιδῶν· Σ]ώσιλος Ἐλπίνου, Δημόσων Ἱπ...
. . . . Θεοδώρου, Τηλέμνηστος
[Τηλε]μνήστου· ἐγ μετοίκων· κωμωιδ[ῶν]·
[Δημ]ήτριος . . . . . . τραγωιδῶ[ν]· . . . .
. . . . ΣΝΑΝΝΑΚ . . . .
[Οἵδ]ε τῶι θεῶι ἐπεδ[είξαντο· κ]ωμωιδοί· Πο-
[λύ]κριτος Κασσ[ανδρεύς], Μενεκράτης
. . . . Σίφνι[ος . . . .
. . . . ης Κεῖος . . . . . ος Ἱεροκλέ-
ους Ἀθηναῖος, Πολυνε[ίκης . . .]ου Χαλκιδεύ[ς]·
[Τραγ]ωιδοί· Σωτίων Ἀκαρν[άν, Ἦ]λις Παραμόνο[υ]
. . . . δεύς· κιθαρωιδοί· Ἀριστόμαχος,
Εὐθύμαχος Εὐθυμάχου Κνίδιος·
[αὐ]λη[τ]αί· Ὀν[ή]σιππος·
[θ]αυματοποιός· Σέρδων Ῥωμαῖος, Ἀρίστιον·
[κωμ]ωιδοποιός· Χρύσιππος.

Sequitur vasorum catalogus, in quo archon proximi anni, Tynnades, nominatur. — Versuum 3—15 dispositionem aliter institui atque Hauvette-Besnault; hic, cum vs. 8 *ΑΙΔΩΝ* in lapide agnovisse sibi visus sit, hoc loco supplet [*εἰς Διονύσια π*]*αίδων* et deinde vs. 11 ante *Σώσιλος* restituit [*κωμωιδῶν*] Sed prorsus incredibile est, omnia nomina, quae in versibus 4—7 nscripta fuerunt, pertinuisse ad choregos Apolloniorum, quorum numerus nunquam maior est quam quattuor. Praeterea Hauvette-Besnault Orthoclis choregi (vs. 7) patris nomini, quod in civibus nunquam deest, spatium non relinquit. Denique, si vs. 8 [*π*]*αίδων*, vs. 11 [*κωμωιδῶν*] suppletur, non intelligitur, cur genetivus *κωμωιδῶν* repetatur vs. 13, genetivus *τραγωιδῶν* semel tantum inscriptus sit, atque post *τραγωιδῶν* vs. 14 omnes tragoedorum choregos nominatos fuisse propter spatii exiguitatem credi vix potest. Omnes hae difficultates optime removentur, si dispositionem ita instituimus ut supra factum est: Spatii ratio luculentissime docet, Theodoridem vs. 5 esse quartum Apolloniorum choregum. Igitur vs. 6 supplendum est *εἰς Διονύσια· παίδων*; sequebantur quattuor puerorum choregi, quorum ultimum esse Orthoclem vs. 6 maxime apparet ex spatii ratione. Vs. 8 init. scriptum fuisse debet nomen patris Orthoclis, atque, si hic catalogus eodem modo dispositus fuit ac

reliqui, genetivus *κωμωιδῶν*. Iam certum videtur, editorem errasse, cum *ΑΙΔΩΝ* in lapide agnoscere sibi videretur: fuit [*κωμω*]*ιδῶν*. Post hunc genetivum inscripti fuerunt quattuor cives comoedorum choregi, quorum ultimus est Nicarchus vs. 10. Vs. 11—13 quattuor cives tragoedorum choregi nominati erant. Postquam denique omnes cives enumerati sunt, qui illo anno comoedorum et qui tragoedorum choregiam praestiterunt, adduntur metoeci, qui comoedorum, tum metoeci, qui tragoedorum choregi fuerunt. In hac igitur una re hic catalogus differt a reliquis, quod metoeci non statim adiunguntur civibus, una cum quibus choregiam praestiterunt, atque hinc explicatur repetitio genetivorum *κωμωιδῶν* et *τραγωιδῶν*, quae quid sibi vellet non intellexit Hauvette-Besnault. Reliqua hic recte restituit. — Vs. 15 in litteris *ΝΑΝΝΑΚ*
fortasse latet *ΧΑΡΝΑΚΥΠΡΙΟΣ*,
ut statuendum sit, hic eundem metoecum nominatum fuisse, qui est 91, 12 *Χάρνα Κύπριος*. — Sotion Acarnan tragoedus vs. 21 videtur pater esse tibicinis, qui commemoratur in catalogo Soteriorum (Wescher-Foucart, Inscr. de Delphes 5, 54) *Ἀριστοκράτης Σωτίωνος Ἀκαρνάν*.

95.

Ed. Hauvette-Besnault l. l. n. IX.

. . . . *καὶ τοὺς νικῶντας χορηγούς· Ἀπολλώ*[*νια·* . . . . .]·
. . . *άρχου, Διονύσια παίδων· Λευκῖνος Σωσιστράτο*[*υ*],

. . . *ων Ποσειδικὸς Ἑρμοκρέοντος, Ἀριστόδημος*
. . *ν* . . *Μ*]*νησάλχου, Ἀνδρομένης Ἀντιγόνου* . *Τ* . *Ε* . .

Ea, quae ante haec servata sunt, omnia pertinere videntur ad catalogum vasorum. Ex archontum nominibus in his reliquiis commemoratis conclusit Hauvette-Besnault, haec acta esse non multo post annum archontis Archedamae (265 a. Chr.). Perscripti fuerunt in hoc lapide choregi, qui Apolloniis et Dionysiis vicerant. Plerumque in his catalogis non additur, qui choregi vicerint. In uno titulo 96 eorum choregorum nomina, qui Apolloniis vicerunt, statim repetuntur idemque etiam in Dionysiorum choregis factum videmus in n. 98. Hic victorum

catalogus separatus fuit a catalogo omnium choregorum. Ordo plane idem fuisse videtur:

Ἀπολλώνια
Διονύσια παίδων
κωμωιδῶν
τραγωιδῶν.

Vs. 2 extr. Hauv. *Σωσιστράτου* aut *Σωσίστρατος* fuisse dicit. Sed cum omnes reliqui choregi ita nominati fuisse videantur, ut patris nomen adderetur, *Σωσιστράτου* praeferendum est. — Vs. 3 comoedorum choregos victores inscriptos fuisse probabile est. Ante *Ποσειδικός* supplendum videtur [*κωμωι-δ*]*ῶν*. Vs. 4 tragoedorum choregi, qui vicerunt, nominati erant. Litterarum reliquiae post *Ἀντιγόνου* supersunt ex nomine metoeci, qui una cum Andromene tragoedorum choregus fuerat.

96.

Ed. Hauvette-Besnault l. l. n. X.

203 a. Chr.

Ἄρχοντος Σωσιστράτου τοῦ Ἀμφίου
ὑγίεια ἐγένετο καὶ εὐετηρία
καὶ οἵδε ἐχορήγησαν· Ἀπολλώνια
παίδων· Νικίας Τελεσίππου, Ἀφθό-
νητος Τλησιμένου, Ἀριστόπαπ-
πος Ἀλκίμου, Πιστόδημος Εὐβού-
λου· ἐνίκων Νικίας, Ἀφθόνητος·
εἰς Διονύσια· παίδων· Σκύλαι-
χος Ἀριστοξένου, nomen
erasum, *Τιμοκλῆς Τιμοκλέ-*
ους, Ἀριστέας Ἀμφοτεροῦ· κω-
μωιδῶν· Σκύλαιχος Ἐπιγένου,
Ἀντιχάρης Καλλία, μέτοικος
Σίμων· Κλεόκριτος Κλεοκρίτου,
Ἀναξίπολις Τελέσωνος, μέτοι-
κος Ἀρτεμίδωρος Σεύθου· τρα-
γωιδῶν· Σωσίβιος Γλαύκου, Στη-
σίλεως Πραξιμένου, μέτοικος
Ἑβδομίσκος Ἀφροδισίου, Ἀρισ-
τοθάλης Ἀντιλάχου, Θεο-

κλῆς Θεοκλέους, μέτοικος Διονύσιος.
Οἵδε τῶι θεῶι ἠγωνίσαντο· κωμωιδὸς Εὔδημος τρίς, κιθαριστὴς Αἴνετος δίς.

Post vs. 22 in lapide est catalogus vasorum admodum accuratus et copiosus. — Mirum est, quod tam pauci artifices Dionysiaci hic nominati sunt. Etsi ex his alter ter, alter bis prodiisse dicitur, omnino plures illis ludis non interfuisse vel propterea credi nequit, quod supra choregi tragoedorum enumerati sunt, unde tragoedos certasse pro certo colligitur. Videntur archontes in nominibus artificum inscribendis omnino non admodum accurate versati esse.

97.

Ed. Hauvette-Besnault l. l. n. XI.

173 a. Chr.

Ἐπ' ἄρχοντος Θεοδώρου τοῦ Θεοδώρου ὑγίεια [καὶ εὐετηρία ἐγένετο, καὶ οἵδε ἐχορήγη]-
σαν· εἰς Ἀπολλώνια παίδων· Φωκαιεὺς . . . . . .
ṭου, Φωκαιεὺς Φωκαιέως, Ξενοφῶ[ν] . . ου . . . . .
Τηλεμνήστου . . . .
τίγονος Ξενο . . . .
Θεόξενος . . . .
νια (?), Ἀριστοκλῆς . . . .
μωι καὶ (?) Θεόδωρος . . . .
Λ . . . ΘΛ . ΣΥΝ . . . .
ΛΓΛ . . . . ΛΡΛΙ . . . .
. . . ΛΡΙΣ . . . .
ΝΛΤΙΛΗΣ . Γ . . . Λ . . . .
ΙΣΤΗΣΑΝΤΙΓΑΤ . . . .
ΤΟΥΓΡΟΤΕΡΟΥ . . . .

Vs. 3 *ΞΕΝΟΦΩ . . . ΟΥ;* in textu minusculis litteris perscripto Hauv. habet *Ξένων Φω . . . ου.* — Quam longi fuerint versus, concludi potest ex vs. 1, cuius restitutio certa est. Choregorum catalogus, si eodem fere spatio continebatur ac reliqui, in septimo fere versu finem habuisse debet. Versuum 9—12 reliquiae ita sunt comparatae, ut nullum in iis verbum dignosci

possit. Vs. 13 fortasse supplendum est [*κιθαρ*]*ιστὴς Ἀντίπατ*[*ρος*]. Hoc si verum est, post choregos statim artifices nominati erant, atque cum hic artificum catalogus initium cepisse videatur a septimo fere versu, non ab omni probabilitate abhorret conicere vs. 8 legendum esse [*κω*]*μωι*(*δο*)*ί*. Artificum nomina perscripta fuisse videntur inde a versu 8 usque ad tertium decimum. Nam quae post vs. 14 servata sunt, ad vasorum catalogum pertinere certum est, atque vs. 13/14 sic fere legendum puto: [*Καὶ τάδε παρέλαβον παρὰ Περιάνδρου*] *τοῦ πρότερο*[*ν ἄρχοντος καὶ παρέδωκα τῶι μετ' ἐμαυτὸν ἄρχοντι Τιμοξένωι*]; haec enim verba (praeter nomina) praescripta sunt catalogo vasorum, qui insertus est titulo 98. Hic titulus n. 98 spectat ad annum archontis Timoxeni, successoris Theodori. Hauvette-Besnault Theodorum archontem fuisse dicit inter annos 175 et 171; accuratius annum definivit Paris, Bull. de corr. hell. IX p. 151: Theodorus archontis munere functus est a. 173 a. Chr.

98.

Deli, „sur une des faces d'un pilier quadrangulaire, trouvé entre le portique de Philippe et le temple d'Apollon." Ed. P. Paris, Bull. de corr. hell. IX p. 147 sqq.

172 a. Chr.

[Ἐπ' ἄρχοντος] Τιμοξένου τοῦ Τιμοξ[ένου ὑγίεια ἐ]-
[γέν]ετο καὶ εὐετηρία· καὶ οἵδε ἐχορή[γησαν· εἰς Ἀπολλώ]-
[ν]ια παίδων· Ποσειδικὸς Ποσειδίκ[ου, Μενεκρά]-
της Μενεκράτου, Φιλοκλῆς Θεοδό[του, Αὐτοκλῆς]
Αὐτοκλέους· ἐνίκων Ποσειδικός, Μεν[εκράτης· εἰς]
Διονύσια· παίδων· Διάκριτος Τιμοφῶντος, [Τελε]-
σαρχίδης Τελεσαρχίδου, Διακτορίδης Θε[οβού]-
λου, Νικίας Τιμοκλέους· ἐνίκων Διάκριτος, Τ[ε]-
λεσαρχίδης· κωμωιδῶν· Σῖμις Ἐρητυμένου,
Σαρπήδων Σαρπήδονος, μέτοικος Ζώπυρος,
Πόλυβος Μενύλλου, Τηλέμνηστος Μνησιμά-
χου, μέτοικος Σωτήριχος· ἐνίκων Σῖμις, Σαρ-
πήδων, Ζώπυρος.
Καὶ οἵδε ἠγωνίσαντο τῶι θεῶι· [αὐλ]ητής· Περιγένης
ἐνίκα μετὰ χοροῦ, Καλλιμέλ[ης . . . .]ο[δό]του, Νίκανδρος·
τραγωιδοί· Μενέδημος, Εὐκράτης, [Ἀντίλ]οχος Εὐ . . . .

ων, Φίλων, Αὐτοκράτης, Ἀγησίστ[ρατος· κι]θαρισταί· Κριτόξενος, Ἱεροκλῆς, μετὰ χοροῦ Σ[τρά]των, Ἑ[ρμ]ωναξ· κιθαρωιδοί· Διονύσιος, Θράκων, Δημήτριος κ[ω]μωιδοί· Θαρσύνων, Ἡρόστρατος, Π[ολύ]ξενος, Λυ . . . . δος, Ἀθηνικῶν· θαυματοποιοί· . . . . χ . ος, Ζώιλος δίς, Ἀρτεμὼ δίς, Ἀρτεμίδωρος δίς, [Ἀπο]λλω[νι]ὰς δίς· ὀρχηστής· Σωσὼ δίς, Νεῦρος, Παρ . . . . σιων, Ῥωμαιστής, Ἀγαθόδωρος.

Restituit Paris, qui etiam archontis Timoxeni annum accurate definivit; *Αὐτοκλῆς* vs. 4 incertum videtur. — Mirum est, quod hic desunt choregi tragoedorum. Inter artifices tragoedi iique satis multi nominantur, c e r t a m e n igitur tragoedorum tum Deli etiam habebatur, c h o r e g i a vero tragica utrum tum abolita fuerit an alia de causa tragoedorum choregi hic non commemorentur diiudicari nequit. — Post vs. 13 in lapide est vasorum catalogus satis copiosus, cui haec sunt praescripta: *καὶ τάδε παρέλαβον παρὰ Θεοδώρου τοῦ πρότερον ἄρχοντος καὶ παρέδωκα τῶι μετ' ἐμαυτὸν ἄρχοντι Ἀμφικλεῖ.* — Inde quod tam multi artifices nominantur iure conclusit Paris, ludos Timoxeni archontis anno magno cum splendore actos esse. Admodum vero perversa est sententia, quam ille protulit de significatione verborum *μετὰ χοροῦ,* quae leguntur vs. 15 et vs. 18. Priorem locum sic accipit: „un choeur conduit par *Καλλιμέλης* et *Νίκανδρος* a dansé au son de la flûte de Périgenes et a vaincu un autre choeur.“ Fateor me non intellegere, quomodo fieri possit, ut illum sensum quis inesse putet in his verbis: *αὐλητής· Περιγένης, ἐνίκα μετὰ χοροῦ, Καλλιμέλης, Νίκανδρος.* Kallimelem et Nicandrum non tibicines, sed d u c e s c h o r i esse putat Paris, quamquam in verbis illis nihil inest, quo indicetur, Callimelem et Nicandrum aliam artem exercuisse atque Perigenem. Ubi sunt alterius chori, quem victum esse dicit Paris, tibicen et duces, qui certe hic non omissi essent, si omnino fuissent, cum o m n e s artifices inscripti sint, non ii solum, qui v i c e r u n t? Id manifestum est, Perigenem et Callimelem et Nicandrum esse tibicines, atque Perigenis nomini additur, eum vicisse c u m c h o r o, sine dubio cum choro puerorum, quorum ad vocem tibiis cecinit; alterius chori tibicen fuit aut Callimeles aut Nicander. Ceterum non incredibile est, verba *ἐνίκα*

μετὰ χοροῦ spectare ad nomen proxime sequens, ita ut Callimeles victor fuerit, etsi mihi quidem probabilius videtur ea referenda esse ad nomen antecedens. Item perversum est, quod Paris adnotat ad vs. 18: „un choeur dirigé par Straton et Hermonax a été accompagné par les citharistes Kritoxenos et Hierokles.“ Critoxenus, Hierocles, Strato, Hermonax, omnes sunt citharistae, Critoxenus autem et Hierocles soli certaverunt, Strato et Hermonax una cum choro prodierunt (*χοροκιθαρισταί*).

Inde quod tam multi hic *θαυματοποιοί*, qui omnes fere plus semel prodierunt, et *ὀρχησταί*, qui primum hoc loco inveniuntur, commemorantur, apparet, populum Delium tum iam magis favisse eiusmodi praestigiis quam certaminibus vere musicis.

99.

In ara Deli inventa. Ed. S. Reinach, Bull. de corr. hell. VII p. 370.

Πάντα χορηγήσας Πρ[επ]εφ[ήμ]ου [πα]ῖς Κριτόδημ[ος]
Π[ά]ν[τ]α [δ]ὲ νι[κήσα]ς (Δ)ι[ο]ν[ύσω] τό[νδ]ε? ἀν[έ]θ[η]κε.

Nomen *Πρεπεφήμου* vs. 1 restituit Dittenberger, Epigraph. Miscellen p. 17 (in „Historische und Philologische Aufsätze, Festgabe an Ernst Curtius“ 1884). Vs. 2 in lapide haec sunt: *Γ . Ν . Α . ΕΝΙ' . ΙΣΛΙ . Ν . . . ΤΟ . . ΞΑΝ . Θ . ΚΕ*; Reinach restituit *ἀνέθηκε* et initio versus dubitanter *πάντα δὲ νικήσας* coniecit. *Διονύσω τόνδε* (scil. *βωμόν*) scripsi, non ignorans, hoc minime certum esse; imprimis participio *νικήσας*, si *ΛΙ* ad proximum vocabulum pertinere statuimus, spatium non sufficere videtur. — Omnino non prorsus certum est, hoc epigramma positum esse a chorego, nam cum scriptum sit *πάντα χορηγήσας*, *χορηγεῖν* hic non significat „choregum esse“, sed „praebere, largiri,“ vel. sim., quo sensu cum accusativo coniungitur. Tamen choregus id dedicasse videtur, quod certum esset, si compertum haberemus, in vs. 2 de victoria agi. — Videtur apparere ex hoc epigrammate, choregiae institutum etiam posterioribus temporibus Deli viguisse. Satis multo enim recentius est quam catalogi antecedentes.

100—102. Samus.

100.

Lapis Oxoniensis; post alios ed. Boeckh C. I. G. 3091. Reinesius titulum Achaiae tribuit, quod falsum esse manifestum est; Boeckh eum spectare ad ludos Cnidiorum, sed Tei positum fuisse coniecit. Re vera lapis Samo est oriundus; qua de re vide adnotationes. Quo melius intellegatur, qua ratione titulum accipiendum et restituendum esse putem, appono exemplum, quod exhibet Boeckh in C. I. G.:

ΔΙΟΦΑΝΤΟΣΔΙΟΜ . . . .
ΒΛΗΣΙΟΣΘ . . . .
ΕΝΙΚΑΑΡΙΣΤΟΔΗΜΟΣ . . . .
ΕΝΙΚΑΑΡΤΕ . . . .
ΥΠΟΚΡΙΤΗΣΕΡΜΟΦΑΝΤΟΣ . . . . . . *ΝΑΝΤΙΟΧΟΥ*
ΕΠΙΔΗΜΙΟΥΡΓΟΥΚΟΙΡΑΝΟΥΤΟΥΜΑΡΣΥΟΥΕΡΜΩΝΤ
ΑΡΓΗ . .
ΗΓΩΝΟΘΕΤΕΙΜΑΝΔΡΟΚΡΑΤΗΣΕΠΙΓΟΝΟΥΕΧΟΡΗΓΕ
ΙΠΑΙ . .
ΕΧΟΡΗΓΕΙΠΑΙΣΙΝ . . . . *ΑΡΙΣΤΟΔΗΜΟΣ* . . . .
ΞΕΝΟΧΑΡΗΣΚΡΑΤΩΝΟΣ . . . . . . *ΑΝΔΡΑΓΑΘΟΥ* . . . . . .
ΞΗΝΟΔΟΤΟΣΔΗΜΗΤΡΙΟΥ . . . . . . *ΕΝΙΚΑΑΡΙΣΤ* . . . . .
ΕΝΙΚΑΞΕΝΟΧΑΡΗΣ . . . . . . *ΑΥΛΗΤΗΣΑ* . . . .
ΑΥΛΗΤΗΣΣΑΤΥΡΟΣ . . . . *ΑΝΔΡΑΣΙΝ* . . . . . .
ΑΝΔΡΑΣΙΝ . . . . *ΕΡΜΙΑΣΔΗ* . . . . .
ΙΠΠΟΔΑΜΑΣΠΑΝΤΩΝΑΚΤΙΔΥ . . . . *ΜΑΡΣΥΑΣ* . . . .
ΔΗΜΑΓΟΡΑΣΑΥΤΑΡΚΟΥΣ . . . . . . *ΕΝΙΚΑΕΡΜ* . . . .
ΕΝΙΚΑΙΠΠΟΔΑΜΑΣ . . . . *ΑΥΛΗΤΗΣ* . . . .

Ita haec lacunosa sunt, ut pauca restitui queant, inquit Boeckh, atque primo adspectu res ita se habere videtur. Certe ea quae Boeckh proposuit magnas habent offensiones et quae inde a versu 10 scripta sunt, se nullo modo expedire confitetur. Neque aliter evenire potuit, cum non intellegeret, duas columnas esse distinguendas. Hoc vero si tenemus plurima facile perspiciuntur. Haec mea est restitutio:

Διόφαντος Διομ . . . . . .
Βλήσιος Θ . . . .
ἐνίκα Ἀριστόδημος
ἐνίκα Ἀρτε . . . . .
ὑποκριτὴς Ἑρμόφαντος
Ἐπὶ δημιουργοῦ Κοιράνου τοῦ Μαρσύου
ἠγωνοθέτει Μανδροκράτης Ἐπιγόνου
ἐχορήγει· παισίν·
Ξενοχάρης Κράτωνος
(Ζ)ηνόδοτος Δημητρίου
ἐνίκα Ξενοχάρης
αὐλητὴς Σάτυρος
ἀνδράσιν·
Ἱπποδάμας Παντωνακτίδ[ο]υ
Δημαγόρας Αὐτάρχους
ἐνίκα Ἱπποδάμας
[αὐλητὴς . . . . . .]

[Ἐπὶ δημιουργοῦ . . . . . .]
[τοῦ] Ἀντιόχου [ἠγωνοθέτει]
Ἕρμων Ταργη[λίου]·
ἐχορήγει· παι[σίν]·
Ἀριστόδημος . . . . . .
Ἀνδράγαθο[ς . . . . .]
ἐνίκα Ἀριστ[όδημος]
αὐλητὴς Α . . . .
ἀνδράσιν·
Ἑρμίας Δη[μητρίου]
Μαρσύας . . . . .
ἐνίκα Ἑρμ[ίας]
αὐλητὴς . . . . . .

Iam facile totius tituli ratio perspicitur. Habemus catalogum choregorum, qui in ludis quibusdam sumptus fecerunt ad certamina chororum cyclicorum et ad certamina scenica. Hic catalogus ita adornatus est, ut, praemisso nomine magistratus eponymi, demiurgi, et agonothetae, primo loco recenseantur chororum puerorum choregi, deinde sequantur choregi virorum, tertio loco mentio fiat choregorum tragoediarum et comoediarum. Bini sunt choregi chororum cyclicorum; utriusque nomini patris nomen additur, deinde is qui vicit repetitur et additur tibicen, quo ille usus est. Magistri chori nulla fit mentio (ut in omnibus his titulis); aut tibicen simul hoc munere fungebatur, aut, ut in titulis Orchomeniis, praecentor, cuius tamen partes non eae erant, ut dignus haberetur, qui in titulo inscriberetur. Ad certamina scenica pertinent ea, quae ante vs. 6 scripta sunt; haec tamen nimis sunt obscura. Exspectamus hanc partem catalogi sic fere adornatum fuisse:

ἐχορήγει· τραγῳδοῖς·
ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος
ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος
. . . .

ἐνίκα . . . . .
ὑποκριτὴς . . . .

Hoc apparere videtur cum ex reliquis tituli partibus tum ex titulis, qui proxim esequuntur. At duo sunt inscripti choregi victores. Hoc ita explicandum esse possit quis conicere, ut statuatur alterum vicisse in certamine comoedorum, alterum in certamine tragoedorum:

[. . . . . τραγῳδῶν]
ἐνίκα Ἀριστόδημος, [κωμῳδῶν]
ἐνίκα Ἀρτε . . . . (cfr. titul. sequ.).

Sed praeterquam quod tum vix additum esset ἐνίκα ad alterum nomen, propterea vix licet hoc statuere, quod unus tantum histrio nominatur. Si ad idem certamen spectant

ἐνίκα Ἀριστόδημος
ἐνίκα Ἀρτε . . . . .,

statuendum est, binos choregos singularum fabularum chorum exornasse et victoriam reportavisse. Cum in duobus versibus, qui nomina victorum antecedunt, horum nomina non exstent, certum est quattuor vel plura choregorum nomina perscripta fuisse, qui numerus, si singuli singulos choros exornabant, fortasse nimius videtur. Quare sic scriptum fuisse conicias:

[ἐχορήγει { τραγῳδοῖς / κωμῳδοῖς]
[Ἀριστόδημος . . . . καὶ]
[Ἀρτε . . . .]
Διόφαντος Διομ[. . . καὶ]
Βλήσιος Θ . . . . .
ἐνίκα Ἀριστόδημος
ἐνίκα Ἀρτε . . . . . sqq.,

in quibus sane manet ea offensio, quod repetitur ἐνίκα. Omnia plana essent, si alterum tantum horum versuum haberemus; neque plane incredibile videtur, eum qui exscripsit titulum, per errorem repetiisse priorem partem versus 3, cum litterae eaedem fere sint:

ΕΝΙΚΑΑΡΙΣΤΟ
ΕΝΙΚΑΑΡΤΕ

Quod si statuimus, haec tituli pars ita fere concepta fuerit:

[ἐχορήγει { τραγῳδοῖς / κωμῳδοῖς]
[Ἀριστόδημος . . . . .]
Διόφαντος Διομ . . .
Βλήσιος Θ . . . . .
ἐνίκα Ἀριστόδημος
ὑποκριτὴς Ἑρμόφαντος

in quibus nihil est quo offendamur. Sed quam incertum hoc sit minime ignoro. — Videmus horum versuum obscuritates plane removeri non posse; reliqua plana sunt.

Nunc quaeramus, quo loco lapis initio positus fuisse videatur. Boeckh inde quod lapidum Oxoniensium plurimi ex Asia deportati sunt et quod magistratus eponymus demiurgus commemoratur, coniecit, titulum pertinere ad ludos Cnidios. Deinde addit: „Nec tamen dixerim Cnidi positum fuisse titulum, ubi certe Doricum δαμιουργός etiam recentiore aetate retentum est; magis placet, ut Cnidiis in ludis quid actum esset, domi perscripserint Dionysiaci artifices.“ At artifices quid Cnidiis in ludis actum esset, ita domi perscripsisse, ut demiurgi et agonothetae Cnidii nomina praemitterent et omnes choregos Cnidios enumerarent, quam improbabile sit nemo non videt. Atque cum titulus propter formam δημιουργός (cfr. C. I. G. 2653/4) Cnidi positus fuisse vix possit, totam Boeckhii coniecturam falsam esse apparet. Ex mentione demiurgi Waddington ad Le Bas Inscr. d'Asie p. 78 n. 202 conclusit, Samo lapidem oriundum esse, atque hanc conclusionem recte se habere compluribus argumentis ita potest confirmari, ut dubitationis nihil sit reliquum. Constat Sami magistratum eponymum fuisse demiurgum (praeter Wadd. l. l. cfr. C. Curtius, Inschriften und Studien zur Geschichte von Samos. Progr. Cathar. Lübeck 1877, p. 10 n. 6 l. 29 al.), atque constat inter lapides Oxonienses esse qui ex illa insula delati sint (cfr. C. I. G. 2254. 2256). Praeterea duos habemus titulos in insula Samo repertos, qui tantopere cum eo, quem tractamus, congruunt, ut non dubium sit, quin lapis Samo oriundus sit; cfr. titulos, qui proxime sequuntur. In his primo loco positum fuit nomen magistratus eponymi, cuius in utroquo pauca restant vestigia,

deinde agonotheta nominatur (ἠγωνοθέτει ο δεῖνα) plane ut in titulo nostro. Sequuntur duo choregi puerorum, duo virorum, duo tragoedorum et comoedorum; uter vicerit statim additur omisso nomine patris. Quae omnia tam bene concinunt cum hoc titulo, ut, praesertim cum demiurgi mentio eodem ducat, certum sit, eum ex eadem urbe oriundum esse. Quae in illis aliter se habent (pro ἐχορήγει est ἐχορήγουν, pro παισὶν et ἀνδράσιν — παίδων αὐληταῖς et ἀνδρῶν αὐληταῖς, tibicines et histriones omittuntur) eo explicanda sunt, quod plus quam duo saecula intercedunt inter hos titulos.

De singulis pauca addenda sunt: Vs. 1 fuit Διομ[ήδους] vel Διομ[έδοντος] (Boeckh). — Satyrum tibicinem eundem esse atque Satyrum sacerdotem artificum Teiorum C. I. G. 3068 non male coniecit iam Maittairius. Illum titulum Boeckh tribuit annis 170/60 a. Chr.; si vera est illa coniectura, eodem fere tempore noster titulus exaratus esse debet. In hoc certum aetatis indicium non inest; propter litterarum formam Boeckh eum tribuit tempori inter Alexandrum M. fere et primum ante Christum saeculum. Vs. 9^b *ΑΝΔΡΑΓΑΘΟΥ;* Ἀνδράγαθος emendandum esse inde apparet, quod semper in hoc titulo choregi et patris eius nomen eodem versu continetur. Vs. 13^b Δη[μητρίου] (Boeckh) plane incertum esse vix est cur moneam.

101.

Sami; secundum ectypum a principe Ghika transmissum Academiae Regiae Berolin. ed. Kirchhoff, Monatsber. 1859 p. 754 sq.

[Ἐπὶ Ἀγο]ράτ[ου? ἠ]γωνοθέτει Ἀρχέ[π]ολις Κρ . . . .
[ἐχορήγο]υ[ν· παίδ]ων αὐληταῖς· Ἀλέξανδ[ρος]
. . . . . . το[υ, Καλ]λίστρατος Μελα[νθίω]νος,
[ἐνίκα] Ἀλέξ[αν]δρος· ἀνδρῶν αὐληταῖς·
[Λύγδ]αμις Ἀνδρονίκο[υ], Ἐξακεστᾶς Καλ . . . .
[ἐνίκ]α Ἐξακεστᾶς . τραγῳδῶν καὶ κωμῳδῶν·
[Ἐργ]αῖος Οἴσου, Σωσίβιος Φιλοξένου· ἐνίκα
[τ]ραγῳδῶν Ἐργαῖος, κωμῳδῶν Σωσίβιος.

Kirchhoff hunc titulum et insequentem propter litterarum formam et quod iota mutum omittitur primo post Christum

natum saeculo vel ineunte altero exaratos esse iudicat. Idem restituit. Vs. 1 *ΡΑΤΩ.*, in qua lectione . . . . *ράτου* latere mihi certum videtur; sed utrum fuerit [*Ἀγο*]*ράτου* an [*Καλλιστ*]*ράτου* vel simile nomen, dubium est. Scriptum fuisse *ἐπὶ τοῦ δεῖνος*, non *ἐπὶ δημιουργοῦ τοῦ δεῖνος* spatii ratio docere videtur. Vs. 5 extr. *ΚΑΛΙΔΡΩΙΟ.* Vs. 6 genetivus *τραγῳδῶν* et *κωμῳδῶν* neglegentia quadam explicandus esse videtur; verbum *ἐχορήγουν* dativum postulat (*αὐληταῖς*), atque ex eo ad genetivos illos substantivum *χορηγοί* supplendum esse videtur. Choregi tragoedorum et comoedorum iidem sunt, unde concludi potest, exornationem ludorum scenicorum tum non tanti sumptus fuisse quanti choregiam chororum cyclicorum. Uterque unam tragoediam et unam comoediam exornasse videtur, atque hic uterque vicit, alter in comoedorum certamine, alter in tragoedorum, in titulo insequenti idem in utroque genere.

102.

In insula Samo (cfr. tit. antec.); ed. Kirchhoff l. l. p. 754 sq.

[*Ἐπὶ . . . . . . ἡ*]*γ*[*ω*]*νοθέτει Ἀλκιάδ*[*ης Ὀλυ*]-
[*μ*]*πιο*[*δώρ*]*ου*, [*ἐ*]*χορή*[*γ*]*ουν· πα*[*ί*]*δων*
αὐληταῖς· Νι[*κ*]*όλαος Ἀρτέμωνος*,
[*Μ*]*εν*[*έ*]*λαος Ζω*[*π*]*ύρου· ἐνίκα* [*Ν*]*ικό*[*λα*]-
ος· ἀνδρῶν αὐληταῖς· Φιλοκλῆς
Σωτ[*ί*]*ωνος, Ἐπαίνετος Ἀρτεμιδ*[*ώρου*]
ἐνίκα Ἐπαίνετος· τραγῳδῶν καὶ κωμῳ-
δῶν· Ἐπίγονος Α[*ἴσ*]*ονος, Θεμ*[*ί*]*σων* [*Στρά*]-
[*τ*]*τιδος· ἐνίκα Ἐπίγονος.*

Restit. Kirchhoff. Vs. *Α . . ΟΝΟΣ* supplere conatus sum; neque tamen prorsus certum est *Α*[*ἴσ*]*ονος*.

103/4. Teos.

103.

Prope Teon in oppido Sevrihissar. Ed. Boeckh, C. I. G. 3089.

[*Διονύσω*] *καὶ τῶ Δήμω . . . . ἐνίκων δὲ οἵδ*[*ε*]
. . . . Ὀνήσιμος Ὀνησίμου Α . . . . .

[. . . . ἀγω]νοθ[ετοῦντος τοῦ δεῖνος, ἱερα-]
[τεύοντος δὲ] Διονύσ[ου] καὶ τ[οῦ] Δήμ[ου τοῦ δεῖνος] {τραγωδῶν / κωμωδῶν]
[ὁ δεῖνα Μη]τροθώρου Λεβέδιος
χορηγὸς Διούχης Εἰκαδίου
Πυρρί[χ]ης καὶ παίδων αὐλητῶν·
χορηγὸς Ἑρμόθεστος Ἑρμοθέστου
αὐλητὴς Μ[η]νόδοτος Ἀριστοκράτου
ὁ ἐκ Θεοκρίτου.
Αὐλητῶν ἀνδρῶν· χορηγὸς
Ἀγαθοκλῆς Ἀγαθοκλείους
ὁ φύσει
Ἡροφίλου· αὐλητὴς Μηνόδοτος
Ἀριστοκράτου ὁ ἐκ Θεοκρίτου.

Primi versus et parum accurate descripti et admodum lacunosi sunt, ut nihil fere cum probabilitate restitui queat. Vs. 1 Boeckh conicit scriptum fuisse [*Ἐπὶ ἄρχοντος τοῦ δεῖνος ἀγῶνες ἤχθησαν Διονύσω*] *καὶ τῶ δήμω, ἐνίκων δὲ οἵδε.* Mirum tamen est, quod non statim subiunguntur nomina victorum, sed agonotheta (et sacerdos?) nominatus fuit. Boeckh putat *Ὀνήσιμος Ὀνησίμου* esse nomen agonothetae, sed vix puto exemplum exstare in huius modi titulis, in quo *ἠγωνοθέτει* nomini postpositum sit; atque veri similius videtur illud nomen alio pertinere, fortasse ad magistratum eponymum, etsi nominativus tum servari vix potest. Saepius in huius generis titulis praescripta sunt nomina magistratus eponymi, agonothetae, sacerdotis Bacchi (cfr. C. I. G. 1587, al.), quod hic quoque factum esse mihi non improbabile videtur. Obstat sane vs. 4, ubi traditur *ΔΙΟΝΥΣΩΙΚΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙ*; sed cum in vs. 1 *ΤΩΔΗΜΩ* omisso iota muto legatur, exspectandum est, si vs. 4 dativus recte se haberet, futurum fuisse ut ibi quoque sine iota muto scriberetur. Quare *ΩΙ* in *ΟΥ* mutavi et sacerdotis mentionem factam esse statui. Tamen omnia haec admodum incerta esse bene scio. Vs. 4 qui nominatur Lebedius est artifex Dionysiacus, qui in uno certaminis genere vicit; cum choregi pyrrhichistarum et chororum cyclicorum infra nominati sint, hic sermo esse videtur de tragoediis vel comoediis, etsi mirum est, quod alterius tantum generis mentionem factam esse

spatium ostendit. Histrioni (?) additur choregus. Vs. 6 Boeckh scripsit *Δι(ε)ύχης*; sed confer infra n. 113, 6. 117, 13.

Reliqua plana sunt; videmus choregiam chororum puerorum et pyrrhichistarum ab eodem praestari, ut in titulo insequenti. Unde concludi potest, sumptum impendendum in duos choros, quorum alter erat cyclicus puerorum, alter pyrrhichistarum, eundem fere fuisse atque eum qui impendebatur in unum virorum chorum cyclicum.

Ἑρμόθεστος nomen Teium invenitur etiam C. I. G. 3064. — Quid sit *ὁ ἐκ Θεοκρίτου* vs. 10. 15 incertum esse dicit Boeckh; ipse conicit hoc scriptum esse pro *ὁ φύσει Θεοκρίτου*. Sed hoc propterea mihi non probabile esse videtur, quod paullo post invenimus *Ἀγαθοκλῆς Ἀγαθοκλείους ο φύσει Ἡροφίλου,* atque nullam video causam, cur in hac re variatum sit. Quare puto Menodotum inter maiores suos habuisse Theocritum quendam, qui quovis modo tantam gloriam adeptus est, ut Menodotus cum ostentatione quadam illius nomen suo addere soleret. Cfr. Le Bas-Wadd. Asie min. 244: *Μ. Ἀντώνιος Ἀσιάρχης, υἱὸς Ἀντ. Ἀπολλοδώρου Ἀσιάρχου, ἔκγονος Ἀντωνίου Ἀπολλοδώρου Ἀσιάρχου.* Ibid. 883 = C. I. G. 3831 a 10: *Αὐρηλιανόν, Ἀσίας ἀρχιερέων ἔγγονον,* alia eiusmodi.

104.

Prope Teon in porticu Moscheae oppidi Sevrihissar secundum Chandlerum, in vico Sigazik secundum Guerinum. Ed. Boeckh C. I. G. 3090.

Ἀπολλώνιος Ἑστ[ιαίου]?
χορηγοί· πυρρίχης·
Ἀντίμαχος Ἰάσονος,
αὐλητῶν παίδων·
Ἀντίμαχος Ἰάσονος· [αὐλητὴς]
Κρατῖνος Μηνοφίλου Περγαμηνός.

Quis sit Apollonius non liquet; Cratinum tibicinem esse certum puto. Eum eundem esse atque Cratinum artificum sacerdotem C. I. G. 3070 haud male coniecit Boeckh. Quod si verum est, titulus medio fere saeculo altero ante Christum natum exaratus est. Cfr. n. 103.

105/6. Miletus.

105.

Mileti, in theatro. Ed. O. Rayet, Revue archéol. N. S. XXVIII (1874), p. 108.

[Ἐ]πὶ στεφανηφόρου	Ἐπιγόν[ου]
[Παίδ]ων χορηγὸς	Ἀνδρῶν χορηγὸς
. . . . ης Βηβιλέως,	Ἡγέλοχος Πρωταγόρου,
[Αὐλητὴ]ς Σωκράτης	Αὐλητὴς Σωκράτης
[Ζωχάριο]ς Ἀθηναῖος	Ζωχάριος Ἀθηναῖος

Restit. Rayet; idem vs. 3 *Βηβιλέως* certum esse adfirmat. Choregi sunt victores; utrique additur tibicen, qui hoc loco idem est. Magistri chori nulla fit mentio, ut in titulis antecedentibus. Morem fuisse Mileti, ut choregi victores eius modi titulum vel monumentum, cui titulus subscriptus erat, dedicarent, docet titulus qui proxime sequitur. Is enim prorsus eodem modo conceptus fuit, quod sane priores editores (Chandler et Boeckh), cum unum huius generis haberent exemplum intellegere vix potuerunt. Ad quam aetatem titulus spectet, concludi potest ex mentione Socratis tibicinis. Supra in titulo Attico n. 61 est *Σωκράτης Ῥόδιος αὐλητής*, in Soteriorum catalogo (Wescher-Foucart, Inscr. de Delphes 4, 14) *Σωκράτης Σωχάριδος Ῥόδιος αὐλητής*, in nostro denique titulo *Σωκράτης Ζωχάριος Ἀθηναῖος*, atque patris nomen altero et tertio loco additum docet, tribus his locis eundem hominem significari. In titulo Milesio Socrates Atheniensis inscriptus est, quod civitatem Atticam adeptus erat. Titulus Atticus (et Delphicus) referendus est ad priorem partem saeculi tertii ante Christum. Post hunc, sed non ita multo post, circa annum 250, noster titulus exaratus videtur.

106.

Mileti; ex Chandlero ed. Boeckh, C. I. G. 2868.

[Ἐ]πὶ στεφα[νηφόρου τοῦ δεῖνος]

[π]αίδων χορηγὸς	[ἀνδρῶν χορηγὸς]
Ἡραγόρας Ποσειδωνίο[υ]	[ὁ δεῖνα]
αὐλητὴ[ς Κλ]εινίας	αὐ[λητὴς . . . .]
Ποσειδωνίου Μακεδών.	. . . .

Boeckhii restitutionem magna ex parte falsam esse non opus est pluribus demonstrare; cum vs. 3 et 5 eundem hominem nominatum esse putaret, coniecit eum priore loco inscriptum fuisse ut chori magistrum, altero ut praecentorem. Sed neque magistri neque praecentoris ullam rationem habitam esse apparet ex titulo antecedenti, atque casui tribuendum est, quod patres choregi et tibicinis eodem nomine usi sunt.

107—153.
Iasus.

Quadraginta septem infra exstant tituli, qui spectant ad celebrationem Dionysiorum urbis Iasi in Caria sitae et ad historiam theatri Iasensis, cuius muris lapides nunc immissi sunt. Hi tituli proprie choregici dici vix possunt; non enim pertinent ad ipsam choregiam civium Iasensium, sed ad ἐπιδόσεις, quas cives faciebant ad augendum splendorem Dionysiorum. Neque vero sine causa has inscriptiones recepi inter inscriptiones ad choregiam pertinentes. Ἐπιδόσεις enim illae non sunt quorumlibet civium, sed agonothetarum et choregorum, atque ita haec res fuit instituta, ut agonothetae et choregi Iasenses eas facere solerent, et ut dici fere possit, eiusmodi ἐπίδοσιν esse partem choregiae. Qua de re infra pluribus disputabitur. Id unum reprehendi fortasse possit, quod non exclusi titulos n. 124, (130?), 131, qui pertinent ad ἐπιδόσεις extra ordinem factas. Sed his tam arcta cum ceteris intercedit necessitudo, ut facile veniam me impetraturum esse sperem. Omnes hi tituli editi sunt ap. Le Bas-Waddington, Inscriptions d'Asie mineure n. 252—280. 282—299.

Iam si ipsas inscriptiones consideramus, videmus in iis recenseri nomina eorum, qui ἐπιδόσεις fecerunt praemissis nominibus stephanephori et agonothetae. Stephanephorus (Apollinis) est eponymus Iasensium magistratus. Memorabile est, quod in his titulis non semper nomen ipsius stephanephori anni cuiusque praescriptum invenimus (ἐπὶ στεφανηφόρου τοῦ δεῖνος), sed saepe tempus ita indicatur, ut commemoretur, quotus sit eius anni stephanephorus post alterum quendam, cuius nomen adfertur (ἐπὶ στεφανηφόρου τοῦ μετὰ τὸν δεῖνα, τοῦ δευτέ-

ρου, τοῦ τρίτου cett. *μετὰ τον δεῖνα*). Hoc eo magis mirum est, quod certa lex hac in re adhibita non esse videtur: Semel novem deinceps anni illo modo sunt indicati (cf. n. 114—121), saepius quattuor (cf. 132. 144) vel quinque (113), invenimus vero etiam in tribus titulis, qui ad tres annos continuos spectant (n. 145/47) ipsa stephanephororum nomina inscripta. Quibus rationibus hac in re ducti sint Iasenses nos nunc prorsus fugit. Waddington conicit, eos ideo hoc ita instituisse, ne cives nimium stephanephororum numerum memoria tenere deberent. Sed haec si sola fuisset causa, certe iisdem usi essent intervallis inter eos annos, qui ipsis stephanephororum nominibus indicarentur. Similem morem obtinuisse Prienae apparet ex titulo n. 192 ap. Le Bas-Wadd. — Iasi stephanephororum fuisse eos catalogos, qui hic tractantur, conficiendos curare apparet ex t. n. 112, 20 „*καὶ τῶν ἐπ' ἐμοῦ ἐπινευσάντων.*"

Postquam stephanephori et agonothetae mentio facta est, in titulis nostris transitus fit ad recensenda nomina eorum, qui *ἐπιδόσεις* fecerunt, his formulis:

οἵδε ἐπέδωκαν (n. 107. 113),
οἵδε ἐπέδωκαν τῶν ἐπινευσάντων (*καὶ ἐπαγγειλαμένων*) (n. 108—112),
οἵδε τῶν πρότερον ἐπινευσάντων (*ἐν Διονυσίοις*) *ἀπέδωκαν* (114. 116. 118. 120—123. 125—127. 132—153),
οἵδε τῶν πρότερον ἐπιδόντων ἀπέδωκαν (115. 117. 119).

Videmus, morem fuisse, ut ii, qui *ἐπίδοσιν* dare volebant, se hoc facturos esse antea pollicerentur, atque inde explicatur, quod in plurimis titulis est verbum *ἀποδιδόναι* (h. e. dare quod promissum est, ergo dari debet). Ex genetivo partitivo (*οἵδε*) *τῶν ἐπινευσάντων* videtur concludi posse, non semper omnes, qui *ἐπίδοσιν* promiserant, eam praestitisse, etsi posteriore tempore propterea hoc saepius factum esse nequit, quod in omnibus fere titulis idem civium (et metoecorum) numerus inscriptus est. — Mirum videtur, quod in tribus titulis (115. 117. 119) pro *ἐπινευσάντων* est *ἐπιδόντων*. Cum hi tituli plane nihil differant a reliquis atque etiam in n. 116 et 118, quorum anni interiecti sunt annis titulorum 115. 117. 119, sit *τῶν ἐπινευσάντων*, fieri non potest, quin formulae *οἵδε τῶν πρότερον ἐπινευσάν-*

των ἀπέδωκαν et *οἵδε τῶν πρότερον ἐπιδόντων ἀπέδωκαν* eundem habeant sensum; *οἱ ἐπιδόντες πρότερον* videtur neglegentius dictum esse pro *οἱ ἐπινεύσαντες πρότερον ἐπιδώσειν*. — Inde quod in multis titulis est *οἵδε τῶν πρότερον ἐπινευσάντων ἐν Διονυσίοις*, apparet morem fuisse, ut cuiusque anni Dionysiis eae *ἐπιδόσεις* promitterentur, quae proximo anno solvendae erant.

Homines, quorum nomina in his catalogis recensentur, aut sunt stephanephori, aut agonothetae, aut choregi. Interdum fiebat, ut stephanephori *ἐπίδοσιν* praestarent, aut eodem anno, quo munere fungebantur (cfr. 107, 12), aut proximo (108, 15. 109, 4. 127, 11). Agonothetae vero omnes *ἐπίδοσιν* fecisse videntur. Tempore antiquiore saepius eodem anno eam praestabant, quo munere suo fungebantur (cf. 107, 2. 108, 4. 110, 4), postea vero semper anno proximo. In titulis 114—153 agonothetarum ita fit mentio, ut, ubicunque certum est, duos titulos spectare ad duos continuos annos, in altero idem homo *ἐπίδοσιν* praestitisse dicatur, qui in priore agonothetae munere fungitur. Unde pro certo colligendum est, Iasi agonothetas si non lege attamen more coactos fuisse proximo anno post agonothesiam *ἐπίδοσιν* facere. Hoc si tenemus, facile intellegitur, fieri posse, ut ex mentione agonothetarum concludamus, utrum duo tituli ad duos continuos annos spectent necne. Hoc indicio uti non opus est, si anni titulorum ita sunt indicati, ut eiusdem stephanephori successores praescripti legantur (velut *ἐπὶ στεφανηφόρου τοῦ δευτέρου* et *τοῦ τρίτου μετὰ Κυδίαν*); semel tamen eo usus probare conatus sum, titulum quendam eiusmodi ad alium annum referendum esse atque statuerunt Le Bas et Waddington; cfr. ad n. 138. Si vero duos habemus titulos, quibus diversa stephanephororum nomina inscripta sunt, aut quorum in altero successor stephanephori inscriptus est, in altero novi stephanephori nomen, hi tituli pertinent ad duos continuos annos, si is, qui in altero agonothetae munere fungitur, in altero *ἐπίδοσιν* praestitisse dicitur; quod si non ita est, lacuna inter eos statuenda est. Hoc indicium si ad titulos 114—153 (nam eo tempore, ad quod spectant n. 107—113, illa lex nondum omnino observata videtur) adhibemus, sequitur, lacunas esse nter titulos 122/23, 123/25, 139/40, 149/50, 152/53, ad con-

tinuos vero annos spectare titulos 121/22, 144/47, 150/51. — Ex omnibus, qui quoque anno ἐπίδοσιν praestant, semper primo loco nominatur agonotheta. Plerumque nomini additur ἀγωνοθέτης (vel ἀγωνοθετήσας); hoc non fit in titulis 114—125 et 139, in quibus sine ullo additamento enumerantur nomina eorum, qui ἐπίδοσιν praestabant, ita tamen, ut primo loco commemoretur agonotheta anni antecedentis. Saepius videmus factum esse, ut idem civis eodem anno et agonothetae et choregi munere fungeretur, atque proximo anno duas faceret ἐπιδόσεις; cf. n. 112, 4. 6. 141, 4. 5. 149, 4. 5. 150, 8. 12.

Ii, qui praeter stephanephoros et agonothetas in titulis nostris commemorantur, sunt choregi. Mos fuit Iasi, ut choregi praeter ipsius choregiae sumptus ἐπίδοσιν facerent ad augendum splendorem Dionysiorum. Antiquiore tempore eam faciebant modo ipso choregiae anno, modo anno proximo; cf. n. 107—109. In his titulis ad nomina eorum, qui anno antecedenti choregi fuerant, additum est χορηγήσας ἐν τῷ ἐπάνω ἐνιαυτῷ, vel χορηγήσας (πρότερον), ad nomina eorum, qui eodem anno hoc munere fungebantur, χορηγῶν vel χορηγοί. Posteriore vero tempore choregi semper ἐπίδοσιν praestabant anno proximo post choregiam. Omnes certe choregi, qui in titulis 110. 111. 113—153 ἐπίδοσιν praestitisse dicuntur, munere suo functi sunt anno antecedenti; in titulo 112 post choregos anni antecedentis duo homines inscripti sunt, qui eodem anno ἐπίδοσιν praestiterunt, quo eam promiserunt (καὶ τῶν ἐπ' ἐμοῦ ἐπινευσάντων ἐπέδωκαν vs. 20). Plerumque in his catalogis choregi ab agonothetis, qui una cum iis ἐπίδοσιν praestant, ita distinguuntur, ut addatur participium χορηγήσας vel substantivum χορηγοί, sed in titulis n. 114—123. 125. 139 nomina agonothetarum et choregorum sine ullo eiusmodi additamento inscripta leguntur. In his qui primo loco commemoratur, est agonotheta, reliqui omnes choregi. — Numerus choregorum ἐπιδόσεις praestantium non semper idem est: Duo tantum cives inscripti sunt in titulis n. 108. 109, quinque in n. 110. 111. 139, sex in n. 140, in plurimis vero quattuor civium nomina inscripta sunt. Metoecorum in titulis n. 107—110, 113 (?), 114, 115 omnino nulla fit mentio, in reliquis interdum tres (111. 138), saepius unus, plerumque duo inscripti sunt.

Ἐπιδόσεις ipsae antiquiore tempore plerumque ita fiebant, ut agonothetae et choregi (et stephanephori) suo quisque sumptu artificem Dionysiacum ad artem exercendam conducerent in singulos vel binos dies; cf. titulos n. 107—113. In his artificum genera commemorantur haec: *τραγῳδοί, κωμῳδοί, αὐληταί, κιθαρισταί, αὐλῳδός* (109, 11. 111, 12), *χοροψάλτρια* (112, 24). Uniuscuiusque artificis nomini addita sunt verba *καὶ ἡ πάροδος εὗρε δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν.* Apparet igitur Iasenses gratuitum habuisse aditum ad spectacula ab artificibus illis edita, sed quem sensum habeant verba *ἡ πάροδος εὗρε δραχμήν,* difficile est dictu. *Πάροδος* saepius usurpatur de artifice in publicum prodeunte ad artem exercendam, ut nostro sermone sit „das Auftreten eines Künstlers". In fabularum commissionibus *πάροδος* vocatur „ingressus chori in orchestram", atque inde originem ducit usus, ut hac voce significetur „primum carmen, quod cantant choreutae". Verbum *εὑρίσκειν,* si ei additur obiectum, quo aliqua pecuniae summa significatur, nostro sermone est „kosten, bezahlt werden mit, verkauft werden für". Vertendum igitur est enuntiatum *ἡ πάροδος εὗρε δραχμήν* his fere verbis: „das Auftreten wurde mit einer Drachme bezahlt", vel „für das Auftreten wurde eine Drachme gezahlt"; sed cum ipsum artificem hanc drachmam accepisse incredibile sit, cum diserte dicatur, spectatores nihil solvisse, equidem fateor, me non intellegere, quid sibi velint verba illa. Waddington putat, voce *πάροδος* hic significari chorum et statuit, choreutas singulos singulas drachmas accepisse. Sed num omnino fieri potuerit, ut Graeci *πάροδος* dicerent pro *χορός,* mihi valde dubium videtur, atque item *εὑρίσκειν* significare vix potest „accipere". Praeterea vero non est probabile, omnes artifices, quorum nominibus illa verba addita sunt (h. e. tragoedos, comoedos, auletas, auloedos, citharistas, choropsaltrias), una cum choro prodiisse. Quare Waddingtonium hac in re verum non vidisse puto, etsi ipse probabiliorem explicationem proponere nequeo.

Posteriore tempore Iasi *ἐπιδόσεις* non iam ita fiebant, ut agonothetae et choregi suis sumptibus artificem conducerent, sed ut certam pecuniae summam solverent, qua eos, qui Iasi Dionysiis praeerant, imprimis item ad artifices conducendos usos

esse consentaneum est. Interdum idem factum esse videtur iam eo tempore, quo antiquior mos vigebat; cf. 107, 19, ubi Hermodorum agonothetam trecentas drachmas solvisse commemoratur. In omnibus autem titulis inde a n. 114 novum morem unice videmus adhibitum, praeterquam quod in titulo n. 138 agonotheta et tres metoeci coniuncti Euclem comoedum conducunt in duos dies. Agonotheta et cives choregi solvebant ducenas, metoeci centenas drachmas.

Praeterea saepius fiebat, ut cives Iasenses aut suis sumptibus partem theatri reficiendam curarent (cf. 111. 124), aut hunc ad finem pecuniam solverent (cf. 130. 131). In titulo n. 108 agonotheta Cydias, praeterquam quod tibicinis mercedem solvit, in se suscipit sumptus pompae et sacrorum et aliarum caerimoniarum (*καὶ ὑπὲρ τοῦ δήμου τὴν πομπὴν καὶ τὰς θυσίας καὶ τὰ νομιζόμενα τῷ Διονύσῳ συνετέλεσεν ἐκ τῶν ἰδίων*).

His de argumento et forma titulorum Iasensium disputatis restat ut exponam, qua aetate illi exarati esse videantur. Qua in re diiudicanda maxime adiuvamur mentione Cratonis Zotichi filii tibicinis 110, 11; hic inter annos fere 172—150 primum locum obtinuit in collegio artificum Dionysiacorum, qui Tei sedem habebant (cfr. ad n. 110), atque cum eo tempore, quo Iasi Dionysiis intererat, nondum ad magnam pervenisse videatur auctoritatem, vix errabimus statuentes, titulum 110 exaratum esse circa annum 180, ita ut tituli 110—153 referendi sint ad annos fere 180—130. Convenit cum hac ratione, quod Demeae, Stesiochi f. stephanephori Iasensis, qui munere functus esse videtur intra annos 188 et 168 (cf. Waddington, Inscr. d'Asie n. 251) filius commemoratur 125, 10: *Στησίοχος Δημέου.* Waddington praeterea inde, quod in titulo n. 139 inter metoecos commemoratur civis Marathi urbis Phoeniciae, quae regnante Alexandro Bala (151—146) deleta est, conclusit, hunc titulum recentiorem esse non posse anno 146. Metoecum enim illum ex more Graecorum se Marathenum appellare non potuisse post urbem deletam. Hoc argumentum propterea eo maioris momenti esse videri, quod, si statueretur, Demeam (ap. Wadd. n. 251) stephanephorum fuisse anno 188, atque ratio haberetur lacunarum, quas inter complures titulos exstare manifestum est, titulus 139 in ipsum annum 146 incideret. Haec ne subtilius quam verius

disputata sint vereor. Id unum concedo, non esse admodum veri simile titulum 139 post urbem Marathum deletam exaratum esse, etsi non video, cur non metoecus ille etiam nonnullis annis post patriam deletam pleno nomine se appellare potuerit *Εὐή-νεμος Ἀπολλωνίου Μαραθηνός*, si alius urbis civitatem nondum adeptus erat. Sed omnino ratio illa, qua utitur Waddington, admodum debili nititur fundamento: Neque certum neque admodum probabile est, Demeam ipso anno 188 stephanephorum fuisse, atque quomodo quisquam potest demonstrare, non plurium annorum lacunas esse inter titulos Iasenses, quam ille statuit? Dicit sane: „en tenant compte des lacunes", sed ita tantum lacunarum rationem habuit, ut statueret inter duos titulos totidem titulos interiisse, quot stephanephoros deesse cognosceret ex altero eorum. Quod quo melius intellegatur, ipsa exempla examinemus: Proficiscitur ab anno Demeae stephanephori (v. n. 251 ap. Le Bas-Wadd.), quem annum 188 a. Chr. fuisse statuit. Primus ex nostris titulis, n. 107, exaratus est *ἐπὶ στεφ. τοῦ μετὰ Νημερτέα,* manifestum igitur est, anno antecedenti Nemertem ipsum fuisse stephanephorum. Iam hunc Nemertem illi Demeae successisse statuit Waddington, etsi plane nihil est, quo hoc comprobetur, et optime cogitari potest, complures annos inter hos duos stephanephoros intercessisse. Titulus 110 scriptus est *ἐπὶ τοῦ δευτέρου μετὰ Μένιππον,* desunt igitur tituli annorum ipsius Menippi et *τοῦ μετὰ Μένιππον*, atque hos duos annos nequaquam neglegit Waddington. Sed quis spondet, Menippum continuo successisse Cydiae, qui est stephanephorus in n. 109, cur non inter Cydiam et Menippum complures fuisse possunt agonothetae, quorum nomina una cum titulis interierunt? Item lacuna inter titulos 113 et 114 fortasse maior fuit, quam ille statuit, atque quod titulos 122. 123. 125 non ad continuos annos pertinere maxime est probabile (cf. p. 218), omnino neglexit. Computatio igitur illa minus est accurata, quam ut inde quidquam concludi possit de aetate horum titulorum. Sed Cratonis tibicinis mentio ostendit, titulos nostros referendos esse ad id fere tempus, quod est inter annos 190 et 130, atque hoc confirmatur aliqua ex parte mentione Stesiochi, Demeae filii, 125, 9 et civis Maratheni 139, 9.

Iam ipsorum propono textum titulorum. Supplementa sunt

Waddingtonii, nisi adnotatum est, me ipsum alia vel plura supplevisse.

107.

Iasi, „sur la face latérale du montant de la porte du théâtre"; eodem loco inveniuntur tituli n. 108—113. Edd. Le Bas-Waddington, Inscr. d'Asie mineure n. 252.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀπόλλωνος τοῦ μετὰ Νημερτέα
οἵδε ἐπέδωκαν· ἀγωνοθέτης Ἀπολλόδωρος
Χάρμου Σωσύλον τὸν κωμωιδὸν ἡμέρας δύο,
καὶ ἡ [πάρ]οδος εὗρεν δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο
δωρε[άν· Ἰ]δύμας Ἀντιπάτρου, τῆς ἐπιδόσε-
ως ἧ[ς ἐπ]ένευσεν χορηγῶν ἐν τῶι ἐπάνω ἐνιαυτῶι,
Σωσύλον τὸν κωμωιδόν, καὶ ἡ πάροδος εὗρεν
δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν· Βλόσων
Πυθίωνος τῆς ἐπιδόσεως ἧς ἐπένευσεν χορηγῶν
ἐν τῶι ἐπάνω ἐνιαυτῶι, Σωσύλον τὸν κωμωιδόν,
καὶ ἡ πάροδος εὗρεν δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο
δωρεάν· Νημερτὴς Θεοτίμου τῆς ἐπιδόσεως ἧς
ἐπένευσεν στεφανηφορῶν Εὐάλκην τὸν κιθαριστήν,
καὶ ἡ πάροδος εὗρεν δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο
δωρεάν· Μένων Ἀρτέμωνος χορηγῶν Εὐάλκην
τὸν κιθαριστήν, καὶ ἡ πάροδος εὗρεν δραχμήν, ἡ δὲ
θέα ἐγένετο δωρεάν· Μενέδημος Ἀρτέμωνος
χορηγῶν Εὐάλκην τὸν κιθαριστήν, καὶ ἡ πάροδος εὗρεν
δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν· Ἑρμόδωρος
Δρακοντίδου τῆς ἐπιδόσεως ἧς ἐπένευσεν ἀγωνοθετ[ῶν]
ἐν [τῶι ἐπά]νω ἐνιαυτῶι δραχμὰς τριακοσίας.

Vs. 8: *Βλόσων Πυθίωνος* choregus videtur avus esse agonothetae eiusdem nominis, qui commemoratur infra 144, 3. 145, 3.

Vs. 19: Hermodori choregi filius fortasse est Dracontides agonotheta 125, 4; cfr. notas tituli 125.

108.

Iasi; v. ad n. 107. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 253.

Ἐπ[ὶ στε]φανηφόρου Πανταίνου τοῦ Ἱεροκλείους,
[ἀγων]οθέτου δὲ Κυδίου τοῦ Ἱεροκλείους,

[οἵδε] ἐπέδωκαν τῶν ἐπινευσάντων καὶ ἐπαγγει[λαμ]ένων· ἀγωνοθέτης Κυδίας Ἱεροκλείους [αὐλ]ητὴν Μνασίαν Πυρρίλου Βοιώτιον, καὶ εὗρεν [ἡ πά]ροδος δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν· καὶ ὑπὲρ τοῦ δήμου τὴν πομπὴν καὶ τὰς θυσίας καὶ τὰ νομιζόμενα τῶι Διονύσωι συνετέλεσε[ν] ἐκ τῶν ἰδίων κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν· καὶ χορηγοί· Λέων Δημητρίου κιθαριστὴν Ἀπολλώνιον Θεογένου Μύνδιον, καὶ εὗρεν ἡ πάροδος δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν· Μενοίτιος Ἱεροκλείους κιθαριστὴν Ἀπολλώνιον Θεογένου Μύνδιον, καὶ εὗρεν ἡ πάροδος δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν· καὶ στεφανηφόρος Πάνταινο[ς] Ἱεροκλείους αὐλητὴν Μνασίαν Πυρρίλου Βοιώτιο[ν] καὶ εὗρεν ἡ πάροδος δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν.

Pantaenus, Hieroclis filius (vs. 1. 15), infra n. 110, 2. 4 est agonotheta; frater eius Cydias, qui hic agonothetae muncre fungitur, in titulo insequenti stephanephorus inscriptus est; cf. 109, 1. 4.

109.

Iasi; v. ad n. 107. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 254.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Κυδίου τοῦ Ἱεροκλε[ίους], ἀγωνοθέτου δὲ Μελανίωνος τοῦ Ἐπικράτο[υ] οἵδε ἐπέδωκαν τῶν ἐπινευσάντων καὶ ἐπαγγειλαμένων· στεφανηφόρος Κυδίας Ἱεροκλείους κιθαριστὴν Πυθίωνα καὶ ἡ πάροδος εὗ[ρεν δρ]αχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν· κα[ὶ αὐλ]ητὴν Νικοκλῆν, καὶ ἡ πάροδος εὗρεν δ[ραχμή]ν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν· [χορηγ]οί· Ἄδμητος Ἑκαταίου αὐλητὴν Νικοκλῆν [καὶ εὗρ]εν ἡ πάροδος δραχμήν, ἡ δὲ θέ[α ἐγέν]ετο δωρεάν· Μενεκλῆς [Ἱεροκ]λείου[ς αὐλ]ωιδὸν Μετάνειρον ἐφ' [ἡμέρας δ]ύο καὶ εὗρεν ἡ πάροδος δραχμ(ή)[ν], ἡ δὲ θέ[α ἐγέν]ετο δωρεάν.

Vs. 13 *ΔΡΑΧΜΑ . ΗΔΕ*; Waddington scripsit *δραχμά[ς]* et statuit, duas drachmas solutas esse. Neque vero *δραχμαί*

et *δύο δραχμαί* idem est; necesse erat numerum accuratius definiri. Hic quoque legendum est *δραχμήν*.

Μετάνειρος auloedus (vs. 12) commemoratur etiam 111, 12.

110.

Iasi; v. ad n. 107. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 255.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀπόλλωνος τοῦ δευτέρου μετὰ
Μένιππον, ἀγωνοθέτου δὲ Πανταίνου τοῦ
Ἱεροκλείους, οἵδε ἐπέδωκαν τῶν ἐπινευσάντων·
ἀγωνοθέτης Πάνταινος Ἱεροκλείους
αὐλητὴν Σάτυρον Ἀριστοκλείους Βοιώτιον
ἡμέρας δύο, καὶ εὗρεν ἡ πάροδος δραχμήν, ἡ δὲ
θέα ἐγένετο δωρεάν· Ἀριστόκριτος Γλαύκου
κατὰ υἱοθεσίαν δὲ Διοδώρου χορηγήσας πρότερον
Κράτωνα Ζωτίχου Καλχηδόνιον αὐλητὴν ἡμέρας
δύο, καὶ εὗρεν ἡ πάροδος δραχμήν, ἡ δέ θέα ἐγένετο
δωρεάν· Ἡράκλειτος Φορμίωνος χορηγήσας πρότε-
[ρ]ον Ἀθηνόδωρον κωμῳδόν, καὶ εὗρεν ἡ πάροδος δρα-
[χ]μήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν· Κλεάναξ Κλεαινέτου
ἀγωνοθετήσας πρότερον Ἀθηνόδωρον κωμῳδόν,
καὶ εὗρεν ἡ πάροδος δραχμὴν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρε-
άν· Κτησίας Μητροδώρου χορηγήσας πρότερον
Ἀθηνόδωρον κωμῳδόν, καὶ εὗρεν ἡ πάροδος
δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν· Μενίτας
Μαιανδρίου χορηγήσας πρότερον Ἀθηνόδω-
ρον κωμῳδόν, καὶ εὗρεν ἡ πάροδος δραχμήν, ἡ δ[ὲ]
θέα ἐγένετο δωρεάν· Χαρίδημος Θεοφίλου
χορηγήσας πρότερον Ἀθηνόδωρον κωμῳδόν,
καὶ εὗρεν ἡ πάροδος δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο
δωρεάν.

Vs. 9: Crato Zotichi filius Chalcedonius tibicen satis notus est ex inscriptionibus; cfr. C. I. G. 3067—71, Le Bas-Waddington, Inscr. d'Asie 1558, Bull. de corr. hell. IV (1880) p. 164. Fuit sodalis collegii artificum Dionysiacorum, quod sedem habebat Tei et vocabatur *τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν τῶν ἐπ' Ἰωνίας καὶ Ἑλλησπόντου*. Huius collegii saepius fuit agonotheta et sacerdos atque omnino primum inter

omnes sodales locum tenuisse videtur. Postea magna gratia floruit apud reges Pergamenos, Eumenem II. et Attalum II. Horum in honorem Cratone auctore institutum est collegium Attalistarum. Boeckh in C. I. G. eum fere inter annos 172 et 150 floruisse computat. Eo tempore, quo Iasi Dionysiis interfuit, nondum tantam habuisse videtur auctoritatem, quantam postea adeptus est; recte puto Waddingtonium statuisse hunc titulum inter annos 180 et 170 esse exaratum.

111.

Iasi; v. ad n. 107. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 256.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀπόλλωνος τοῦ τρίτου μετὰ Μένιππον
ἀγωνοθέτου δὲ Θεαιτήτου τοῦ Μελανίωνος οἵδε ἐπέδωκαν
τῶν ἐπινευσάντων· Ἑρμῶναξ Ποσειδίππου χορηγήσας
πρότερον ἀνέθηκεν ἐν τῶι θεάτρωι βάθρον λίθινον ἕν· Κυδίας
Ποσειδίππου χορηγήσας πρότερον ἀνέθηκεν ἐν τῶι θεάτρωι βά-
θρον λίθινον ἕν· Κλεάναξ Θεοκλείους χορηγήσας πρότερον Λυκό-
φρονα τὸν τραγωιδόν, καὶ ἡ πάροδος εὗρε δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο
δωρεάν· Ταυρίων Ἑκαταίου χορηγήσας πρότερον Ἀπολλόδωρον κω-
μωιδόν, καὶ ἡ πάροδος εὗρε δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν· Λέων Ἰάσονος
χορηγήσας πρότερον Ἀπολλόδωρον τὸν κωμωιδόν, καὶ ἡ πάροδος
εὗρε δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν. — Μετοίκων· Ἰάσων Ἑκατωνύ-
μου χορηγήσας πρότερον Μετάνειρον αὐλωιδόν, καὶ ἡ πάροδος εὗ[ρεν]
δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν· Ἑκαταῖος Ἀθηνοδώρου Στρα[το]-
νικεὺς χορηγήσας πρότερον Θεόδωρον κωμωιδόν, καὶ εὗρεν ἡ πά[ρο]-
δος δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν· Ἀπολλώνιος Φανο-

κρίτου χορηγήσας πρότερον Θεόδωρον κωμῳδόν, καὶ ἡ πάρ-
εὗρε δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν. οδο[ς]

Hermonax Posidippi f. (vs. 3) infra 121, 3. 122, 6 agonotheta inscriptus est. Cleanax, Theoclis f. choregus (vs. 6) postea stephanephorus factus est; cfr. 114, 3. 115, 3 sqq.

112.

Iasi; v. ad n. 107. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 257.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀπόλλωνος τοῦ τετάρτου μετὰ [Μέ]νιππον, ἀγωνοθέτου δὲ Μοσχίωνος τοῦ Ἀντιφῶντ[ος] [οἵ]δε ἐπέδωκαν τῶν ἐπινευσάντων πρότερον· Θεαί[τη]τος Μελανίωνος ἀγωνοθετήσας Ἀθηνόδωρον Ἡρακλ[εί]δου κωμῳδὸν ἡμέρα[ν μί]αν, καὶ εὗρεν ἡ πάροδος δραχμή[ν], ἡ δὲ θέα ἐγέν[ετο δωρεάν]· Θεαίτητος Μελανίωνος χορηγήσας . . . . ν κωμῳδὸν ἡμέραν μίαν καὶ εὗρεν ἡ πάροδος δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν· Ἱπποκράτη[ς Μητρ]οδώρου χορηγήσας πρότερον Ἀθηνόδωρον Ἡρακλείδου κωμῳδὸν ἡμέραν μίαν καὶ εὗρεν ἡ πάροδος δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν· Μάνδρων Φανοκρίτου χορηγήσας Ἀθηνόδωρον Ἡρακλείδου κωμῳδὸν ἡμέραν μίαν καὶ εὗρεν ἡ πάροδος δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν· Δημήτριος Ἀπολλοδώρου χορηγήσας Ἀθηνόδωρον Ἡρακλείδου κωμῳδὸν ἡμέραν μίαν καὶ εὗρεν ἡ πάροδος δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν· Ἀγαθοκλῆς Ἱεροκλείους χορηγήσας μετοίκων Ἀθηνόδωρον Ἡρακλείδου κωμῳδὸν ἡμέραν μίαν καὶ εὗρεν ἡ πάροδος δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν· καὶ τῶν ἐπ' ἐμοῦ ἐπινευσάντων ἐπέδωκαν· Πύθων Σκύλακος χορηγήσας Κλεινοῦν Εὐάνδρου χορ[ο]ψάλτριαν ἡμέρας δύο, καὶ εὗρεν ἡ πάροδος δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν· Ἀπολλώνιος Βίωνος χορηγήσας μετοίκων Κλεινοῦν Εὐάνδρου χοροψάλτριαν ἡμέραν μίαν, καὶ εὗρεν ἡ πάροδος δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν.

Vs. 7 post *χορηγήσας* in apographo Lebasii lacuna est decem litterarum; nihil praeter comoedi nomen deesse atque falso

Waddington *πρότερον* supplevisse videtur post *χορηγήσας*. Fortasse hic quoque Athenodorus fuit inscriptus patris nomine non addito.

Hippocrates Metrodori filius choregus (vs. 9) agonotheta est 115, 5. 116, 10.

113.

Iasi; v. ad n. 107. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 258.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀπόλλωνος τοῦ πέμπτου μετὰ Μένιπ[πον]
ἀγωνοθέτου δὲ Ὀλυμπιοδώρου τοῦ Φίλωνος οἵδε ἐπέδωκ[αν]·
Μοσχίων Ἀντιφῶντος ἀγωνοθετήσας πρότερον ἐπέδω[κεν]
αὐλητὴν Νίκωνα ἡμέραν μίαν καὶ εὗρεν ἡ πάροδος δραχμήν, ἡ δὲ
θέα ἐγένετο δωρεάν· καὶ τῶν χορηγησάντων ἐπ' αὐτοῦ· Δε[ίνων]
Διούχου αὐλητὴν Νίκωνα ἡμέραν μίαν καὶ εὗρεν ἡ πάροδ[ος]
δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν· Ἱεροκλῆς Φί[. . . . .]
τραγωιδὸν Ἡρακλείδην ἡμέραν μίαν καὶ ἡ π[άροδος εὗρεν]
δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν· κ[αὶ ἀγωνοθέτης]
Ὀλυμπιόδωρος Φίλωνος τραγω[ιδὸν Ἡρακλείδην ἡμέ]-
ραν μίαν, καὶ ἡ πάροδος εὗρεν [δραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο]
δωρεάν· Ὀλυμ[πιόδωρος Φίλωνος? χορηγήσας πρότερον τρα]-
γωιδὸν Ἡ[ρακλείδην ἡμέραν μίαν, καὶ ἡ πάροδος εὗρεν δραχμήν, ἡ δὲ]
θέα ἐγέν[ετο δωρεάν· . . . . χορηγήσας πρότερον]
τραγω[ιδὸν Ἡρακλείδην? ἡμέραν μίαν, καὶ ἡ πάροδος εὗ-]
ρεν δ[ραχμήν, ἡ δὲ θέα ἐγένετο δωρεάν].

Vs. 7 extr. *Φί[λωνος]* Waddington. Vss. 14—16 supplevi.

Agonothetae Olympiodori (vs. 2. 10) filius est choregus 125, 11: *Φίλων Ὀλυμπιοδώρου.*

Filius Dinonis choregi (vs. 5), *Διούχης Δείνωνος*, commemoratur 117, 13.

114.

Iasi; „sur la face antérieure du montant de la porte du théâtre"; ibidem tituli 115—120. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 259.

Ἐπὶ στεφανηφόρου | Ἀπόλλωνος τοῦ | δευτέρου μετὰ Κλ[ε]-| άνακτα Θεοκλέους |, ἀγωνοθέτου δὲ Φι|λοκλέους τοῦ Ἀ-| ριστέου, οἵδε τῶμ | πρότερον ἐπινευ|σάντων ἀπέδωκαν· | Σώπατρος Ἐπικρά|του δραχμὰς δια|κοσίας, Φιλοκλῆς | Ἀριστέου δραχμὰ[ς] | διακοσίας, Πύρων | Λασίου δραχμὰς | διακοσίας, Μελά|νιππος Ἐφεσίου | δραχμὰς διακοσία[ς], | Πολέμαρχος Ἀρτέ|μωνος δραχμὰς | διακοσίας.

Philoclis agonothetae (vs. 5. 12) filius commemoratur 123, 9: *Ἀριστέας Φιλοκλείους.*

Sopater Epicratis filius (vs. 10) stephanephorus est 123, 1; confer etiam titulum 124.

115.

Iasi; v. ad n. 114. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 260.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀ|πόλλωνος τοῦ τρίτ|[ο]υ μετὰ Κλε-άνακτα | [Θε]οκλείους, ἀγωνο|[θέ]του δὲ Ἱπποκρά|[του] τοῦ Μη-τροδώρ[ου] | [οἵ]δε τῶμ πρότερον [ἐπ|ι]δόντων ἀπέδωκα[ν· | Φ]ιλοκλῆς Ἀριστέου δ[ρα]-| [χ]μὰς διακοσίας, Αἰσ|χί[ν]ης Ἀπολλωνίου | δραχμὰς δια-κοσία[ς] | [Π]ολύαινος Δωροθέ[ου] | δραχμὰς διακοσίας | Μενέξενος Ποσειδίπ-| που δραχμὰς διακοσίας.

Menexenus Posidippi f. commemoratur etiam 123, 6.

116.

Iasi; v. ad n. 114. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 261.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀ|πόλλωνος τοῦ τε|τάρτου μετὰ Κλεά-| νακτα Θεοκλείους | [ἀγω]νοθέτου δὲ Ε[ὐ]|θιάδου τοῦ Με-| λανθίου οἵδε τῶμ | πρότερον ἐπινευ|σάντων ἐν Διονυσ[ί]-|

οις ἀπέδωκαν|· Ἱπποκράτης Μητρο|δώρου δραχμὰς δι-|
ακοσίας· Μένιππος | [καὶ Γ]λαῦκος Ὑβρέο[υ | . . . . Λ]ύ-
σις? Φαίδρου|
. . . . . Ὑβρέου τοῦ Με|[νίπ]που δραχμὰς δι|α[κο]σίας· Λα-
χάρης|
Ἀθηνοδώρου δρα|χμὰς διακοσίας· Ἕρ|μων Ἀγαθοκλείου[ς] |
Ἀντιοχεὺς Ἀντιο|χείας τῆς πρὸς Δά|φνηι δραχμὰς ἑκα|τόν.

Vs. 14 sqq. legit Waddington [*καὶ Γ*]*λαῦκος Ὑβρέο*[*υ καὶ Λ*]*ύσις Φαίδρου* [*τοῦ*] *Ὑβρέου τοῦ Με*[*νίπ*]*που,* ex quibus verba [*καὶ Λ*]*ύσις Φαίδρου* [*τοῦ*] *Ὑβρέου τοῦ Με*[*νίπ*]*που* recte se habere nequeunt. Le Bas habet

ΑΚΟΣΙΑΣΜΕΝΙΓΓΟΣ
. . . ΛΑΥΚΟΣΥΒΡΕΟ .
. . . . . ΥΣΙΣΦΑΙΔΡΟΥ
. . . . . ιΒΡΕΟΥΤΟΥΜΕ
. . . ΓΟΥΔΡ sqq.,

quae quomodo restituenda sint equidem nescio. Vereor ne hoc loco Lebasii apographum minus sit accuratum.

Agonotheta Euthiades Melanthii f. (vs. 5) postea bis agonotheta factus est; cf. 122, 1. 125, 1.

Γλαῦκος Ὑβρέου (vs. 14) commemoratur etiam 120, 13.

117.

Iasi; v. ad n. 114. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 262.

[Ἐπὶ στε]φα[νηφόρου Ἀ]|πόλλωνος τοῦ πέμ|πτου μετὰ Κλεάνακτα|
Θεοκλείους, ἀγωνοθέ|του δὲ Ἀπολλωνίου τοῦ | Παιωνίου οἵδε τῶν πρότε-|
ρον ἐπιδόντων ἀπέδω|καν· Εὐθιάδης Μελανθίου | δραχμὰς διακοσίας, Ἑρμα-|
σκος Ἐπιγόνου δραχμὰς | διακοσίας, Ποσείδιππος | Συμμάχου δραχμὰς δια-|
κοσίας, Διούχης Δεινωνο[ς] | δραχμὰς διακοσίας, Ἀγα|θό-
λινδεὺς δραχμὰς ἑκατόν. βουλος Διονυσίου Ἀ-|

118.

Iasi; v. ad n. 114. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 263.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀ|πόλλωνος τοῦ ἕκτου | μετὰ Κλεάνακτα Θε-|οκλείους, ἀγωνοθέ|του δὲ Ὀμφαλίωνος | τοῦ Εὐβουλίδου οἵ-|δε τῶν πρότερον ἐ|πινευσάντων ἐν Διο|νυσίοις ἀπέδωκαν·| Ἀπολλώνιος Παιω|νίου δραχμὰς διακο|σίας, Ἰάσων Ἀρεταίου| φύσει δὲ Μενίππου δρα|χμὰς διακοσίας, Μητρό|φαντος Δημοφῶντος| δραχμὰς διακοσίας, | Μέλας Πόλλιος δρα|χμὰς διακοσίας, Διό-|δωρος Σατύρου δρα|χμὰς διακοσίας Δρο|μέας Θεοδώρου Νε-|αίτινος δραχμὰς ἑκατόν, | Λίβανος Ἀμφικλείους | Μύνδιος δραχμὰς ἑκατόν.

Agonotheta Omphalio Eubulidis f. (vs. 5) stephanephorus est 126, 1. 127, 11.

Vs. 21 *Νεαίτινος*: Waddington adnotat, se nusquam vestigium reperire oppidi Neaeti; putat autem Dromeam civem esse urbis Siciliae, quae a scriptoribus Latinis (cf. Cic. Verr. IV 26, 59. V 22, 56, al.) Netum, a Ptolemaeo *Νέητον* appelletur. Quod verum esse docet locus Diodori, XXIII 4, 1, ubi illius urbis incolae *Νεαίτινοι* nominantur.

119.

Iasi; v. ad n. 114. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 264.

Ἐπὶ στεφανηφόρου | Ἀπόλλωνος τοῦ | ἑβδόμου μετὰ Κλεά-|νακτα Θεοκλείους, ἀγω|νοθέτου δὲ Ἀπολλω|νίδου τοῦ Ἀριστίππου| οἵδε τῶν πρότερον | ἐπιδόντων ἀπέδωκαν· | Ὀμφαλίων Εὐβουλί-|δου δραχμὰς διακοσί|ας, Ἀρίστιππος Δωρο|θέου δραχμὰς δια-|κοσίας, Κλέων Ἀντινί|κου δραχμὰς διακο|σίας, Ἑρμίας Λεωδά-|μαντος δραχμὰς | διακοσίας, Διονύσιος | Παμφίλου δραχμὰς δι-|

ακοσίας, Διονύσιος Ἀν|τιγόνου Ἀλαβανδεὺς | δραχμὰς ἑκατόν,| Ἀσκληπιάδης Ἱππο|νίκου Φασηλίτης.| δραχμὰς ἑκατό[ν].

120.

Iasi; v. ad n. 114. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 265.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀπόλλωνος | τοῦ ὀγδόου μετὰ Κλεάνακτα| Θεοκλείους, ἀγωνοθέτου δὲ | Κυδικλείους τοῦ Λυσῆνος| οἵδε τῶν πρότερον ἐπινευ|σάντων ἐν Διονυσίοις| ἀπέδωκαν· Ἀπολλωνίδης | Ἀριστίππου δραχμὰς διακοσίας, Θαλίευκτος | Ἀντιφῶντος δραχμὰς| διακοσίας, Ἀριστείδης | Ἀντιμένου δραχμὰς διακοσίας, Γλαῦκος Ὑβρέου | δραχμὰς διακοσίας| Εἰρηναῖος Μανδρογένου | Μάγνης δραχμὰς ἑκατόν,| Κάσιος Ἀρίστωνος | Σελευκεὺς δραχμὰς ἑκατόν.

Vs. 17: Nomen *Κάσιος* ostendit, hunc metoecum fuisse civem *Σελευκείας τῆς ἐν Πιερίᾳ*, ubi colebatur *Ζεὺς Κάσιος* (Waddington).

121.

Iasi; „sur la face postérieure du montant de la porte du théâtre". Eodem loco inveniuntur tituli 122, 123, 125—127. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 266.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀπόλλωνος | τοῦ ἐνάτου μετὰ Κλεάνακτα Θεο-| κλείους ἀγωνοθέτου δὲ Ἑρμώνακ|τος τοῦ Ποσειδίππου οἵδε τῶν| πρότερον ἐπινευσάντων | ἐν Διονυσίοις ἀπέδωκαν· Κυδι-| κλῆς Λυσῆνος δραχμὰς διακο|σίας, Μενεκλῆς Ἑκαταίου| δραχμὰς διακοσίας, Πολύγνω|τος Δημοφῶντος δραχμὰς| διακοσίας, Θρασέας Ἀσάνδρου | δραχμὰς διακοσίας, Νέων| Πυθαγόρου Φωκαιεὺς δραχμὰς | ἑκατόν, Νύμφων Ἀρχαγάθου Συρακόσιος δραχμὰς | ἑκατόν.

122.

Iasi; v. ad n. 121. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 267.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Εὐθιάδου | τοῦ [Μ]ελαν[θ]ίου, ἀγωνοθέτου δὲ|

Ἑλένου τοῦ Θεοδότου οἴδε τῶν | ἐπινευσάντων πρότερον| ἐν Διονυσίοις ἀπέδωκαν· | Ἑρμῶναξ Ποσιδίππου δραχμὰς| διακοσίας, Ἕλενος Θεοδότου | δραχμὰς διακοσίας, Λεοντιάδη[ς]| Ἡρακλείδου φύσει δὲ Δημέου | [δραχμὰς διακοσίας....]|
. . . .

Leontiades (vs. 8) postea stephanephori munere functus est; cf. 129, 2. 130, 1 cett.

123.

Iasi; v. ad n. 121. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 268.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Σωπά|τρου τοῦ Ἐπικράτου, ἀγωνο-| θέτου δὲ Ἀντήνορος τοῦ [Δι]|οφάντου οἵδε τῶν πρότερον ἐπινευσάντων ἐν Διονυσί|οις ἀπέδωκαν· Μενέξενος Πο-|| [σ]ειδίππου δραχμὰς διακο|[σ]ίας, Ἀπολλώνιος Διονυτᾶ| δραχμὰς διακοσίας, Ἀριστέ|ας Φιλοκλείους δραχμὰς δι-| ακοσίας, Πιξώδαρος Πιξωδά|ρου δραχμὰς διακοσίας, Πόρ-| φυρος Πορφύρου δραχμὰς | διακοσίας, Πρῶτος Διονυσ[ί]-| [ο]υ Ἀντιοχεὺς δραχμὰς | ἑκατόν.

124.

Iasi; „sur le bandeau du mur extérieur du théâtre". Ex Whelero, Chandlero et ex codice Askewiano ed. Boeckh C. I. G. 2681. Le Bas-Waddington l. l. n. 269.

[Σ]ώπατρος Ἐπικράτου χορηγ[ήσας]
[κ]αὶ ἀγωνοθετήσας καὶ στε-
φανηφορ[ή]σας τὸ ἀνάλημμα καὶ
τὴν ἐπ' αὐτοῦ κερκίδα καὶ τὸ βῆ-
μα Διονύσωι καὶ τῶι Δήμωι.

Boeckh priores editores secutus vs. 1 scribit [Ζ]ώπατρος et falsam habet linearum divisionem. — Sopater Epicratis filius Iasensis postquam muneribus choregi, agonothetae, stephanephori functus est, suis sumptibus partem theatri patriae suae reficiendam curavit. Stephanephorus est Sopater 123, 1; praeterea commemoratur 114, 10, atque cum hic primo loco nominetur ex civibus, qui illo anno ἐπίδοσιν praestabant, anno antecedenti (h. e. ἐπὶ στεφανηφόρου τοῦ μετὰ Κλεάνακτα Θεοκλείους) videtur agonotheta fuisse. Choregum eum fuisse probabile est

item eo tempore, quod intercedit inter annos titulorum 113 et 114, cum in titulis servatis choregiae eius mentio non fiat, nisi fortasse nomen eius inscriptum fuit in titulo 113. — *Ἀνάλημμα* (vs. 3) est substructio cunei (*κερκίδος*); cfr. Dittenberger, Syll. 280 not. 4. Vs. 5 *Διονύσῳ καὶ τῷ Δήμῳ*: cfr. n. 103, 1. 4.

125.

Iasi; v. ad n. 121. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 270.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Εὐθιά|δου τοῦ Μελανθίου τοῦ
δεύτερον στεφανηφοροῦν|τος, ἀγωνοθέτου δὲ Δρ[α]-|
κ[ο]ντίδου τοῦ Ἑρμοδότ[ου] | οἵδε τῶν πρότερον ἐπινευ-
σ[άν]-|
των ἐν Διονυσί[οις ἀπ]έδωκ[αν]· | Μόσχος Μόσχου δρα-
χμὰς διακο-|
σίας, Στησίοχος Δημέου καθ' ὑοθεσίαν δὲ Φερετίμο[υ] δρα-
χμὰς δι[α]-|
κοσίας, Φίλων Ὀλυμπιοδώρο[υ] | δραχμὰς δια[κοσίας . . . . .]|
Κτησιφῶντος [δραχμὰς δια]|κοσία[ς . . . .]|
[δραχ]μὰς δια[κοσίας] | Ἑκαταῖος Οὐλιάδου [δρα]-|
[χμὰς] διακοσία[ς . . . . | . . . . δραχ-]|
[μὰς ἑ]κατόν.

Supra 107, 20 commemoratur *Ἑρμόδωρος Δρακοντίδου*, in hoc titulo (vs. 4/5) *Δρακοντίδης Ἑρμοδότ[ου]*; cum nomina ceteroquin plane eadem sint, non improbabile videtur, hoc loco legendum esse *Ἑρμοδ(ώρ)[ου]*, ut agonotheta Dracontides filius sit eius Hermodori, qui est 107, 20.

Pater Stesiochi (vs. 9), *Δημέας Στησιόχου* stephanephorus est ap. Le Bas-Wadd. n. 251. (Wadd.)

126.

Iasi; v. ad n. 121. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 271.

Ἐπὶ στεφα[ν]η[φόρ]ου Ὀ[μφα|λίων]ος [τοῦ Ε]ὐ[βουλίδου,]|
[ἀγ]ω[ν]οθ[έτου δὲ] sqq.

Huius tituli tam paucae supersunt litterae, ut nullum in iis agonothetae vel choregi nomen dignosci possit. Stephanephori nomen restituit Waddington ex titulo insequenti (vs. 11).

127.

Iasi; v. ad n. 121. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 272.

Ἐπὶ στεφανηφόρου | Ἀρχελάου τοῦ Δρά[κον]- |
τος, ἀγωνοθέτου δ[ὲ] | Μενίππου τοῦ [Κράτη]- |
τος οἵδε τῶν πρ[ότερον] | ἐπινευσάντων ἐν Δ[ιο] |
νυσίοις ἀπέδωκα[ν· ἀγω]|νοθέτης [Δ]ίυλλο[ς] |
[Εἰρη]ναίου δραχ[μὰς | δια]κοσίας, στεφα[νη]- |
φορῶ[ν Ὀμ]φαλίων Εὐ|βουλίδου δραχ[μὰς δι]- |
ακοσί[ας, ... | . . . . δραχμὰς] |
διακοσ[ίας . . . . | .]ει[. . . . . δραχμὰς] |
διακοσίας, [Λά]σο[ς] | Παρμενίδου δ[ραχμὰς] |
[δ]ιακο[σίας, . . ου . . . | . . . .] |
. . . . ίου δραχ[μὰς . . . | . . . .] |
. . . . αιου [δραχμὰς] | ἑκατόν.

Supplementa *[Κράτη]τος* vs. 4 et *[Λάσ]ο[ς]* vs. 17 non certa esse videntur.

128.

Iasi; „sur le bandeau du mur du théâtre"; eodem loco inveniuntur tituli 129—135. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 273.

Huius inscriptionis admodum parvae reliquiae supersunt. Agnoscuntur haec: *[οἵδε . . . . ἀπέ]δωκαν· [ἀγω]νο[θέτης . . . .] Ὀβρίμου . . . . δραχμὰς ἑκατόν.*

129.

Iasi; v. ad n. 128. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 274.

[Ἐπὶ στεφανηφόρ]ου Ἀπόλλωνος τοῦ μετὰ [Λεοντιάδην]
[Ἡρακλείδου φύσ]ει δὲ Δημέ[ου], ἀγωνο[θέτου δὲ . . . .]
(quinque versus legi nequeunt)
[. . . . . ἀγωνο]θέτης Ἀριστίδης
Μενεκράτου, καθ' ὑοθεσίαν [δὲ Παμ]μένου[ς]? ἕκαστος
δραχμὰς διακοσίας· μετοίκων· . . . . . ου . . .
Ἀμφικλ[είους . . . .] δραχμὰς ἑκατόν.

130.

Iasi; v. ad n. 128. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 275.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀπόλλ[ωνος] τοῦ δευτέρου [μετ]ὰ Λ[ε-
ο]ντιάδην

*Ἡρακλείδου [φ]ύ[σ]ει δὲ Δημέου, [ἀγωνο]θέτου δὲ Ποσ[ει-
τοῦ Ἀν[. . . . . οἵδε ἀπέδωκαν] δίπ]που
εἰς τὴν κα[τασκευ]ὴν [τοῦ θεάτρου . . . .]
. . . . κοσ . . . . ἑκάτερος
. . . . . .*

Duo viri videntur *ἐπιδόσεις* praestitisse, non ad augendum splendorem Dionysiorum, sed ad reficiendum theatrum. Ad eandem theatri restaurationem spectat titulus, qui proxime insequitur.

131.

Iasi; v. ad n. 128. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 276.

*Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀπόλλωνος τοῦ | τρίτου μετὰ Λεον-
τιάδην |
Ἡρακλείδου φύσει δὲ Δημέου, | ἀγωνοθέτου δὲ Ἀντιγένους |
τοῦ Μενεκλείους Ἀριστόκριτος | Ἀριστοκρίτου ἀπέδωκεν
δραχμὰς |
πεντακοσίας ἕξ, ἃς ἐπην|γείλατο κατὰ τὸ διόρθω-|
μα εἰς τὴν τοῦ θεάτρου κατασκευ[ήν].*

132.

Iasi; v. ad n. 128. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 277.

*Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀπόλλωνος τοῦ τετάρτου μετὰ [Λεον]τιά-
δ[ην Ἡρακ]λείδου, ἀγωνοθέτου δὲ Σωσι[βί]ου τοῦ . . . . .
[. . . οἵδε τ]ῶν πρότερον ἐπινε[υσάντ]ων ἀπέδω[καν·]
. . . .*

Reliquorum versuum tam paucae servatae sunt litterae, ut nullum in iis nomen agnosci possit.

133.

Iasi; v. ad n. 128. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 278.

*[Ἐπὶ στεφανηφό]ρου [Ἀπόλλωνος Ἰάσονος? . . . . . .
. . . . ου, [ἀγω]νοθέτ[ου δὲ . . . .
. . . . οἵδε τῶν [π]ρό[τερ]ον [ἐπινευ-]
[σάντων ἐν] Διονυ[σί]οις ἀπέδω[κ]α[ν] . . . .*

In reliquis versibus haec agnoscuntur: vs. 8 [*δραχμὰς*] *δια-*

κοσίας, vs. 10/11 . . . . . *Φίλωνος Σελ(γε)ὺς [ἑκ]άτερος δραχ-μ[ὰς ἑκα]τόν.*

134.

Iasi; v. ad n. 128. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 279.

[Ἐπ]ὶ στεφανηφόρου Ἀπόλλωνος τοῦ μετὰ Ἰάσονα
[. . . . . ἀ]γωνοθέτου δὲ . ω . . . . .

135.

Iasi; v. ad n. 128. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 280

. . . .
ΠΑΙ . . . . . ΤΩ . . . . . ΤΑΙΟΥ . . .
ΔΟΤ . . . . . τοῦ Ἀριστέου . . . . .
ΩΝΑ . . . . . ΟΥ . . . . . δημος . . . .
. . . . . . ανος Ἑρμοκράτο[υς]
[δραχμὰς δ]ιακοσίας, Ἑρμίας
. . . . νος δραχμὰς ἑκατόν.

136.

Iasi, „sur la base du mur du théâtre". Eodem loco inveniuntur tituli n. 137—153. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 282.

Tam paucae huius inscriptionis litterae servatae sunt, ut plane nihil ex iis restitui possit. Apparet tamen titulum antecedentibus et insequentibus similem fuisse.

137.

Iasi; v. ad n. 136. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 283.

[Ἐπὶ στεφα]νηφόρου Ἀπόλλωνος τοῦ μετὰ Κλεά-
ν[ακτα Κλε]άνακτος, ἀγωνοθέτου δὲ Δημητρίου τοῦ Δημη-
τρίου καθ' ὑοθεσίαν δὲ Μενεκλείους οἵδε τῶν πρότερον ἐπινευσάν-
των ἐν Διονυσίοις ἀπέδωκαν· ἀγωνοθέτης Καλλιμήδης Πλου-
σίωνος· χορηγοί· Μῆτρις Μήτριος, Ἑρμογένης Ἀπολλοδώρου,
Διογένης Μελάνθου, Νύσιος Κτησικλείους, ἕκαστος
αὐτῶν δραχμὰς διακοσίας· μετοίκων· Μηνόφιλος
Διονυσίου Μαλλώτης, Μέλας Δημητρίου Εὐρωμεύς,
ἑκάτερος αὐτῶν δραχμὰς ἑκατόν.

Choregus Nysius, Ctesiclis filius, infra 152, 2 est agonotheta; cfr. ad n. 152.

138.

Iasi; v. ad n. 136. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 284.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀπόλλωνος τ[οῦ δευτέ](ρ)ου μετὰ Κλεάνακτα Κλεάνακτος, ἀγωνο[θέτο]υ δὲ Κυδίου τοῦ Μενεξένου οἵδε τῶν πρότε[ρο]ν ἐπινευσάντων ἐν Διονυσίοις ἀπέδωκ[α]ν· ἀγωνοθέτης Δημήτριος Δημητρίου καθ᾽ ὑο[θεσί]αν δὲ Μενεκλείους δραχμὰς διακοσίας· χορηγοί· Μένιππος Ἀριστέως, Μόσχος Ἀγλαοφῶντος φύσει δὲ Μενεδήμου, Ἀριστίων Σώφρονος, Θεόδοτος Θεοδότου τοῦ Τιμάρχου, ἕκαστος αὐτῶν δραχμὰς διακοσίας· μετοίκων· Μενεκράτης Δημητρίου Λαοδικεύς, Νικάνωρ Διο[φάντο]υ Ἀντιοχεύς, Θεόδοτος [Ἑρμοτί]μου Μ . . . . . Κυδίας Μενεξένου ἀγωνοθετῶν ἐπέδωκαν κωμωιδὸν Εὐκλῆν Ἰάμβου ἡμέρας δύο, καὶ ἡ θέα ἐγένετο δωρεάν.

Vs. 1 *τ[οῦ τρί]του* Waddington (*T . . . . . TOY* Le Bas), sed agonothetae Demetrii (vs. 5) mentio ostendit, hunc titulum spectare ad annum proximum post annum tituli 137 (cfr. 137, 5), atque cum in exemplari Le Basii *T* ante *OY* incertum esse videatur, non dubitavi supplere *τ[οῦ δευτέ](ρ)ου*, etsi spatium vix sufficere videtur. Titulos 138 et 139 non spectare ad duos continuos annos inde praeterea possit concludi, quod agonotheta nostri tituli, Cydias, non est inter eos, qui in titulo 139 *ἐπίδοσιν* praestitisse dicuntur; sed hoc argumento uti nolo, quod dici potest, Cydiam anno proximo *ἐπίδοσιν* non praestitisse, quod iam ipso agonothesiae anno eam praestitit; cfr. vs. 13. — Cydiam illum postea stephanephorum factum esse videmus ex titulis n. 140—144. Hoc anno una cum tribus metoecis Euclem comoedum in duos dies conduxit ad fabulas agendas.

139.

Iasi; v. ad n. 136. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 285.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀπόλλωνος τοῦ τετάρτου μετὰ Κλεάνακτα Κλεάνακτος, ἀγωνοθέτου δὲ Ἀερίωνος τοῦ Ἱεροκλείους τοῦ Θεογένου οἵδε τῶν πρότερον ἐπινευσάντων ἐν Διονυσίοις ἀπέδωκαν· Δωρόθεος Μιννίωνος, Ὀνά[τα]ς Μηνοφ[ίλου, Φ]ρίξος Σατ[ύ]ρου, Ἀερίων Ἱεροκλείους τοῦ Ἀριστογένου, Γλαῦκος Ἀριστέου, Νουμήνιος Νουμηνίου τοῦ Σωσιβίου, ἕκαστος αὐ[τῶν] δραχμὰς διακοσίας· μετοίκων· Ἡράκλειτος Καλλισθένου[ς Μ]άγνης ἀπὸ [Μ]αιάνδρου, Εὐήνεμος Ἀπολλωνίο[υ Μ]αραθηνός, ἑκάτερος αὐτῶν δραχμὰς ἑκατόν.

Propter mentionem civis Marathi, urbis Phoeniciae, quae regnante Alexandro Bala (151—146) deleta est, Waddington hunc titulum anno 146 antiquiorem esse debere contendit; qua de re cf. p. 221 sq.

140.

Iasi; v. ad n. 136. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 286.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Κυδί[ου τοῦ] Μενεξένου ἀγωνοθέτου δὲ Ἀπολλ[ωνί]ου τοῦ Ἰατροκλείους οἵδε τῶν πρότερον ἐπινε[υσά]ντων ἐν Διονυσίοις ἀπέδωκαν· ἀγωνοθέτ[ης Οὐ]λιάδης Πινδάρου· [χορ]ηγοί· Σίμαλος Δαΐου, Μηνόδοτος Ἀπολλωνίου, Δράκων Νεβρίδου, Λ[ε]ο[ν]τιάδης Ἑρμίου, Ἡραῖος ...... Μητρό[φ]αντος Ε[ὐ]δάμιος δραχμὰς διακοσίας· μετοίκων· Διονύσιος Νικάνορος Ἱε[ραπ]ολίτης δ[ρ]αχμὰ[ς ἑκατόν].

141.

Iasi; v. ad n. 136. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 287.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀπόλλωνος τοῦ μετὰ Κυδίαν Μενεξένου, ἀγωνοθέτου δὲ Μητροδώρου τοῦ Μηνοφίλου οἵδε τῶν πρότερον ἐπινευσάντων ἐν Διονυσίοις ἀπέδωκαν· ἀγωνοθέτης Ἀπολλώνιος Ἰατροκλείους· χορηγοί· Ἀπολλώνιος Ἰατροκλείους, Ἑρμογένης Μιννίωνος τοῦ Ἑρμογένου, Ἀντίπατρος Μενεκλείους, Διότιμος Διοτίμου, ἕκαστος δραχμὰς διακοσίας· μετοίκων· Κινέας Πρωτοάρχου Τραλλιανὸς Τράλλεων τῶν ἐπέκεινα τοῦ Ταύρου, Ποσειδώνιος

Βεννέτου Ἡρακλεώτης Ἡρακλείας τῆς ἐν τῶι Πόντωι
ἑκάτερος δραχμὰς ἑκατόν.

Choregi Antipatri (vs. 6) filius commemoratur 146, 8: *Μενεκλῆς Ἀντιπάτρου.*

Frater Cineae metoeci (vs. 7) est *Σώσιλος Πρωτοάρχου Τραλλιανός* 149, 7.

142.

Iasi; v. ad n. 136. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 288.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀπόλλωνος τοῦ δευτέρου
μετὰ Κυδίαν Μενε[ξέ]ν[ου], ἀγωνοθέτου δὲ Μενεδήμου
τοῦ Μενεδήμου τοῦ. Δαμοκράτου
οἵδε τῶν πρότερον ἐπινευσάντων ἐν Διονυσίοις
ἀπέδωκαν· ἀγωνοθέτης Μητρόδωρος Μηνο[φ]ίλου
δραχμὰς διακοσίας· χορηγοί· Σωτάδας Νικαρίστου,
Ξε[ν]οκράτης Ἀπατουρίου, Διόγνητος Διοφάντου, Χρύσιπ-
Ἀπολλωνίου, ἕκαστος αὐτῶν δραχμὰς διακοσίας· πος
μετοίκων· Διοσκουρίδης Ἀπολλωνίου Σινωπεύς,
Μενοίτας Πρωτέως Ἀλινδεύς, ἑκάτερος δραχμὰς ἑκατόν.

143.

Iasi; v. ad n. 136. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 289.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀπόλλωνος τοῦ τρίτου μετὰ Κυδίαν
Μενεξένου, ἀγωνοθέτου δὲ Ζωΐλου τοῦ Μνησέου
οἵδε τῶν πρότερον ἐπι[ν]ευσάντων ἐν Διονυσίοις
ἀπέδωκαν· ἀγωνοθέτ[η]ς Μενέδη[μο]ς Μενεδήμου
τοῦ Δαμοκράτου δραχμὰς δια[κο]σίας· χορηγοί· Ἑρμίας
Μηνο[φίλ]ου, Ἀρχύτα[ς . . . . Τελεσία[ς] Τε-
[λεσίου . . . .] ίου δ[ρ]αχμὰς διακοσία[ς]·
μετοίκων· Σύμμαχος Δημάρχου Ἀντιοχεύς, Θεόδωρος
Θεοδώρου Ἀλινδεύς, ἑκάτερος δραχμὰ[ς ἑκ]ατόν.

Vs. 6 *ΜΗΝΟ . . ΙΟΥ,* quod Waddington falso supplevit *Μηνο[δότ]ου,* non animadvertens eundem hominem nominari 151, 6: *Ἑρμίας Μηνοφίλου.*

144.

Iasi; v. ad n. 136. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 290.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀπόλ[λωνος]
τοῦ τετάρτου μετὰ Κ[υδίαν] Με[ν]-
εξένου, ἀγωνοθέτου δὲ Β[λόσ]ωνος τοῦ Πυθί-
ωνος οἵδε τῶν [πρότε]ρον ἐ[πινευσά]ντων
ἐν Διον[υ]σί[οις] ἀπ[έ]δ[ω]καν· ἀγωνοθέτ[ης Ζω]-
ΐλος Μ[νη]σέου δρα[χμὰς διακοσίας, χ]ορη-
γοί· Ε . . . τη . . . .
. . . .
. . . . [δραχμὰς δι]-
ακο[σίας] . . . .
. . . . δραχμὰς ἑκατόν.

145.

Iasi; v. ad n. 136. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 291.

Ἐπὶ στεφανηφόρου [Ἑρ]μο[δ]ότου τοῦ Ἑρμίου, ἀγωνοθέτου δὲ
Λιμναίου τοῦ Ε[ὐδώρ]ου οἵδε τῶν πρότερον ἐπινευσάντων
ἐν Διονυσίοις ἀ[πέ]δ[ωκα]ν· ἀγωνοθέτης Βλό[σ]ω[ν Πυ]θί[ω]-
νος, [χο]ρη[γοί· . . . .] ος τοῦ Διοκλείους,
Ν . . . . . . Δημητρίο[υ] . . . ΤΟΥ . . . ΕΥΗΘΕ . . [δραχμ]-
[ὰς διακ]οσίας· μετοί[κ]ω[ν]· . . . . ΤΩ . . . .
. . . . ΩΝΟ . . . . τος δρ[αχμὰς ἑκα]τόν.

146.

Iasi; v. ad n. 136. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 292.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἑκαταίου | τοῦ Χρυσαόρου, ἀγωνοθέτου δὲ |
Σιμάλου τοῦ Κυδίου οἵδε τῶν | πρότερον ἐπινευσάντων ἐν Δι-|
ονυσίοις ἀπέδωκαν· ἀγωνοθέτης Λιμναῖος Εὐδώρου· χορη-|
γοί· Ἱπποκράτης Λεοντίσκου, | Μενεκλῆς Ἀ[ντ]ιπάτρου, Χάρης |
Χάρητος, Ἀριστέας Ἀριστέου φύσει δὲ Θαυμασίου, ἑκασ-|
τος δραχμὰς διακοσίας· | μετοίκων· Ἑκαταῖος Ζωνίου Θρᾷξ,|
Πίλεος Φιλιστ[ί]δ[ου] Κυμαῖος, | ἑκάτερος δραχ[μὰς] ἑκατόν.

Choregus Chares, Charetis filius (vs. 8), agonotheta est 150, 4. 151, 4.

147.

Iasi; v. ad n. 136. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 293

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀντιγόνου τοῦ Ἀντιγόνου, ἀγωνοθέ-
του δὲ Μνησιθέου τοῦ Ἀθηνοδώρου φύσει δὲ Μενεδήμου
οἵδε τῶν π[ρ]ό[τερ]ον ἐπινευσάντων ἐν Διο[νυσίοι]ς
ἀπέδωκαν· ἀγωνοθέτης Σίμαλο[ς] Κυδίου
δραχμὰς διακοσίας· χορηγοί· Ἀνθέας Μενίσκου, Ἀπολλώνιος
Μηνοδώρου, Θεόδωρος Λαΐου, Δημήτριος Ἀλέξιδος, ἕκα-
στος δ. σ̄.
μετοίκων· Δαμόθεος Ἀλεξ[αν]δρίδου Μυριναῖος, Μένης
Παπιάδου Ἀλινδεὺς δρ[αχμὰ]ς ἑκ[ατόν].

148.

Iasi; v. ad n. 136. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 294.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀπόλλωνος τοῦ μετὰ Ἀντίγονον
Ἀντιγόνου, ἀγωνοθέτου δὲ Θεοδώρου τοῦ Μελανίωνος
οἵδε τῶν πρότερον ἐ[πιν]ευσάντων ἐ[ν] Διονυσίοις
ἀπέδωκαν· ἀγωνοθέτης Μνησίθεος Ἀθηνοδώρου, φύσει δὲ
Μενεδ[ή]μου· χορηγοί· Μενέδημος Μενεκράτου,
Θεόφιλος Ἀναξίππου, Διονύσιος Μενίπ[π]ου, Μηνότιμος
Πόδωνος, ἕκαστος δ. σ̄.
μετοίκων· Ἀγάθινος Λέοντος Ἀπαμεύς, Νικήτας
Ἰάσονος Ἱεροσολυμίτης, ἑκάτερος δ. ρ̄.

149.

Iasi; v. ad n. 136. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 295.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀπόλλωνος τοῦ δευτέρου μετ' Ἀντίγο-
γονον Ἀντιγόνου,
ἀγωνοθέτου δὲ Δημαγόρα τοῦ Ἑρμοδώρου οἵδε τῶν πρό-
τερον ἐπινευσάντων
ἐν Διονυσίοις ἀπέδωκαν· ἀγωνοθέτης Θεόδωρος Μελανίω-
νος, καὶ χορηγοί·
Ἡλ[ιό]δοτος Ἀριστοκρίτου, Θεόδ[ω]ρος Μελανίωνος, Θεόδο-
τος Θεοδότου,

Δρακοντίδης Διοκλεί[ους], ἕκαστος δ. σ̄.
μετοίκων· . . . . φῶν Πολ[υ]τίμου Ἀντιοχεύς δ. ρ.
Σώσ[ι]λος Πρωτο[άρ]χου [Τρ]αλλιανός δ. ρ̄.

Vs. 6 *Η . . . ΦΩΝ* Le Bas; *[Δημο]φῶν?* scripsit Waddington.

150.

Iasi; v. ad n. 136. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 296.

Ἐπὶ στε[φαν]η[φό]ρου Ἑκαταίου τοῦ Ἀν|τιγένου, ἀγ[ων]οθέ-|
του δὲ Χάρητος | τοῦ Χάρητος οἵδε | τῶν πρότερον ἐπι-|
νευσάντων ἐν Δι|[ον]υσίοις· ἀγωνοθέ|[τη]ς Μενίσκος Δρά-|
[κο]ντος τοῦ Μενίσ|κου, καὶ χορηγοί· | Μενίσκος Δράκον-|
τος τοῦ Μενίσκου, | Ἀπολλωνίδη[ς Ἑ|κ]αταίου . . . .]|
. . . . | . . . . | . . . . |
. . . . | ἕκαστος δ. σ̄. | μετοίκων·
. . . . | . . . . | . . . . . ΝΙ . . |
. ΝΟΣ . . . . . | εὺς ἑκάτερος δ. ρ̄.

151.

Iasi; v. ad n. 136. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 297.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Θεαιτήτου τοῦ Θεα[ιτήτου]
τὸ δεύτερον στεφανηφόρου, ἀγωνοθέτου δὲ Λέοντος
τοῦ Μενοίτου οἵδε τῶν πρότερον ἐπινευσάντων
ἐν Διονυσίοις ἀπέδωκαν· ἀγωνοθέτης Χάρης Χάρητος,
χορηγοί· Ἀριστόμαχος Εἰρηναίου, Ἡγήμων Πο . . . .
Ἑρμίας Μηνοφίλου, Ἀριστέας Μελανίωνος, ἕκαστος
δραχμὰς διακοσίας· μετοίκων· Εὐχάρης Χάρητος
Ἀπαμεύς, Ἑκαταῖος Μηνογένου Λαοδικεύς,
ἑκάτερος δραχμὰς ἑκατόν.

Vs. 5 extr. *ΓΟ . . . ΕΡΓΟ* Le Bas; Waddington scripsit *Πο[σειδίπ]πο[υ?*

152.

Iasi; v. ad n. 136. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 298.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀπόλλωνος τοῦ μετὰ Θεαίτητον, ἀγωνοθέτου δὲ Νυ(σ)ίου τοῦ [Κτ]ησικλείους οἵδε τῶν πρότερον ἐπινευσάντων ἐν Διονυσίοις ἀπέδωκαν· ἀγωνοθέτης Λέων

Μενο(ίτου), χορηγοί· Μενοίτιος Σατυρίωνος, Δημήτριος Αὐτομάτου,
Μελάνθιος Μελανίππου, Οὐλιάδης Ἀθηναγόρου, ἕκαστος δραχμὰς διακοσίας· μετοίκων· [Πύ]θης Ἀριστείδου Βιθυνός, Διογένης [Τ]αννβότου [Καλλ]ατιανός, ἑκάτερος δραχμὰς ἑκατόν.

Vs. 2 [*Στ*]*ησικλείους* supplevit Waddington; sed v. 137, 6: *Νύσιος Κτησικλείους*.

Vs. 4: *ΜΕΝΟΝΟΣ* Le Bas; sed homo idem est ac *Λέων Μενοίτου* 151, 2, quare *Μενο*(*ίτου*) emendavi.

153.

Iasi; v. ad n. 136. Edd. Le Bas-Waddington l. l. n. 299.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ὀβρίμου τοῦ [Λυκ]ίδο[υ],?
ἀγωνοθέτου δὲ Φαρακίδου τοῦ Ἀν . . . . .
οἵδε τῶν [πρότερον ἐπινευσ]άντων [ἐν Διονυσίο]ις
ἀπέδ[ω]κ[αν]· ἀγω[νοθέ]της [Εὔ]δαμος Κυδικλ[είου]ς,
χορ[ηγοί] . . . .

Nomen patris stephanephori etiam *Λύσις* ([*Λύσ*]*ιδο*[*ς*]) fuisse potest (Waddington).

154/155.

Rhodus insula.

154.

Magna basis marmoris albi, inventa in ea parte urbis Rhodi, quae a Iudaeis obtinetur. Ed. E. Loewy, Archaeolog.-epigr. Mittheil. aus Oestreich VII p. 111.

. . . .
χοραγήσαντα τ[ρ]αγωιδοῖς
καὶ νικάσαντα
Ἀλεξάνδρεια καὶ Διονύσια
θεοῖς.

Titulus fuit inscriptus statuae choregi, cuius nomen periit. Vicit hic choregus duobus sollemnibus, Alexandreis et Dionysiis. Ex his Alexandrea Loewy putat ea esse, quae a foederatis Ionum civitatibus celebrabantur prope Teon in memoriam Alexandri Magni; cfr. Strabo XIV p. 644. Dionysia in titulo com-

memorata cuius sint urbis dubium esse dicit editor, videri tamen sedem eorum fuisse urbem orae Asiaticae vel insulam prope sitam. Haec fortasse vera esse possent, si titulus pertineret ad artificem Dionysiacum, qui illis sollemnibus vicit. Sed quomodo fieri potuerit, ut civis urbis Rhodi choregiam praestaret in aliis urbibus et sumptus faceret ad alienarum urbium ferias celebrandas equidem non intellego. Maxime apparet ex hoc titulo, in ipsa urbe Rhodo fuisse Alexandrea et Dionysia, atque has ferias certaminibus musicis celebratas esse, ad quae cives choregi sumptus praebebant. Alexandrea Rhodi fuisse propterea minime est mirandum, quod constat, Rhodios magna apud Alexandrum M. gratia floruisse; cf. Diod. XX 81, 3. — Choregia civium Rhodiorum saepius commemoratur; cf. Ross, Inscr. ined. fasc. III n. 278. 279.

155.

In insula Rhodo, in arce urbis Lindi. Lapis in duas partes fractus est. Ed. Ross, Hellenica I, p. 113 sqq. n. 47.

A. . . . . περὶ χορα(γῶ)ν? [ἐπ' ἱερέως] [τοῦ μὲν Διὸς? . . . .]στράτου, τοῦ δὲ Ἁλίου Ῥοδο(π)ε[ί]θευς, (Δ)ιοσ[θύ]ου ἑνδεκάτᾳ ἔδοξε μάστροις καὶ Λινδίοις· ἐπιστατᾶν γνώμα· ἐπειδὴ πλείσταν πρόνοιαν ὁ σύμπας δᾶμος ὑ[πέδειξε] εἰς τὸ τὰς τοῦ Διονύσου τειμὰς συν[τηρεῖν . . . . . καὶ] ἀγῶνας τελεῖν καὶ πομπὰς καὶ θυσίας . . . . χοραγῶν ποιούμενοι αἵ[ρεσιν?] καὶ πολειτᾶν καὶ ξένων ὁμοίως δέκα, οἵ εἰς τὰν ποτὶ τὸν θεὸν εὐσέβειαν . . . . . . ται· δεδόχθαι Λινδίοις κυρωθέντος τοῦδε τοῦ ψαφίσματος τὰ μὲν ἄλλα πάντα γείνεσθαι περὶ τὸν Σμίνθιον κατὰ τὰ ῥ . . . . ισμα Λινδί[ων?], αἱρείσθων [δὲ τοὶ . . . . . .] τοὶ ἀεὶ ἐν ἀρχᾷ (ἐ)όντες ποτ[ὶ τοῖς . . . . .] αἱρουμένοις χοραγοῖς καὶ ἄλλο(υ)ς χοραγο(ὺ)ς ἐκ τῶν κατοικεύντων καὶ γεωργεύντων ἐν Λινδίᾳ πόλει ξένους ἕξ, εἴκα μ(ή)τινες ἐπαγέ(λλ)ωνται· τοὶ δὲ αἱρεθέντες στελλόντω ποτὶ τὰν ἐν τοῖς Σμινθίοις ἕκαστος καθάπερ καὶ τοὺς ἄλλους . . . . ποι-

εἰσθων ἐνι(α)υσίαν . . . .
. . . .

novem versus fragmenti A omittuntur.

B. δὲ τ(ὸ)ν (Ἅ)λιον?, οἵ κρείνωντα[ι . . . . . .
Διονύσου· ὁ δὲ ἱερεὺς τᾶς Ἀθάνας [ποτιφερέτω πο]-
(τὶ) τοὺς μάστρους τὰ ὀνόματα τῶν κατασ(τ)[α]-
θέντων . . . . ὁ δὲ χοραγήσας
ἐχέτω [ἀτέλειαν ταύτας τᾶς λειτουργίας . . . . .]

quinque versus omittuntur

11 . . . . Λίνδιον μηδὲ ὁ ἱε[ρα]-
(τ)εύσας Ἀθάνας κατ[. . . . κατὰ] δὲ τὸ αὐτὸ . . , .
. . . . διαδεξάμενος . . καταστασκείσας ἀποτει-
νέτ(ω) . . . . Διονύσου, [ἀπα]γγελλέτω δὲ ὁ χρή-
ζων ἐπὶ τῶν . . . . ας· τῶν δὲ χορα-
γησάντων [τὰ ὀνόματα ἐγγράψας] ἐς τὸ γράμμα ὁ ἱε-
ρεὺς τοῦ Διονύσου [ἐπιφερέτω ἐ]πὶ τὸν γραμματῆ
τῶν μάστρων . . . .
. . . .

Habemus decretum Lindiorum de choregia. Maxime dolendum est, quod titulus tam male scriptus et servatus est, ut paucis locis verborum sententia agnósci possit. Complura tamen melius quam Ross intellexisse et restituisse mihi videor.

Vs. 2 *ΧΟΡΑΜΟΝ* emendavit Ross; deinde idem dubitanter scripsit *τοῦ μὲν Διο[νύσου*, sed ante dei nomen fuisse debet *ἱερατεύοντος* vel *ἐπ' ἱερέως*, atque deum spatii rationibus ductus Iovem fuisse conieci, non ignorans hoc non esse certum.

Vs. 6 ὑ[πέσχετο] Ross, vs. 7 idem συν[τηρεῖν? καλῶς καί], in quibus collocatio adverbii *καλῶς* offendit. Vs. 9 init. *ΕΙΣΜΕΛΟ . . .*; *αἵρεσιν* supplevit Ross. Vs. 10 Ross *ὁμοίως δὲ κα[ί]*. Vs. 15 *ΓΕΙΣΜΑΛΙΝΔΙΟ . . . ΔΙΡ* cett. Versuum 16 sqq. sententiam recte perspexisse mihi videor; praeter ceteros choregos alios placet creare e peregrinis Lindi habitantibus, nisi inveniantur, qui sua sponte hoc munus suscipiant. *ΑΛΔΟΙΣΧΟΡΑΓΟΙΣ* vs. 17 emendavi. Versus 19 quid sibi velit Ross omnino non intellexit; *ΕΙΚΑΜΜΤΙΝΕΣ* emendavi, item *ΕΠΑΝΓΕΝΩΝΤΑΙ*. Vs. 22 post *ἄλλους* Ross habet *ΠΕΡΙΑΝΤΑΝΘΑΙΠΟΙ*, vs. 23 *ΕΝΙΘΥΣΙΑΝ*, quod emendavi, et tum *ΑΝ . ΕΙΟΝΤΩ ΞΕΝΟΥΣΙΝ*, vs. 24 *ΤΩΙ*.

Fr. B vs. 1 *ΔΕΤΑΝΥΔΙΟΝ*, quod emendare conatus sum

vs. 2 ποτιφερέτω supplevi; vs. 3/4 *ΚΑΤΑΣΧ . ΘΕΝΤΩΝ* emendavi; Ross scripsit *κατασχ[ε]θέντων*. Vs. 5 supplevi statuens hic indicatum fuisse, quo temporis spatio intermisso cives denuo choregiam praestare cogi possent. — Supplementa vss. 12, 16, 17 mea sunt; vs. 12 *ΚΑΤ . . . . ΔΕΤΟΑΥΤΟΙΕΝΕ*, vs. 13 *ΟΙ . ΟΝΔΙΑΔ*. Vss. 13/14 multam constitui non intellexit Ross. Manifestum est constitui, ut haec multa sacra sit Bacchi, neque vero plane expedio hanc versus partem: *ἀποτει-ΝΕΤΟΝΕΡΔ . ΔΙΟΝΥΣΟΥ*.

Mensis Rhodius *Διόσθυος* saepius commemoratur in ansis diotarum Rhodiarum (cfr. C. I. G. III p. IX n. 250, p. X n. 310, p. XI n. 339); eundem fuisse Therae apparet ex C. I. G. 2448. — *Οἱ μάστροι* fuerunt magistratus, qui saepissime in titulis Rhodiis commemorantur. Cf. Harpocr. s. *μαστῆρες· ἔοικεν ἀρχή τις εἶναι ἀποδεδειγμένη ἐπὶ τὸ ζητεῖν τὰ κοινὰ τοῦ δήμου, ὡς οἱ ζητηταὶ καὶ οἱ ἐν Πελλήνῃ μάστροι, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Πελληνέων πολιτείᾳ.* Eiusdem nominis magistratus fuit Delphis; cf. Dittenberger, Syll. 232. — De cultu Bacchi et Apollinis Sminthii in insula Rhodo cf. Heffter, Griech. Götterdienste auf Rhodos p. 31 sq. 41 sq. In utriusque dei honorem videntur Lindi certamina habita esse, ad quae choregi sumptus praebebant.

III.
Tituli incerti loci.

156.

Anthol. Palat. VI 339. Theocr. Epigr. 12.

Δημομέλης ὁ χορηγός, ὁ τὸν τρίποδ᾽, ὦ Διόνυσε,
καὶ σὲ τὸν ἥδιστον θεῶν μακάρων ἀναθείς,
μέτριος ἦν ἐν πᾶσι· χορῷ δ᾽ ἐκτήσατο νίκην
ἀνδρῶν, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ προσῆκον ὁρῶν.

157.

Anacreon, Epigr. 7. Anthol. Pal. VI 140.

Παιδὶ φιλοστεφάνῳ Σεμέλας μ᾽ ἀνέθηκε Μέλανθος,
μνᾶμα χοροῦ νίκας υἱὸς Ἀρηϊφίλου.

Addenda et Corrigenda.

P. 143 n. 55 plenius ed. U. Koehler, Mittheil. des arch. Instit. X p. 231 sqq. (C. I. A. II 1246):

Νι[κ]ί[α]ς Νι[κ]οδήμου Ξυ[π]εταιὼν ἀνέθηκε νικήσας χορηγῶν Κεκροπίδι παίδων.

[Πα]νταλέων Σικυώνιο[ς] ηὔλει, ἆισμα Ἐλπήνωρ Τιμοθέου. Νέαιχμος ἦρχεν.

Apparet me recte lectiones Beulii vs. 1 .... *οδήμου*, vs. 2 *[Π]αυταλέων* praetulisse; in eo vero erravi, quod ante *[Π]αυταλέων* chorodidascalum nominatum fuisse statui. Ii chorodidascali, qui, ut hic, antiqui poetae dithyrambum iterum docebant, aut digni non habiti esse videntur, qui in titulis choregicis commemorarentur, aut statuendum est, tibicines eorum munere functos esse, quod unice verum esse contendit Koehler. Quomodo accipienda sint verba *ἆισμα Ἐλπήνωρ Τιμοθέου*, ille prorsus eodem modo explicat atque ego. — Niciam choregum fortasse esse nobilem huius nominis pictorem, quem civem Atheniensem et divitem fuisse constat, haud male conicit Koehler. Pater huius pictoris apud Pausaniam (I 29,15. III 19,4. IV 31, 12) nominatur Nicomedes, sed uno loco (I 29,15) in codice Parisino pro *Νικομήδους* est *Νικοδήμου*, atque hanc esse veram lectionem non est incredibile, cum in titulo nostro sit *Νικίας Νικοδήμου*. — Dionysia anni 319, ad quae etiam titulus n. 54 pertinet, maiore quam solebant splendore celebrata esse inde conclusit Koehler, quod Nicanor Macedo iis interfuisse et sumptus in ea fecisse videtur (cf. Plut. Phoc. 31). Id sane recte se habere nequit, quod dicit Plutarchus, eum agonothetam factum esse.

Data occasione liceat hoc loco proponere restitutionem parvae inscriptionis, quae pertinet ad certamen praeconum, et quae quid sibi vellet omnino non intellexit W. M. Ramsay, qui eam edidit Mittheil. des arch. Instit. VII p. 142. Est epigramma metro elegiaco conceptum:

Ἀγαθῇ τύχῃ.

Ἀθλοφόρ[ο]ν κ[ήρ]υκα, | τὸν [ἠ]ϊθέω[ν] ὄχ' ἄ[ρι]στ[ον]
Ἐπαγάθο[υ] πένπτον | [υ]ἱέα Λυσίμ[αχ]ον
Στέψε πάτρη ξυνπᾶσ[α] | Δίκης ὑπ' ἀρείονι βώ[μῳ]
Τᾷ μεγάλᾳ φωνᾷ κ[ῦ]δος ἐνενκάμενον.

INDEX NOMINUM.

EDUARDUS ROELLIG:

DE CODICIBUS STRABONIANIS, QUI LIBROS I—IX CONTINENT.

Operi Strabonis geographico quamquam multi viri doctissimi operam navaverunt atque in eo illustrando et emendando plurimum profecerunt, tamen illud, quod quasi fundamentum et, ut ita dicam, parens totius artis criticae haberi debet, codicum manu scriptorum distributio atque aestimatio, adhuc plus aequo neglectum videtur esse. Neque enim post Kramerum, qui quam bene de hac re meruerit, nemini, qui omnino haec studia attigerit, ignotum est, quisquam exstitit, qui in iudicandis atque aestimandis libris manu scriptis studium collocaret. Neque tamen Krameri quamvis egregia commentatione rem ad finem esse perductam, iam censor eius Monacensis, Spengelius, et aliquanto post Vogelius in recognitione studiorum ad Strabonis geographica pertinentium, quae paucis annis abhinc in „Philologo" prodiit,[1]) monuerunt. Namque cum vir doctissimus rationem codicum in universum quidem acri ingenio recte constituerit ac firmaverit, tamen nonnulla accuratius pertractare supersedit. Quod cum de ceteris tum maxime de eis codicibus dicendum est, in quibus haec nostra commentatio versabitur, scilicet de eis, qui libros novem priores exhibent. In his enim iudicandis summi quidem momenti illud est, quod Kramerus codices qui dicuntur decurtatos diversam a codice A originem habere statuit, aliosque codices complures, quibus ad id tempus summa auctoritas tributa erat, nihil nisi apographa illorum esse dilucide demonstravit. Sed tamen illud maxime etiamnunc in obscuro est, quamnam codices illi decurtati inter se habeant rationem, quoque honore singuli sint habendi. Quapropter cum suscipio in hanc partem supplementum illius quaestionis qualecumque ad Krameri commentationem afferre, hoc ad rem planius cognoscendam artemque criticam Strabonianam adiuvandam non sine emolumento fore confido.

---

[1]) Philol. tom. 39 pag. 326 sqq.

Atque subsidiis, quae ad hanc rem tractandam mihi praesto fuerunt, imprimis usus sum eis, quae Krameri editio commentario critico instructa suppeditavit, cum ex eo tempore praeter fragmenta Grottaferratensia — quae pauca sunt — neque aliae novae codicum manu scriptorum lectiones innotuissent neque editione Didotiana a Muellero et Duebnero curata quidquam novi, quod huc pertineret, exhiberetur. Neque vero editionum priorum, Tzschuckianae et Falconerianae, suppeditamentis haud paucis locis ad singulorum codicum lectiones accuratius cognoscendas me sine detrimento prorsus carere posse putavi. Denique apographum libri IX codicis Parisini *A* a Du Theilio in tomo III versionis francogallicae publici iuris factum, quamvis non ea qua par est diligentia editum, mihi haud exiguum praebuit subsidium, ut, quae optimi codicis in illo libro esset natura atque condicio, planius perspicerem.

Quibus libris quamquam amplae copiae allatae erant, tamen ad certius iudicium de codicibus decurtatis faciendum non satis idoneam ansam praebuerunt. Optimis enim ex hoc numero codicibus, Mediceo *B* et Parisino *C*, nondum satis diligenter excussis firmum fundamentum, unde exordiendum esset, plane defuit. Quod ut invenirem, cum alterum utrum codicem me inspicere necessarium putarem, deliberanti mihi, uter potius eligendus esset, gravioris momenti ad hanc rem esse videbatur Mediceus *B*. Namque cum Parisinus *C* neque libros VIII et IX — praeter octavi initium — exhiberet prima manu scriptos, ad naturam codicum decurtatorum definiendam utilissimos, et praeterea iam a multis viris doctis, quamvis — quod ipse Kramerus confitetur — iusto neglegentius, examinatus esset, contra Mediceus *B* et integros praebuit illos libros et praeter partes nonnullas a Kramero collatas a solo Bandinio excussus erat, idque tanta incuria, ut scripturis ab eo inde enotatis fides habenda esset omnino nulla. Hunc igitur librum ut in usum meum adipiscerer, viri illustrissimi Eduardi Hilleri opera, nec non viri excellentissimi de Gossler, qui scholis institutionibusque ingenuis administrandis in nostra civitate praeest, benignitate et administratorum bibliothecae Florentinae humanitate factum esse grato animo confiteor. Quem ita excussi, ut, cum propter angustias temporis totum conferre non liceret, et totum librum VIII a

Kramero magna ex parte iam examinatum et quae ille intacta reliquit[1]) omnia percenserem. Qua re hoc me effecisse confido, ut non solum de codice Mediceo *B*, sed de tota codicum decurtatorum familia certius iudicium fieri possit.

Itaque cum imprimis de hoc genere codicum disserere mihi in animo sit, tamen ut rem totam, quoad eius hoc tempore fieri possit, absolvam, cum hac quaestione iungenda videntur ea, quae de ratione inter codicem Parisinum *A* et decurtatos intercedente commemoranda sunt. Totam vero quaestionem sic instituam, ut primum quidem quam rationem codices inter se habeant, deinde quaenam codicum singulorum sit auctoritas, explicare coner.

I.

Codices Straboniani quam rationem inter se habeant.

Disputaturis nobis de codicibus Strabonianis, qui libros I—IX exhibent, primum dicendum videtur de eis, qui integros eos praebent, deinde de eis, qui excerpta tantummodo vel fragmenta continent, quocum genere fortasse ea facillime coniungi possunt, quae a scriptoribus antiquis ex Strabonis opere laudata sunt.

Atque codices, qui quidem libros I—IX integros praebent, ut siglis a Kramero adhibitis utar, sunt: *A B C g h i k l m n o p q s t u v*. Quo ex numero statim secernendi sunt ei, quos ex aliis codicibus, qui ipsi quoque ad nostram memoriam venerunt, derivatos esse a Kramero dilucide demonstratum est. Ex codice Parisino *A* enim originem duxerunt *g h i* et paulo diversa via *n o p*; ex Mediceo *B*: *k q t u*; ex Veneto *l* denique *m*. Quorum omnium rationem cum ipse quoque denuo examinavissem, Krameri de eis iudicium mihi confirmatum est. Unum tantum addere licebit de codicibus *n o p*. Primo enim aspectu putaverit quispiam, cum *n p* solos libros I—X exhibeant atque etiam in *o* post decimi libri finem reliqua pars paginae vacua relicta sit, eos ex Mediceo *B*, quippe qui ex ceteris solus — praeter eius apographa — decem priores libros contineat, esse derivatos, atque id eo tempore cum iam secunda manu eae lacunae, quae in omnibus codicibus decurtatis in libris VIII et IX

[1]) Cf. Krameri praef. pag. XC.

inveniuntur, in codice *B* expletae essent. Qua ex re efficeretur, supplementa codicis *B* secunda manu addita non ex codice quodam familiae *n o p*, sed ex ipso codice Parisino *A* vel apographo eius deprompta esse. Sed hoc falsum esse cum ex aliis locis tum, ut unum exemplum adferam, ex eis, quae II 307, 2 (vide Krameri adnotationes) in illis codicibus leguntur, luculentissime apparet; quapropter Kramerum de codicibus *n o p* prorsus recte iudicavisse statuendum est.

Segregatis igitur illis apographis restant codices *A B C l s v*. Quos ita in duas familias divisit Kramerus, ut alteri solum codicem *A*, alteri ceteros libros *B C l s v* — quos decurtatos nominat — attribueret. Quod num recte a viro doctissimo iudicatum sit, quaerendum videtur esse.

Atque Du Theilius, qui primus in versionis francogallicae tomo III de codicum ratione disseruit, contenderat omnes codices Strabonianos ex Parisino *A* derivatos esse, et quaecumque in libris I, VIII, IX una cum margine interiissent, in ceteris vero legerentur, ex coniectura hic profecta esse. Quam opinionem Kramerus prorsus ita refellit, ut nemini dubium esse possit, quin codices decurtati ex codice *A*, quae quidem nunc eius condicio sit, non sint derivati. Hoc tamen quaerere supersedit, nonne fortasse eo tempore, cum codex *A* in multo meliore condicione versaretur et marginum detrimenta singulis tantummodo locis in ipsa scriptoris verba processissent, codicum decurtatorum archetypus ex eo derivatus esset.[1]) Et profecto hoc facile quispiam coniecerit. Cum enim in libro I codicis *A* parva tantummodo, in libris vero VIII et IX satis magna pars marginis interierit, quid probabilius videtur esse, quam codices decurtatos, qui in solis libris VIII et IX detrimenta acceperint, propterea

[1]) Huc etiam pertinere videntur ea, quae Spengelius Münch. gel. Anz. 1848, 153 in recensione editionis Kramerianae affert, de supplementis codici *A* sec. m. additis verba faciens. Quae coniectando oriri non potuisse, sed ex alio codice hausta esse concludit ex II 228, 11 (ed. Kram.), ubi verba *καὶ* — *φυγόντα* in *A* omissa sec. m. inter versus addita sunt. Ac ne mihi quidem veri simile videtur, haec verba ab interpolatore quodam esse profecta, sed hoc potuisse fieri non prorsus negaveris, si ea quae leguntur II 238, 16 respexeris; qua de causa hoc solo argumento opinionem illam refutare non possumus.

quod priore illo tempore exorti sint, in libro I sana praebere omnia, in libris vero VIII et IX, ubi iam tum in codice *A* marginis pars interiisset, ipsos quoque eisdem locis fecisse iacturas? Haec igitur opinio maxime eo argumento sustentari potest, quod in eisdem libris VIII et IX, ubi codex *A* graviora detrimenta acceperit, in codicibus alterius familiae haud pauca desint, cum in ceteris eorundem codicum libris similia damna non inveniantur. Iam videamus quid de hoc argumento cogitandum sit.

Ac primum quidem monendum est, damna codicum decurtatorum per totos libros VIII et IX inde ab initio octavi usque ad finem noni pertinere, codicis *A* vero detrimentum corrosis marginibus acceptum non inde ab initio libri VIII ordiri, sed a pagina 137 demum editionis Kramerianae, ut plus tertia parte libri octavi in hoc codice fere integrum exstet. Quamquam enim in hac quoque parte marginum detrimenta interdum ad ipsam scripturam procedunt, tamen et raro inveniuntur et minoris sunt momenti. In eadem vero parte in codicibus decurtatis loci aut omissi aut in breviorem formam redacti sunt septuaginta octo, hoc est plures quam in ulla alia pari parte librorum VIII et IX inveniuntur.

Iam vero videamus, quomodo singulis locis codicum decurtatorum iacturae cum lacunis codicis *A* conveniant vel discrepent.

Ac ne forte quis opinetur, solis eis locis in codice *A* detrimenta marginum esse, ubi a Kramero indicentur, prius monendum est, inde a loco illo octavi libri supra commemorato (pag. 137, 4), omnium foliorum margines rodendo turpiter esse affectos et Kramerum „eos tantummodo locos accuratius indicandos iudicasse, qui ob aliquam causam viderentur memorabiles.“ [1]) Illis igitur locis fere solis, et ne his quidem omnibus, indicat lacunas codicis *A*, qui in altera codicum familia aut omissi aut in brevius contracti sunt, ceteras vero lacunas quamvis magnas non indicat. Quare facile perspicitur, Krameri editionem nobis codicis *A* lacunas cum eis, quae in decurtatis codicibus omissa sunt, conferentibus non satis firmum praebere fundamentum. Itaque adhibendum nobis est Du Theili exemplum, in quo codicis *A* liber nonus typis ita descriptus est, ut, quid in quaque

---

[1]) Cf. Krameri ed. II 137 ad 4.

linea desit, plane appareat; eiusque auxilio fieri poterit, ut de locis libri IX huc spectantibus iudicium faciamus.

Quod si suspicemur, codicum decurtatorum iacturas ex lacunis codicis *A* originem habere, necesse sit, etiam hodie illis locis in codice *A* superesse lacunas. Hoc vero minime evenit. Multi enim inveniuntur loci, qui, quamquam in codd. decc. omittuntur, tamen nulla lacuna in *A* sunt mutilati: velut II 230, 15; 254, 12; 282, 16; 285, 1; 287, 10; 288, 2, 24; 297, 5; 300, 10; 303, 13; 315, 2; ubi semper id quod in codice *l* deesse Kramerus commemorat, etiam in *B* deest. Horum locorum numerus propterea non maior est, quod omissorum locorum magnitudo fere semper illud spatium superat, quod in codice *A* integrum a lacunis relictum est. Hoc autem non ita magnum esse satis apparebit, si consideraveris, in unoquoque versu, qui est litterarum fere quadraginta, periisse literas — ut medium numerum significemus — novem vel decem, haud raro autem perniciem etiam ad viginti vel plures procedere litteras. Neque igitur mirum videri potest, quod interdum etiam codicum decurtatorum iacturae cum lacunis codicis *A* fere conveniunt. Cuius rei duo inveni exempla: II 219, 20, ubi in codd. decc. omissa sunt verba *πλήξιππον ἑσταότ'*, cum in *A* lacuna sit inter syllabas *πλή* et *ότ'*; et 244, 14 ubi in codd. decc. desiderantur verba *ἧς ἐμνήσθημεν,* cum in *A* desint syllabae *ἐμνήσθη*. Sed utroque loco cum verba illa ad sensum non essent necessaria, in codicum decc. archetypo facile omitti potuerunt.

Sed multi etiam maioris momenti ei sunt loci, quibus in codicibus decurtatis oratio subito ita interrumpitur, ut sensus percipi non possit. Si enim usquam, certe his locis apertissime elucere oporteret, codicum decurtatorum detrimenta ex lacunis codicis *A* pendere. Sed hic quoque longe plurimis locis in codice *A* sana sunt omnia, velut[1]): 226, 24; 241, 1 (ubi in cod. *B* post *ἀπὸ δὲ* abrumpitur oratio); 248, 10; 258, 2 (post *Τευμησσοῦ καὶ*); 267, 13; 286, 22 (post *μέμνηται*); 299, 2 (post *Φθῖοι καὶ*)[2]); 299, 4 (post *μενεπτό*); 304, 6 (post *ἐστὶ καὶ*); 311, 5

[1]) Eis locis, ubi nihil adnotavi, in codice *B* idem desideratur atque in codice *l*.

[2]) Hoc loco cum etiam in codice *m*, codicis *l* apographo, eadem atque in *B* deesse Tzschuckius affirmet, sine dubio cod. *l* cum cod. *B* prorsus consentit.

(post τῆς); 313, 1; 317, 20 (post Φεραίων πόλ). Ei autem loci, quibus codices decurtatos ex codice *A* pendere fortasse conici potest, sunt hi soli: 299, 6 (post ἀμυνό); 318, 2; 321, 10 (post μενεπτό), quibus fortasse etiam adiungi possunt: 282, 5; 303, 14; 308, 11 (post Εὐρυπύλῳ καὶ). Sed primum tenendum est, his omnibus sex locis nos eam lacunarum condicionem habere, quae nunc sit (in codice *A*), non quae priore tempore fuerit. Deinde vero etiamsi illo tempore idem quod nunc fuit initium lacunarum codicis *A*, tamen in tam ingenti locorum perditorum numero vix quisquam mirabitur, quod interdum consensus invenitur cum codicum decurtatorum detrimentis, praesertim cum uno tantummodo loco initia lacunarum prorsus conveniant.

Haec omnia si quis accurate secum reputaverit, certe agnoscet, in codicum decurtatorum detrimentis nullam esse causam, cur codices illos ex Parisino *A* derivatos esse coniciatur.

Sed alia via etiam hoc potest demonstrari, codices decurtatos ex Parisino *A* omnino derivatos esse non posse.

In Eustathi enim ad Homerum commentario inveniuntur permulti loci Straboniani, maxime ex libris VIII et IX deprompti, quos cum scripturis codicum decurtatorum concinere iam Kramerus perspexit.[1]) Si quis igitur suspicetur codices decurtatos ex codice *A* esse derivatos, huic statuendum videtur, aut Eustathi exemplum Strabonianum indidem originem habuisse, aut, cum hoc vel propter aetatem codicis *A* fieri non possit, Eustathi commentarium ab eo, qui archetypum codicum decurtatorum ex codice *A* derivatum restituendum suscepisset, ad lacunas, quas illic repperisset, resarciendas esse adhibitum. At primum per se vix cogitari potest, ex diversissimis Eustathi locis ea, quae Strabonis essent, cum ingenti labore esse conquisita. Praeterea autem ille concentus Eustathi et codicum decurtatorum, a codicis *A* lectionibus recedens, etiam in eis partibus versuum invenitur, quae prorsus integrae in *A* servatae sunt. Cuius rei exempla sunt: II 245, 11, ubi in cod. *B* et Eust. ad Il. *B* 503 legitur διαχέαντος, in *A* διαχέοντος, et paulo post lin. 13—16 codices decurtati cum Eust. consentientes haec praebent: ἀφ' ὧν

[1]) Cf. Krameri praef. LIX et LXXXIX.

ποιήεντα τὸν Ἁλίαρτον ὁ ποιητὴς λέγει. Talibus quoque locis scripturas Eustathi pro lectionibus exempli Straboniani receptas esse — quod fortasse dicet quispiam — vix veri simile est; neque enim cuiquam dubium esse potuit, quin Eustathi lectiones non tantum auctoritatis haberent quantum ipsum illud exemplum Strabonianum. Sed omnino non solum in libris VIII et IX, ubi illi, qui resarciendi munus suscepisset, commentarius Eustathi ad restituendas lacunas evolvendus erat, sed etiam in ceteris libris et — quoniam Eustathius maxime ea, quae ad Graeciam pertinent, ex Strabonis opere laudat — maxime in integra parte libri VIII eodem modo Eustathi et codicum decurtatorum lectiones conveniunt. Quis hic putabit ex Eustathio quidquam depromptum esse, cum omnino nulla esset causa, cur Eustathi commentarii ad Homerum et — paucis quidem locis — ad Dionysium Periegetam evolverentur? Ut huius quoque rei pauca afferam exempla, illustrissimum illius consensus argumentum invenitur initio libri VIII pag. 113, 4, ubi et apud Eustathium (ad Il. *B* 616) et in codd. decc. primus Homeri versus inde a verbo *μέσσῳ'* usque ad *ἵππους* omittitur, quem propter Eustathi auctoritatem, quamquam in *A* legeretur, submotum esse nullo modo cogitari potest. Deinde praeter alia exempla consensus ille aperte conspicitur locis hisce: II 115, 11 coll. Eust. ad Il. *H* 135 (*Φειά*); II 116, 7 coll. Eust. ad Dion. 409 (*ὑπὸ γῆν*); I 310, 19 coll. Eust. ad Dion. 566 (*φασι*); I 418, 19 coll. Eust. ad Dion. 373 (*ἀφῃρέθησαν*); I 424, 7 coll. Eust. ad Dion. 467 (*ἀπὸ Παχύνου*).

Omnibus his argumentis recte perpensis consensum illum, quem inter Eustathium et codices decurtatos intercedere constat, profecto non ita exortum esse dicemus, ut Eustathi commentarii ad codicem *A* resarciendum adhiberentur. Immo hoc concludendum videtur, Eustathi exemplum Strabonianum ex decurtatorum fuisse numero. Hoc ita esse hac re confirmatur, quod ei loci, qui in codicibus decurtatis omissi sunt, ab Eustathio, qui innumerabiles fere locos ex libris VIII et IX affert, nunquam laudantur, ut in illius quoque exemplo eos defuisse audeam affirmare. Quod quamquam iam Kramerus perspexisse videtur, tamen, cum vir doctissimus accuratius hoc demonstrare supersederit, nobis liceat illa quae in libro IX (II 286, 22 sqq.) in-

veniuntur conferre cum eis quae Eustathius ad Il. 532 ex Strabone affert. Cum enim Eustathius semper ea quae de oppidis in Iliade commemoratis apud Strabonem leguntur, ex eo afferat, tamen hoc loco quae in codicibus decurtatis desunt ipse quoque omittit et ea tantummodo laudat quae in illis quoque inveniuntur. Deinde paulo infra apud Strabonem leguntur haec: *ἡ δὲ Σκάρφη κεῖται ἐφ' ὕψους [διέχουσα Θρονίου σταδίους εἴκοσι], χώραν δ' εὔκαρπον [τε] καὶ εὔδενδρον ἔχει· [ἤδη γὰρ καὶ αὕτη ἀπὸ τοῦ δάσους ὠνόμασται.] καλεῖται δὲ νῦν Φαρύγαι· ἵδρυται δ' αὐτόθι Ἥρας Φαρυγαίας ἱερὸν κ. τ. λ.*, ubi ea quae desunt in codd. decc., uncis inclusi. Apud Eustathium l. l. haec exstant: *κατὰ δὲ τὸν γεωγράφον ἐφ' ὕψους ἡ Σκάρφη κεῖται, χώραν εὔκαρπον καὶ εὔδενδρον ἔχουσα· καλεῖται δέ, φησι, νῦν Φαρύγαι καὶ ἔχει Φαρυγαίας Ἥρας ἱερόν.*

His exemplis, quibus etiam alia addere possum, satis superque, ni fallor, demonstratur, etiam Eustathi codicem Strabonianum ex decurtatorum numero fuisse.

Sed ut redeamus unde digressi sumus, hoc statuendum videtur, codices decurtatos ex codice Parisino *A* non esse derivatos. Recte igitur Kramerus iudicat, cum huic codicum familiae propriam auctoritatem addicit. Hoc tamen, quam rationem codices illi inter se habeant, accuratius quaerere supersedit. En, quae de hac re exponit (praef. pag. LXIV): „Reliqui codices decurtati“ — scil. praeter epitomen Vaticanam ceteroquin ad hanc eandem familiam spectantem — „locis haud paucis ita in duas partes discedunt, ut Veneti 1 et 2 (i. e. *l* et *m*) cum Parisiensi 3 (*s*) plerumque concinentes a Mediceo 1 (*B*), quatenus prima manu scriptus est, vehementer discrepent. Huic autem Paris. 2 (*C*), quoad prima manu scriptus est, consentire solet: Ambrosianum 2 (*v*) non tam accurate excussi, ut certi quid statuere audeam, sed eum quoque Mediceo affinem puto. Ille denique codex, ex quo supplementa Parisiensis 1 (*A*) petita sunt, cum Veneto *l* maxime conspirat.“ Denique unum affert exemplum, quo codices *l m s* a codice *B* multum dissentire ostendit. — Haec ut non accurate tractata, ita non recte iudicata sunt; quapropter num forte certius de eis iudicium fieri possit, nunc videamus.

Atque ad hanc rem accedenti mihi epitome Vaticana (*E*),

quam ex codice quodam decurtato originem habere Kramerus dilucide demonstravit, una cum codicibus decurtatis tractanda videtur esse, idque maxime ea de causa, quod et permultas operis Straboniani partes exhibet et genuinam orationis formam fere semper servat.

Priusquam autem ad singulos codices iudicandos transeamus, de totius familiae natura atque indole pluribus disserendum videtur.

Etenim cum viderimus, in omnibus huius familiae codicibus in libris VIII et IX multa omissa vel in brevius contracta esse, quaerendum erit, utrum hoc consulto ab epitomatore quodam factum sit, an depravata codicis archetypi condicio causa fuerit.

Atque Kramerus quidem hanc quaestionem facile diiudicare sibi videtur, cum praef. pag. LXI haec pronuntiat: „In iis (i. e. codicibus decurtatis) non tantum permulta ab antiquo breviatore omissa sunt, sed nonnulla etiam locis quibusdam in brevius contracta et mutata.“ Putat igitur vir illustrissimus consulto illam iniuriam libris VIII et IX allatam esse. Cui opinioni haec argumenta opponere mihi liceat:

1. Qui factum est, ut in libris VIII et IX solis, non etiam in ceteris manus breviatoris grassaretur? Quamquam enim in libris I—VII interdum pauca interciderunt, tamen haec et ad singulos tantummodo codices, non ad totam decurtatorum familiam pertinent et culpa librarii ad simile quoddam verbum aberrantis omissa sunt.

2. Cur breviator non totos libros octavum et nonum in breviorem formam redegit, sed hic et illic tantummodo singula quaedam delevit; cur praeterea in aliis partibus permulta, in aliis fere nihil omisit?

3. Etiamsi concedimus, ea enuntiata, quae orationi inserta vel ad sententiarum conexum nullius momenti sunt, fortasse consulto omitti potuisse, tamen hoc mirum videtur, quod in eis non eadem ratione usus est breviator, sed idem fere quod aliis locis delevit, servavit aliis. Velut talia desunt: II 146, 3 (*ταῦτα μὲν περὶ τῆς Ἠλείας*); 149, 5 (*ὡς προειρήκαμεν*); 208, 16 (*καὶ οἱ μὲν οὕτω λέγουσιν*); 244, 14 (*ἧς ἐμνήσθημεν*); 310, 8 (*ὥσπερ εἴρηται*); prorsus similia vero in eisdem codicibus exstant:

214, 5 (ὅπερ εἶπον ἐν τοῖς πρόσθεν); 230, 12 περὶ μὲν τῆς Ἀττικῆς ταῦτα); 237, 1 (ὡς εἴρηκα); 240, 18 (ἐμνήσθημεν δ' αὐτοῦ καὶ πρότερον).

4. Praeter hos locos etiam alii desunt, qui quamquam sine detrimento orationis deleri potuerunt, tamen cur deleti sint, nulla omnino causa proferri potest. Minime enim supervacanea sunt quae illic exstant et semper aliquid novi in eis commemoratur. Quorum quamquam numerus est maximus, haec pauca afferam: 213, 13—15; 220, 10; 237, 20—22; 287, 9—10 et 10—11; 302, 8—9; 320, 12. Hos locos qui omisit, uniuscuiusque fere enuntiati partem vel totum enuntiatum eodem iure omittere potuit.

5. Saepe fit, ut omissis locis quibusdam oratio subito abrumpatur neque sententia percipi possit. Quod ut perspicias, conferas velim: 99, 19; 112, 15; 146, 2; 157, 6, 158, 1 et ex libro IX ea quae supra p. 8 sq. enumeravi.

6. Postremo maximi momenti ad totam rem iudicandam mihi videtur illud, quod eisdem locis, ubi quaedam omissa sunt, interdum maiores, plerumque parvae tantummodo lacunae latitudine digitali vel semidigitali relictae sunt. Has lacunas non solum in codice *B* inveniri, sed etiam in *s*, Kramerus ipse testatur (cf. praef. XVI); ex ceteris codd. decc. Kramerus duobus tantum locis lacunas indicat II 216, 11 (*E l*) et 303, 14 (*E*), sed in eis quoque plures inesse lacunas ex ratione, quae intercedit inter codd. *l s v*, quamque infra accuratius tractabimus, apparere mihi videtur. Codicis *C* denique librarium in illo unde describeret exemplo multas invenisse lacunas, inde efficitur, quod initio libri VIII pag. 104, 4, unde maxime increbrescunt detrimenta in reliquis codd. decc., in codice *C* oratio subito abrumpitur et multis foliis vacuis relictis initio demum libri X rursus incipit. Qui hoc fieri potuit, nisi in illo exemplo lacunae tam manifestae et tam crebrae erant, ut librarius nihil se nisi mutilatum Strabonem efficere posse ratus potius folia vacua relicta posteriori tempori explenda relinqueret? — Ut autem certius de illis lacunis iudicium fieri possit, refugiendum erit ad codicem *B*, quem mihi ipsi excutere licuit. Hic enim in libro VIII — ubi loci omissi sunt centum viginti sex — duodeviginti, in libro IX vero — ubi centum sex loci desunt — quadraginta

et una inveniuntur lacunae. Accedunt vero ad has lacunas signa — punctum aut colon — saepius eis locis ubi quaedam desunt prima manu in margine posita; his igitur adnumeratis in libro VIII vicies, in libro IX semel et quinquagies orationis defectus diversis signis indicantur. Haec autem signa, lacunas et puncta, ne forte credas istic tantummodo inveniri ubi oratio abrumpatur, eis quoque locis exstant, quos consulto omissos esse facillime indicaveris, velut II 114, 10; 162, 17; 177, 22; 282, 8; 283, 14; 285, 1; 303, 13; 306, 7; 307, 2. — Haec igitur omnia signa non a breviatore quodam posita esse per se patet. Sed de hac re si quis etiamnunc dubitet dicatque breviatorem lacunas propterea reliquisse, ut aliquid omissum esse quivis intellegeret, hoc sine dubio concedet, eis locis ubi totae etiam lineae vacuae relictae sunt, defectum aliquem in archetypo fuisse, velut 125, 4, ubi tota fere pagina in *B* vacua relicta est; 154, 14, ubi tres lineae vacuae sunt; 178, 14, ubi una linea.

His ita expositis dubium esse non potest, quin archetypus codicum decurtatorum extero quodam detrimento affectus fuerit. Hoc detrimentum certe ad eos locos pertinere, ubi lacunis vel etiam punctis in margine positis aliquid omissum esse indicatur, pro certo affirmari licet. Sed cum illi loci et tantum numerum conficiant et iacturae eorum eiusdem naturae sint atque reliquorum, errare mihi non videor, cum omnia fere detrimenta codicum decurtatorum ex codicis archetypi misere affecti condicione originem duxisse suspicor. Hoc accuratius fortasse demonstrare potuimus, si lacunae quae in ceteris codd. decc. exstant, magis innotuissent. Sed in eis interdum lacunas inveniri, ubi in *B* non inveniuntur, concludendum videtur ex eo quod II 216, 12 in *E l* lacunas exstare ipse Kramerus testis est. Quod lacunae non semper servatae sunt, hoc mirum videri non poterit, si consideraverimus, ex codice archetypo, quem satis antiquum fuisse Eustathi exemplum testatur, per longam fortasse seriem nostros codices esse derivatos et paulatim a librariis lacunas tanto opere esse diminutas, ut multae prorsus evanescerent.

Sed mirabitur fortasse quispiam, quod de locis in brevius contractis nondum verba fecerim. Facile enim est suspicari eos consulto in hanc formam esse redactos. Itaque nunc diligentius de eis quaerendum est.

Praetereundi autem in hac re ei videntur esse loci, ubi postquam enuntiatum quoddam omissum est, sequentia verbis ὅτι, φησί, εἶτα vel similibus adduntur. Neque enim hac ratione contrahuntur Strabonis verba, et praeterea ea quae illic omissa sunt, in archetypo fuisse corrupta et lacunae monent his quoque locis saepe relictae et semel etiam (II 99, 19) oratio subito interrupta.

Deinde etiam illi loci excludendi sunt, ubi versus ex poetis allati non ad finem perscripti sunt verbis καὶ τὰ ἑξῆς vel ἕως τοῦ adiunctis. Sed hic quoque corruptelas fuisse in archetypo inde collegeris, quod interdum subito desinit oratio, velut II 129, 9, ubi verba καὶ τὰ ἑξῆς post ἀντόμεναι leguntur in medio enuntiato; 251, 5, ubi post Ἑλικῶνος verbis καὶ τὰ ἑξῆς positis Ascrae Hesiodi patriae, propter quam versus illi afferuntur, omnino non mentio fit; 321, 10, ubi cum legatur μενεκτό: ἕως τοῦ ἀμφ' ἱμερτὸν, dilucide demonstratur in archetypo detrimentum fuisse, quod verbis ἕως τοῦ interpositis quasi quodammodo celatum est.

Ceteri vero loci in brevius contracti in duas partes distribuendi videntur, quarum altera eos complectitur, qui in omnibus codicibus decurtatis convenienter, altera, qui in aliis aliter leguntur.

Prioris generis sunt loci tredecim: 129, 1; 129, 19; 156, 22; 163, 17; 165, 10; 245, 13; 246, 9; 259, 8; 267, 13; 275, 2; 296, 5; 299, 11; 329, 3; ex quibus nonnulli: 163, 17; 246, 9; 259, 8; 267, 13; 299, 11 lacunis in codice *B* relictis dilucide demonstrant, in codice archetypo hic corruptelas fuisse.

Alii ex hoc numero loci vel ipsa supplementorum natura corruptam archetypi condicionem satis arguunt, velut 129, 1 (πρὸς ταῦτα); 296, 5;[1]) 299, 11.[2]) Alii ostendunt, librarium conexum interruptum restituere voluisse, velut 246, 12—247, 3.[3])

[1]) Hic post ἔργων in *B* legitur: ὅτι τῶν ὑπὸ τῷ ἀχιλλεῖ λεχθέντων ἐναντιλογία ἐστὶ τὸ, τε ἄργος κ. τ. λ., deinde secunda manu sub ὅτι τῶν et ἐστὶ puncta posita sunt.

[2]) In *B* eadem leguntur atque in *l*, nisi quod initio ἡ omittitur.

[3]) In *B* legitur: ὅτι Ὅμηρος ποιήσας ὃς ῥ' ἐν usque ad κηφίσιδι λίμνην οὐ τὴν κωπαΐδα λέγει ὡς κ. τ. λ., ubi γὰρ omissum est propter lacunam antea inter verba καὶ τῶν ἑλῶν et ὅτι ὅμηρος hiantem, βούλεται fortasse quia in archetypo item ut in *A* βούλονται falso legebatur.

In aliis cum ea quae exciderunt gravioris momenti sint, non liquet cur contractio consulto sit facta, velut 129, 19; 156, 22; 275, 2. Contra nullius fere momenti ea sunt, quae pag. 245, 13 et 329, 3 interciderunt; sed altero loco post verbum *ὀνομάσαι* in *B* parva lacuna invenitur, ut his quoque locis parva detrimenta in archetypo fuisse conicere liceat.

Alterum genus ad eos spectat locos, quibus verba Strabonis aliter in codice *B*, aliter in ceteris codd. decc. in brevius contracti sunt. Harum lectionum utramque iam in archetypo exstitisse perspicere licet ex II 115, 7, ubi scripturam codicis *B* ex altera oriri non potuisse per se apparet, codicum *l m* vero scripturam non ex codicis *B* lectione, sed ex vera illa quae in codice *A* invenitur et quae primo in decurtatorum archetypo fuit, profectam esse ex verbo *σκέψιν*, quod genuino verbo *ἐπίσκεψιν* simillimum est, iure collegeris. Nec minus hoc idem 122, 21 ex verbo *ὄρη*, quod et in sano codice *A* et in *l m* invenitur, concludendum videtur. Quae cum ita sint, vix credibile videtur esse, ab eo, qui consulto locos quosdam in brevius contraheret, duas scripturas esse positas, quarum altera in textu, altera fortasse in margine collocaretur. Multo facilius cogitari potest, genuinam Strabonis scripturam in codice archetypo fuisse corruptam et a lectoribus duobus diversa ratione in margine vel inter lineas ita esse restitutam, ut quisque reliquias et vestigia scripturae antiquae perspicere et interpretari se posse confideret. Neque aliter intellegi potest, quod his locis in codicis *B* lectionibus interdum omnino nullus inest sensus, velut p. 100, 6 (*κρισσαίου κόλπου διέχουσα ἀπὸ τοῦ ἰσθμοῦ μέχρι τοῦ ἀράξου σταδίους τριάκοντα. ὡς μὲν οὖν τύπω κ. τ. λ.*); 122, 21, ubi verbum *καθήκοντα* cum antecedentibus non apte concinit; 133, 6, ubi verba *καὶ τὰς μεταξὺ χώρας* prorsus inepta sunt. Sed etiam ceteris locis, ubi sensus plane perspicitur, detrimenta fuisse in archetypo inde apparet, quod in ceteris codicibus decurtatis eae partes saepe plane omissae sunt, quae in codice *B* in aliam formam redactae leguntur, velut his locis: 217, 21; 222, 17; 223, 18 [1]); 224, 3; 229, 4.[2]) Quomodo enim haec di-

[1]) In codice *B* leguntur haec: *καὶ θησεῖον καὶ τὸ λύκειον· καὶ αὐτὸ τὸ ὀλύμπιον· ὅπερ κ. τ. λ.*

[2]) *B* praebet hos tres versus integros.

stantia potest intellegi, nisi in archetypo codicum decc. lectiones codicis *B* in margine collocatas fuisse suspicamur?

His ita expositis nemini iam dubium erit, quin depravata codicum decurtatorum condicio originem non duxerit ex librari cuiusdam vel hominis docti licentia, sed ex codicis archetypi corrupto statu. Quod quamquam pro certo affirmari potest, tamen nonnulla verba in contextu verborum interdum consulto omissa esse nobis concedendum est. Huc spectant primum quidem voculae quaedam, quae in codicibus decc. interdum in prioribus libris, multo saepius vero in libris VIII et IX omissae sunt, velut saepissime articulus, deinde *φησί, ἐστί, εἰσί, τε,* similia. Deinde etiam alia interdum verba paulo maioris momenti desiderantur, velut 134, 18 (*τοῖς θεοῖς*); 141, 11 (*δ᾽ ἐν*); 158, 3 (*καθάπερ καὶ — φησιν*); 240, 6 (*κώμη*); 241, 8 (*τῆς Βοιωτίας*); 284, 7 (ubi legitur *οἳ σχίζονται* omisso *ἐλέγομεν*); quibus etiam adnumeranda videntur haec enuntiata intercalaria: 149, 5 (*ὡς προειρήκαμεν*); 244, 14 (*ἧς ἐμνήσθημεν*); 310, 8 (*ὥσπερ εἴρηται*); 315, 2 (*καθάπερ εἴρηται*). Ex quibus quamquam nonnulla fortasse etiam propter detrimenta archetypi excidisse puto, tamen pleraque consulto omissa esse veri est simile. Neque cur haec consulto omissa sint, difficile est dictu. Quid enim magis consentaneum est, quam librarium illum, qui omnium nostrorum codicum decc. fontem ex archetypo descripsit, cum vidisset, libros VIII et IX tanto opere esse truncatos, ut genuinum Strabonis textum omnino non restituere posset, etiam integras partes iusto neglegentius tractasse? Hoc tamen constare mihi videtur, illam librari licentiam non ultra singula verba et parvas verborum compositiones esse progressam.

De archetypo igitur codicum decurtatorum statuendum videtur, multis locis librorum VIII et IX eum fuisse mutilum vel foliis blattarum morsu corrosis vel scriptura humore evanida facta. In hac re mirum fortasse videbitur, quod inde ab initio libri VIII initium quoque perniciei factum sit. Sed haec pernicies fortasse etiam ad finem libri VII pertinebat, qui ob hanc eandem causam in codicibus decc. prorsus omissus videtur esse. Ubi cum inde a verbis *Κινέας δ᾽ ἔτι μυθωδέστερον* oratio subito desinat, apparet aut folia nonnulla intercidisse aut textum tam corruptum fuisse, ut librarius id quod etiam legi posset,

describere supersederet. Atque hoc alterum, quod etiam initio libri VIII in codice *C* factum esse supra vidimus, ut statuamus, fortasse etiam ea re adducimur, quod in fragmentis libri VII, quae exstant in epitome Vaticana *E* pag. 74, 11 ed. Kram., lacuna relicta est, et quod in postrema parte eorum, quae in ipsis codicibus leguntur, nonnulli loci (cf. 69, 20; 71, 4) orationem non esse integram declarant. Sed haec non satis certo dici possunt. Neque quaerentibus nobis, cur in his potissimum libris, non in aliis, detrimenta exorta sint, hoc mirum videbitur, si meminerimus, opus Strabonis geographicum in duos tomos divisum fuisse, quorum prior libros I—IX exhiberet. Cuius divisionis cum optimus codex Parisinus *A* illustrissimum exemplum praebeat, tum eam in nostro archetypo exstitisse inde apparet, quod in plerisque codicibus decurtatis, etiam in Mediceo *B*, quamquam hic libros I—X continet, post finem libri IX reliquum paginae spatium vacuum relictum est. Facile igitur fieri potuit, ut etiam archetypus noster in extrema parte eandem fere vel similem sortem haberet, quam codicem *A* habuisse videmus.

Haec igitur cum codicis archetypi condicio esset, ei loci, qui in textu detrimentum aliquod acceperant, in margine vel inter lineas ita perscribebantur, ut sententia, qualis videretur esse, exprimeretur. Qua ratione interdum duae exortae sunt emendationes, quae in diversis codicibus etiamnunc exstant.

Neque tamen statuendum est, ex hoc codice nostros directa via esse profectos. Ut enim hoc praeteream, mirum videri, quod idem ipse codex, ex quo Eustathi exemplum prodiit, duobus fere saeculis post nostrorum codicum fons factus sit, totus consensus ille, quem nostri codices, quamvis locis quibusdam diversi, et in lacunis et in supplementis earum prae se ferunt, comprobare mihi videtur, primum quidem alium codicem fortasse per longiorem seriem ex archetypo esse profectum, qui plerumque lacunas et supplementa earum constituta et fixa in posterum praeberet, interdum vero etiam duo exhiberet locorum perditorum supplementa; et ex hoc denique nostros codices esse derivatos.

Iam quaeramus, quomodo singuli codices decurtati exorti sint.

Ac primum quidem perspicuum est, epitomen Vaticanam *E* — quod iam Kramerus animadvertit — ex codice aliquo esse profectam, qui libri VII extremam partem exhiberet. Hunc igi-

tur diversum ab eo fuisse necesse est, ad quem ceteri codices decurtati originem reducunt.

Restant igitur codices *B C l s v*. Ex quibus codicem *B* a ceteris multum differre, argumentis demonstratur hisce.

Indices librorum singulorum quamquam in ceteris codicibus inter se consentiunt, tamen in libris VIII et IX codex *B* praebet usitatum illum indicem *Στράβωνος γεωγραφικῶν ὄγδοον* et *ἔννατον,* cum in reliquis codicibus decc. legatur: *ἐκ τοῦ ὀγδόου* — et *ἐννάτου* — *τῶν Στράβωνος γεωγραφικῶν*. Quod argumentum cum non satis firmum sit, tamen illud maximi est momenti, quod haud pauci ex eis locis, quos omissos aut in breviorem formam redactos esse supra vidimus, in codicibus nostris ita inter se discrepant, ut codicis *B* diversam a ceteris originem non agnoscere non possimus. Velut II 99, 19 post verba *ὁ κόρινθος* (*ὁ κόρι C*) in codicibus *C l s v* omnia desunt usque ad verbum *σταδίοις,* in codice *B* vero, quamvis mutata, leguntur; eodem modo codices *C l s v* cum cod. *B* discrepant 100, 6 sqq. Vel ex his locis apparet, codicem *C*, in quo manus prioris scriptura — de qua sola hic agitur — pag. 104, 4 desinit, arte cohaerere cum codicibus *l s v*, et exemplum illud unde manaverit etiam in reliqua parte libri VIII et in libro IX eundem textum atque hos codices habuisse. In his autem libris cum codex *v* praeter paucos locos nondum excussus sit, nonnullis quidem locis habemus lectiones codicis *s*, sed plerumque in locis huc spectantibus acquiescendum erit scripturis codicis *l*. Sed his quoque locis codicem *l* cum ceteris prorsus consentire, omnes illi loci, quibus lectiones eorum notae sunt, satis superque demonstrant. Ut autem hanc rem quam maxime illustremus, iuvabit eos locos omissos vel in brevius contractos, quibus *B* et ceteri codd. decc. inter se discrepant, omnes enumerare; in quibus, si quid novi ex codice *B* enucleavi, apponam. Sunt enim hi: II 115, 7; 119, 4; 122, 21; 125, 4;[1] 128, 10 (ubi *B* prae-

[1]) Hoc loco cum primum quidem tota fere pagina vacua relicta omissa essent omnia usque ad verba *καθάπερ καὶ* (pag. 128, 2), duabus manibus et diversis temporibus ea quae interciderant suppleta sunt, atque id ita, ut ea quae Kramerus affert omnia antiquiore manu scripta sint praeter haec verba: *ὡς ἔφαμεν γέγονε πόλις* (125, 6), *λιγεῖ'* — *ἔστι καὶ ὁ* (126, 3 sqq.), *ὅπου* — *Αἰπάσιον* (126, 19), *δὲ τῆς Χάας* (126, 20), *ἡβῷμ'* — *τείχεσσιν* (127, 3), *τῷ γὰρ* — *Νέδα* (127, 6), *ῥεῖ δὲ*

bet ἔστι δὲ καὶ πλατιμώδης); 128, 12; 133, 5; 152, 2 (ubi in *B* hae discrepantiae ab eo quem Kramerus affert textu inveniuntur: στενίκλαρον — ἰαμίτιν — μεσηνίους — καὶ τοὺς δωριεῖς πάντας εἰς —); 154, 14 (ubi puncta sub verbo ἓξ non secunda sed prima manu posita sunt); 155, 7—9; 178, 14; 186, 11 (ubi *B* praebet τῷ ὄρει, αἱ δὲ); 187, 19 (ubi verba τ' ἐρατεινήν in *B* leguntur); 202, 3; 216, 11 (ubi *B* praebet: ὥρισεν ἐμοὶ μὲν ἀκτὰς· τῷ δὲ λύκῳ κ. τ. λ., quae sec. m. ita correcta sunt, ut ante ἀκτὰς verba ἀπελθεῖν εἰς, post: τῆςδε γῆς πρεσβεῖα νείμας insererentur); 217, 21; 222, 17; 223, 18 (*B*: καὶ θησεῖον καὶ τὸ λύκειον καὶ αὐτὸ τὸ ὀλύμπιον· ὅπερ κ. τ. λ.); 224, 3; 228, 4 (*B*: ἱερὸν· εἶτα μυρρινοῦς, sed sec. m. verba νίδες ὅπου τὸ τῆς ταυροπόλου inserta sunt); 229, 4 (ubi *B* versus prorsus integros praebet); 241, 1 (ubi in *B* post verba ἀπὸ δὲ magna lacuna per tres lineas pertinens relicta est, sec. manu expleta, deinde sequuntur verba ἐν δὲ τῇ κ. τ. λ.); 245, 5 (*B*: καὶ ἀκέκροπα, deinde ea quae desunt sec. m. ante κέκροπα interposita sunt); 251, 2 (ubi in *B* post αὐτὸς etiam ἐκεῖνος pr. m. scriptum est, sequentia autem usque ad λέγων cum deessent, secunda demum manu suppleta sunt); 258, 2 (ubi post καὶ abrumpitur oratio lacuna parva relicta, sed sec. m. ea, quae Ieerant, addita sunt); 267, 13 (ubi post τοῖς πρὸς lacuna hiat, deinde sequuntur verba pr. m. scripta: εἶτα καταγράψαι (sic!) σχῆμα τί χωρίων ὡς ἂν ἐν τριγώνῳ ἐπάγει· quae itidem lacuna relicta excipiunt verba ὁ μὲν κ. τ. λ.); 288, 24 (ubi in *B* post verbum συνεχεῖς secunda demum manu inserta sunt οἱ τὴν οἴτην ἔχοντες); 299, 6 (ubi post ἀμυνό abrupta oratione et lacuna relicta leguntur verba τάχα δὲ κ. τ. λ.); 299, 9 (ubi post πᾶσαν lacuna relicta sequuntur verba ὑπὸ πρωτεσιλάῳ κ. τ. λ.); 308, 11 (ubi post καὶ demum abrumpitur oratio); 317, 20 (ubi post πόλ abrumpitur oratio, deinde sequuntur τί-

— καθάπερ καὶ (127, 13), haec vero postea partim in margine vel inter lineas, partim in lacunis relictis eadem secunda manu, quae cetera quoque in libris VIII et IX supplevit, minutis litteris adiecta sint. Ex quibus ea, quae antiquiore manu scripta sunt, plerumque concinunt cum eis, quae in *l s* leguntur, initio vero ab eis ita recedunt, ut eodem modo atque prima manus codicis *B* plura exhibeant quam codices *l s*, ipsa quoque a codicis *A* lectionibus diversa. Facile igitur est suspicari, ea postea ex eodem exemplo Straboniano, quod primus librarius codicis *B* habuit, suppleta esse.

τανος κ. τ. λ.); 318, 2 (ubi post *πλησίον καὶ* abrupta oratione et lacuna relicta sequitur *καὶ τὸ ἀστέριον κ. τ. λ.*).[1])

Has discrepantias non esse eas, ut conicere liceat codicem *B* ex ceteris manasse, quivis intelleget. Sed ne ceteros quidem ex codice *B* esse derivatos apparet cum ex locis 115, 7 et 122, 21 supra pag. 16 a me tractatis, tum ex pag. 202, 3., ubi verba *εἶτα — γνωρίζεσθαι,* et 241, 2, ubi verba *κεῖται — καὶ πόλις* in codice *B* desunt, in ceteris vero leguntur. Quae cum ita sint, facere non possumus, quin statuamus codicem *B* et ceterorum codicum communem fontem ex eodem archetypo diversa via esse profectos. Atque id ita factum esse liquet, ut codex *B* multo plura quam ille mutilatorum locorum supplementa ex margine reciperet et tribus tantummodo locis: 202, 3; 241, 2; 260, 10 (ubi *τὴν Μίδειαν* in *B* omissum est lacuna relicta) ea, quae exstant in ceteris codicibus, respueret.

Denique etiam hoc animadvertendum videtur, codicem *B*, quippe qui toto fere saeculo post codicem *C* — qui alterius est familiae — scriptus sit, vix primum fuisse apographum codicis archetypi, sed ex apopgrapho quodam archetypi ipsum quoque esse descriptum.

Iam sequitur, ut de codicibus *C l s v* verba faciam. Quo ex numero codicem *C* non ex reliquorum uno originem duxisse vel ex aetate eius liquet. Sed ne ceteros quidem ex illo esse derivatos, inde apparet, quod codex *C* initium tantummodo libri VIII prima manu scriptum exhibet, ceteri vero etiam sequentia

[1]) Hoc loco non enumeravi eos locos, qui in codice *l* ea de causa interciderunt, quod librari oculi ad alium quendam locum aberraverunt: 134, 9; 215, 22; 234, 1; 299, 7; 302, 12; 316, 5. Quos etiam in archetypo huius familiae codice defuisse non licet affirmare, sed solus codicis *l* librarius videtur haec peccavisse. Praeterea consentaneum est me illos quoque locos praetermisisse, qui, cum eodem modo atque in *B* secundum Tzschuckium in codice *m*, codicis *l* apographo, omissi sint, sine dubio etiam in *l*, quamquam Kramerus hoc adnotare supersedit, desunt, velut II. 117, 20, ubi verba *οὗτοι — Σάμιον* in cod. *B* et sec. Tz. etiam in cod. *m* desiderantur. Ad eiusdem paginae 117 vs. 9 hoc loco liceat mihi emendationem proponere *ἐν ἄλσεσι πλήρεσιν ἀνθέων*; facile enim propter similitudinem terminationum verbum *πλήρεσιν* excidere potuit. Nec placet Meineki coniectura, qui scribit *ἄλσεσιν ἀνθέων πλέῳς τὸ πολὺ κ. τ. λ.*, verba enim *τὸ πολύ* sine particula *ὡς* apud Strabonem vix ita inveniri existimo.

continent. Itaque primum quidem statuendum videtur, codicem *C* diversa via ex communi fonte esse profectum.

Neque vero ex hoc ipso communi fonte ceteros codices *l s v* singulos esse descriptos veri est simile. Quod facile concesseris, cum illud quod legitur II 99, 19 in memoriam revocaveris. Ibi enim cum in codice *C* legatur ὁ κόρι concludendum videtur, in huius familiae communi fonte ea quae sequerentur evanuisse, codicum *l s v* igitur lectionem ὁ κόρινθος nihil esse nisi pravum supplementum, quod a diversis librariis profectum esse vix licet suspicari. Immo statuendum videtur, apographum quoddam illius archetypi codicum *C l s v* fuisse fontem codicum *l s v*.

Sed hi quoque codices ita inter se discedunt, ut *s* et *v* plerumque inter se consentientes diversam a codice *l* prodant originem. Neque enim codicem *l* ex altero utro descriptum esse apparet, ut pauca exempla afferam, ex his locis: II 95, 16 (*l*: ὅτι Ἔφορος, *s v*: ἔτι Ἔφορος); II 334, 16 (*l*: κλειναῖον, *s v*: κλιναῖον); II 267, 13 (in *s* ea desunt, quae in *l* leguntur), quibus omnibus locis codicis *l* lectiones propius ad codicem archetypum accedunt. Neque codices *s v* rursus ex cod. *l* manasse liquet ex eis, quae leguntur: II 93, 21 (*s v*: μαλιαίων, *l*: μαλιλέων); I 202, 10 (*v*: τοῦ νοτιωτέρου, *l*: τὸν νοτιώτερον); II 95, 3 (*v*: δωριαίον, *l*: δωριαίων); II 100 ad 10 (*s*: καὶ τῆς ἀντικόρθμου, *l*: καὶ ἀντικόρθμου); II 326, 12 (*s*: ἰπνοῦν, *l*: ὑπνοῦν), ubi semper codd. *s v* archetypi lectiones diligentius servaverunt, quam *l*.

Sed ab omnibus codicibus decurtatis codex *l* initio libri II multum differt, cum illud praebeat argumentum, quod in ceteris omnibus deest et in solo codice *A* eiusque apographis legitur. Quod quin illinc in codicem *l* pervenerit, dubium esse non potest. Atque omnino ei, qui libros I et II legerit, codicumque lectiones a Kramero adnotatas inter se contulerit, mirum videbitur, quod permultis locis codex *l* cum codice *A* prorsus conspirat a ceteris codicibus decc. longe recedens. Quos locos si paulo accuratius contemplati erimus, aperte elucebit, codicem *l* in his libris ex codice *A* originem duxisse. Cuius rei cum permulta testimonia afferri possint, hoc loco satis habeo ea enumerare, quae gravissimi momenti videntur esse: I 12, 7 in *A l* omissa sunt verba καὶ μεγέθη καὶ ἀποστήματα, quae in codicibus *B C* leguntur; 35, 7 (*A l* ὅτι ἂν κερήμαν); 67, 1 et 2

(*A l* νωλεμέως ἵμην et αὐτῆς); 89, 15 (ubi verba οὕτως φασὶν ὀνομασθῆναι prima manu in *A* omissa desunt etiam in *l*); 124, 13 (ubi cum eadem atque in *A*, in *m*, codicis *l* apographo, omissa esse Kramerus affirmet, pro certo statuendum est, ea etiam in *l* deesse); 156, 23 (ubi cum librarius codicis *A* aberravisset, eadem in *l* praetermissa sunt); 179, 18 (ubi codices *A l* omittunt verbum ἡμερῶν, quod exstat in codicibus decc.)·

Hic consensus pertinet usque ad pag. 191, 22, ubi cum in codice *A* nonnulla folia intercidissent, librarius codicis *l* alium quendam librum sibi quaesivisse videtur unde reliqua describeret. Ita factum est, ut inde ab hoc loco codex *l* decurtatorum codicum vestigiis ingrederetur.

Inveniuntur quidem etiam in sequentibus libris loci nonnulli, quibus codices *A* et *l* inter se consentire videntur: I 237, 5 et 14; 241, 6; 245, 15; 264, 8; 300, 3; 301, 5; 304, 1; 355, 17; 356, 4; 391, 17; 401, 3; 424, 11; 427, 15; 451, 11; II 28, 1; 41, 3; 43, 15; 52, 22. Sed hi prae ingenti locorum numero, quibus codicem *l* cum decurtatis conspirare luculentissime apparet, in censum venire omnino non possunt. Illud tamen quaerendum erit, quomodo his locis consensus ille exortus sit.

Ac primum quidem animadvertendum est, nullo loco ex hoc numero magnam esse distantiam inter lectiones codicum decurtatorum et codicis *A*. Una enim littera mutata, quod in omnibus codicibus saepissime factum esse quivis concedet, facile in codice *l* eadem lectio atque in *A* fortuito quodam casu exoriri potuit, velut 241, 6 (ubi in *A l* ἀσημότατα, in *B* ἀσημώτατα legitur); 300, 3 (*A l* σαιγοσιάβων, *B* σαιγοσιανῶν); 301, 5 (*A l* ἐδούων, *B C* ἐλούων); 304, 1 (*A l* σώηβοι, *B* σόηβοι); 427, 15 (*A l* ποσειδῶνι, *B C* ποσιδῶνι); II 28, 1 (*A l* ἔσχεν καινεὸν, *C* ἔσχε καὶ νεὸν); 43, 15 (*A l* ἐκρετοσείρῳ, *B* ἐκριτοσίρῳ).

Deinde cum codices *C* et *l* non satis diligenter excussi sint, in his minutiis facile errores quosdam oriri potuisse apparet. Et fortasse eveniet, ut lectionibus codicum accuratius cognitis consensus iste codicis *l* cum codice *A* etiam his paucis locis aut prorsus evanescat, aut cum eadem lectio in codicum decurtatorum uno inventa sit, ita explanetur, ut eandem lectionem in codice *A* et in codicum decc. archetypo fuisse statuendum sit. Velut hoc factum esse liquet I 245, 15, ubi ipse in codice *B* eandem lectionem σέρτωρι, quae est in *A l*, repperi.

Vix igitur quisquam erit, qui in isto consensu codicum *A* et *l*, qui paucissimis tantummodo locis inde a pag. 191, 22 inveniatur, offendat; atque id eo minus, quod codicem *l* in libris VIII et IX ex decurtato quodam codice descriptum esse negari nullo modo potest. Neque vero illud, quod supra statui, negare licebit, codicem *l* in libris I et II usque ad pag. 191, 22 aut ex ipso codice *A* — iam tum secunda manu suppleto et correcto — aut ex apographo quodam eius originem duxisse; unde eum in hac parte nullam omnino auctoritatem habere satis liquet.

Sed ut revertamur, unde digressi sumus, etiam pauca dicenda sunt de codicibus *s v*. Ex quibus quamquam maxime de codicis *v* lectionibus admodum pauca innotuerunt, tamen artissimam inter eos necessitudinem intercedere conspicitur his locis: II 94, 23 (*πολλὰ*); 95, 16 (*ἔτι ἔφορος*); 211, 1 (*τῶν* om.); 332, 16 (*αὐτῆς* om.); 334, 16 (*κλιναῖον*). Discrepantias non inveni nisi duas: II 333, 4 (*v* cum ceteris codd. *σεληνουντίου*, *s σελανουντίου*) et III 232, 15 (*v καὶ ασοι καὶ παρδάλεις*, *s καὶ παρδάλεις*); unde aperte perspicitur, codicem *v* ex codice *s* non esse descriptum. Itaque in medio relinquendum est, utrum — quod in tanto eorum consensu facile crediderim — *s* ex *v*, an uterque ex eodem exemplo descriptus sit.

Iam cum ea, quae de codicibus dicenda erant, ad finem perduxerimus, relinquitur, ut de epitomis Palatina et Gemisti Plethonis, de Synopsi Vaticana, de fragmentis Grottaferratensibus, de excerptis Stephani et Eustathi Strabonianis, denique de eis partibus codicis *A* et codicum *n o p*, quas totis foliis atque etiam quaternionibus in *A* deficientibus ex alio codice Straboniano sumptas esse apparet, quam rationem cum reliquis codicibus habeant, paucis disseramus. Atque id ita instituemus, ut primum de eis, quae maioris momenti sunt, epitome Palatina, excerptis Stephani, fragmentis Grottaferratensibus, deinde de ceteris, quae praeter Synopsin Vaticanam omnia ex decurtatis codicibus fluxisse liquet, verba faciamus.

Epitomes Palatinae[1]) qualis esset ratio, Kramerus non recte perspexisse mihi videtur. Cum enim praef. pag. LXXVI statuit, epitomas Palatinam et Vaticanam et ceteros decurtatos codices „omnes pro uno quasi codice habendos esse“, certe hoc

[1]) De hac epitome cf. Krameri praef. pag. XLII sq.

profitetur, epitomen Palatinam ex codice quodam decurtato originem duxisse, quam sententiam etiam Muellerus, in his rebus prorsus Kramerum secutus, in schemate codicum indici variae lectionis praemisso amplexus est. Quod non recte esse iudicatum, satis perspicitur ex locis: 210, 11; 237, 21; 241, 3; 268, 3, ubi ea, quae in omnibus codd. decc. omissa sunt, in epitome Palatina leguntur. Contra animadvertendum est, nonnullis locis eam cum codice *A* conspirare adversus codd. decc.: I 438, 4 (ἐμπρόσοδον); 446, 10 (πυθαγόριον); II 37, 16 (βοσποριανῶν); 46, 21 (Epit. κυρηκτική, *A* κυρικτική); 208, 4 (μέναλος); aliis vero locis rursus cum codd. decc. contra codicem *A*: I 184, 19 (σαρδῷον); 362, 26 (παρθενείας); 415, 11 (σκυλάκιον); II 34, 12 (χερσόνησος et τενία, quae etiam in codice *B* leguntur); 101, 11 (ἀλφειοῦ om.). Quae cum ita sint, dubium esse non potest, quin epitome Palatina ex codice aliquo manaverit, qui neutrius esset familiae, sed et codice *A* et codicum decurtatorum archetypo antiquior. Atque hoc ita esse vel illa re confirmatur, quod haud paucis locis epitome nostra unice veras lectiones praebet, cum omnes codices in falsis scripturis consentiant, velut I 211, 21; 255, 12; II 249, 10. Sed quamquam plerumque meliores lectiones exhibet quam ceteri codices, tamen inveniuntur loci, ubi, quae in ea leguntur, deteriora sunt nostrorum codicum lectionibus, velut I 103, 17; II 8, 5; 49, 9. Cum autem nostrum epitomes exemplum non primum excerptoris chirographum esse Kramerus affirmet, sed apographum potius ex eo descriptum, ex his locis non licet concludere, ipsum illum codicem, quem auctor epitomes habebat, locis quibusdam deteriores lectiones praebuisse quam codices nostros. Quamquam igitur non prorsus negari potest, ex ipso illo codice omnium nostrorum codicum archetypum esse derivatum, tamen in tanto codicum Strabonianorum numero, qui tunc sine dubio circumferebatur, mirus hic fuisset casus. Quapropter veri est simile, epitomatoris codicem non quasi quendam patrem vel avum fuisse illius exempli, ex quo omnes nostri codices manaverunt, sed fratrem potius vel consobrinum.

Cum hoc codice, ex quo epitome Palatina manavit, nonnullis locis in genuinis Strabonis scripturis concinuit Stephani, qui Ethnica conscripsit, exemplum Strabonianum. Velut duobus locis II 43, 4 et II 454, 14 (cf. Steph. s. vv. Ἀρδέα et Καδού-

σιοι) eorum consentientes lectiones iam Kramerus in textum restituit. Eodem iure autem restituere debebat utriusque lectionem II 47, 13, ubi articulus τῆς ante χώρας in nostris codicibus deest, in epitome Pal. vero et apud Stephanum s. v. Δάλμιον legitur, et recte, opinor. Hoc loco si forte quis miretur, quod Eustathius, qui decurtatum quendam codicem habuerit, eandem illam praebeat lectionem (ad Dion. 95), scito eum haec, ut multa, ex Stephano hausisse, quod ex eis, quae subinde de oppidi et incolarum diversis nominibus affert, plane perspicitur.[1])

Deinde ex codice litteris uncialibus ante saeculum VII — ut editor opinatur — scripto servata sunt fragmenta Grottaferratensia, quae Cozza-Luzi, postquam specimina eorum iam anno 1875 edidit, nuper (Romae 1884) tota publici iuris fecit.[2]) Quae cum ad libros VIII, IX, X, XVII spectent, nobis et primum, quod incipiens a verbo πλεονάκις (II 154, 8) pergit usque ad verba στάδιοι δ᾽ εἰς (158, 8), et alterum libri IX initium usque ad verba Λοκρῶν ὥστε (211, 14) complectens respicienda sunt. In quibus primum quidem apparet, partim iam eadem menda inveniri, quae in omnibus nostris codicibus exstant, velut II 155, 1 (ubi post Λακεδαιμονίοις nonnulla desiderantur) et 211, 14[3]) (ubi offensio est in verbis ὥστε τὸν κ. τ. λ.); partim vero etiam, vel potius saepissime, ea, quae in nostris codicibus sana sunt, corrupta esse, velut II 154, 10 (ἐν τοῖς ποιήμασι αὐτῶν κατὰ); 154, 13 (Ὀρχομενων[4]); 157, 3 (τετρακισχιλίους); 157, 6 (πρόκειται); 157, 11 (ἄκρα); 211, 8 (Πελοπόννησον πρῶτον ἔφαμεν); 211, 9 (συντεθεισῶν — κερρονήσων); 211, 11

---

[1]) Eustathius mihi totum hunc locum inde a verbis φασὶ δὲ τοὺς Δαλματέας usque ad ἡ Δέλμινον ex Stephano videtur sumpsisse. Quamquam enim verba κατά τινα ἀναγραφὴν usque ad κιβδηλίην in nostris Stephani libris non leguntur, vix potest cogitari, ea ab Eustathio ex Strabone laudari, cum multo longius quam ceteris locis ab eo laudatis, fieri solet, a verbis Strabonis absint. Immo Ethnicorum illud exemplum, quod Eustathius habebat, quamvis ipsum iam in epitomes formam redactum, tamen plura quam nostra Stephani epitome videtur exhibuisse.

[2]) Cf. Hansen, Philol. Rundsch. 1885 p. 517 sqq. Partsch, Dtsche. Lit.-Ztg. 1885 p. 646. Detlefsen, Berl. phil. Wochenschr. 1885 p. 1122 sqq.

[3]) De hoc loco cf. Cobet, Misc. Crit. 1876 pag. 96 sqq.

[4]) Ceterum hoc loco Ὀρχομενίων fortasse scribendum esse censet Cobet Misc. Crit. 1876 pag. 92.

(προςτεθεῖσα — τρίτην δὴ ταύτην προςλαμβάνουσιν). Deinde vero hoc maxime animadvertendum est, haud paucis locis fragmenta illa optimas et sine dubio genuinas praebere lectiones, velut 155, 11 (ἐπὶ μὲν οὖν . . . τ . . . τοῦ Τυρταίου, quod sine dubio fuit τούτου τοῦ); 157, 1: ἄκρ(αν) τῆς Κυρη-ν(αίας δίαρ)μά ἐστιν πρὸς (νό)τον σταδί(ων), quod etiam epitomes Palatinae lectioni, quam in textu invenimus, praeferendum videtur; 157, 6: πρόκειντται δὲ τούτου καὶ τὰ Κύ(θ)ηρα, quae praeter pluralem πρόκειντται vera est lectio; 157, 11: σταδίων ενι . . . ιων πεντήκοντα, unde apparet, restituendum esse ἐννακοσίων, quod iam Muellerus proposuit; 157, 17: Ἀρχαίων. Quae cum ita sint, fragmenta illa quamvis ipsa quoque iam mendosa, tamen cum antiquissimam nobis textus Straboniani prodant condicionem, ad singulos locos emendandos satis magni momenti esse statuendum videtur, et valde optandum est, ut Cozza illa quoque folia eiusdem palimpsesti, quae in bibliotheca Vaticana servari commemorat, quam primum edenda curet, aut alii viro docto harum rerum peritiori committat.

Gemisti Plethonis epitomen[1]) ex decurtato quodam codice manasse recte Kramerus perspexit. Neque enim quidquam in ea legitur, quod in illis in libris VIII et IX intercidit. Illud autem Strabonis exemplum ad codices *C l s v* propius accessisse facile collegeris ex locis II 99, 19; 100, 10; 241, 2, ubi epitomes Gemistianae lectiones cum illis contra codicem *B* fere conspirant. Neque vero talis est consensus ille, ut ex communi horum codicum archetypo Gemistianum exemplum profectum esse liceat coniicere. Quod maxime intellegitur ex eis, quae II 100, 10 leguntur. Si enim Gemistus eadem illa, quae hic exstant in codd. *C l s (v)*, in exemplo suo habuisset, hoc quidem potest intellegi, eum propter maiorem orationis concinnitatem restituisse formas ἐροῦμεν — ποιησάμενοι — ἐξεθέμεθα; sed qui potuit fieri, ut et ad eandem enuntiatorum collocationem rediret, quae est in *B*, et prius enuntiatum eisdem particulis μὲν οὖν ad antecedentia annecteret, quae etiam in cod. *B* inveniuntur? Accedit quod etiam pag. 93, 15 eadem particula δὲ et in cod. *B* et apud Plethonem exstat ceteris codicibus decc. dissentientibus. Haec demonstrare videntur, Gemisti codicem

---

[1]) Cf. Krameri praef. pag. XLVII sqq.

ex communi fonte codicis *B* et codicum *C l s v*, in quo locos quosdam inter lineas vel in margine ascriptos fuisse supra ostendimus, profectum esse. Ita enim facile potuit fieri, ut illae lectiones, quae nunc in diversis codicum generibus leguntur, in eum mixtae reciperentur. Certiora de hac re ne afferam, impedit et paucitas locorum huc spectantium et condicionis epitomes huius inscientia.

Fragmentum illud, quod est in codice Vaticano 175[1]) et quod maxime illam partem libri II exhibet, quae inscribitur „*Σύνοψις τῶν κόλπων*", paucis locis cum codice *A*, multo pluribus cum codicibus decc. concinit. Sed brevius est, quam ut de eius origine certius iudicium facere liceat. Neque omnino maioris momenti videtur ad textum Strabonis constituendum, cum fere numquam a nostris codicibus longe discedat. Unus tantummodo invenitur locus, unde fortasse auxilium speraveris: I 195, 1. Ibi enim cum legatur: *μέρος δ' ἐστι καὶ*, Kramerus adnotat „unde conicias *μέρος δέ τι καὶ*". Sed illud *τι* omnino non desideratur, immo cum paulo ante legatur: *νέμονται δὲ μέρος τῶν Ἄλπεων*, enuntiati concinnitas potius suadere videtur, ut hic quoque *μέρος δὲ καὶ* a Strabone scriptum esse statuamus. Praeterea nescio an in Synopsi verbum *κατέχουσι* omissum sit, quod ex Krameri adnotatione non prorsus apparet. Hoc si ita se habet, enuntiatum illud in Synopsi inepte mutatum esse facile putaveris, velut alio loco I 184, 3 ineptum additamentum ab eodem excerptore factum esse videmus. Sed haec hactenus.

Iam progredientibus nobis ad ea, quae Eustathius[2]) in commentariis ad Homerum et Dionysium Periegetam ex Strabone affert, primum quidem a ceteris segreganda sunt illa, quae ex Ethnicis Stephani, quem constat opere Strabonis in primis usum esse,[3]) sumpsit. Velut ea quae leguntur: ad Dion. 95 (cf. Steph. s. v. *Δάλμιον*, Strab. II 47, 13); ad Dion. 511 (cf. Steph. s. v. *Κυχρεία*, Strab. II 218, 9, 13); ad Il. *B* 521 (cf. Steph. s. v. *Ἀνεμώρεια*, Strab. II 281, 1 sqq.) ex Stephano hausta esse, luce clarius est. Longe plurimis vero locis Eustathius ipso suo Strabonis exemplo usus est. Hunc codicem ex decurtatorum fuisse

[1]) Cf. Krameri praef. pag. LI sq.

[2]) Cf. Krameri praef. pag. LIX et LXXXIX.

[3]) Cf. Hiller, Jahrb. f. Philol. 1871 p. 528 sq. Niese, de Stephani Byz. auctor. p. 21 sq.

numero, supra demonstratum est. Qui cum librum VII integrum exhiberet, quod ex locis quibusdam ex fine eius laudatis perspicitur, apparet, eum propius quam ad ceteros codices decc. accessisse ad epitomen Vaticanam *E*. Quod etiam eis locis confirmatur, ubi Eustathius et haec epitome a ceteris codicibus discrepantes unice veras lectiones praebent: I 193, 15 et 209, 1 cf. Eust. ad Dion. 285 (τραχηλιμαίων et τεταμένῃ); II 184, 16 cf. Eust. ad Il. *B* 562 (ἐπιφέροιεν); 189, 7 cf. Eust. ad Od. γ 287 (μαλέας). Sed cum loci quidam inveniantur, quibus codex Eustathi cum cod. *A* concinat, ab epitome *E* et ceteris codd. decc. recedens (II 110, 10: ὥσπερ; 323, 14: οὐδένας), concludendum videtur, eum etiam propius quam epitomen *E* ad antiquissimum illum omnium codicum decc. archetypum accessisse. Ac nescio an in hoc codice interdum duae fuerint lectiones; sic enim intellegi potest, falsas lectiones Eustathi interdum etiam in epitome *E* inveniri, cum ceteri codices veras habeant, velut II 70, 6 (τόμουρος pro τόμαρος); 182, 7 (Ἐπίκαρος); et fortasse eadem fuit causa, cur II 108, 7 (ἄλλη) Eustathi codex cum Mediceo *B* concinat ab omnibus ceteris codicibus diversus.

De supplementis codici *A* secunda manu additis[1]) Kramero astipulor, qui ex codice decurtato ea sumpta esse dilucide demonstrat. In hac re vero ab eo dissentio, quod codicem illum Veneto *l* maxime affinem fuisse nego. Etenim primum quidem apparet, eum cum familia *C l s v* concinnuisse II 155, 7, ubi verba, quae sec. m. in margine codicis *A* posita sunt, λέγει τὰ τοῦ Τυρταίου ὧν τινα παρέθετο in codd. *l s* (sine dubio etiam in *v*) leguntur, in cod. *B* non inveniuntur. Sed alio loco II 251, 2 etiam cum codice *B* congruebat, cum post αὐτὸς exhiberet etiam verbum ἐκεῖνος, quod in codice *B* prima manu scriptum esse ipse vidi, in ceteris vero codicibus decc. desideratur. Itaque de his supplementis idem statuendum videtur, quod supra de epitome Plethonis statuimus, ea ex codice esse profecta, ubi utriusque familiae, *B* et *C l s v*, lectiones mixtae legerentur, qui igitur horum codicum communi fonti esset affinis. Quod confirmatur eis locis, quibus supplementa illa easdem praebent lectiones, quae in epitome Vaticana *E* exstant, a ceterorum codicum lectionibus diversas, velut II 182, 7 (ubi praeter genuinam

[1]) Cf. Krameri praef. pag. LV sqq.

lectionem Ἐπίταυρος etiam Ἐπίκαρος, quod est in *E* et apud Eustathium, legitur; quem locum Meinekius bene restituit particula δὲ pro γὰρ posita); 184, 16 (ἐπιφέροιεν); 189, 7 (Μαλέας). Quamquam vero ille codex propius ad archetypum communem accedebat, quam codices *B C s l v*, tamen permultis locis multo deteriorem quam hi prodit condicionem; velut, ut pauca tantummodo exempla, quae mihi obvia sunt, afferam: II 236, 10 (σταδίων); 236, 20 (πετρώδης χώρα); 237, 18 (τὴν); 262, 6 (ὑφ' ἑτέραν); 265, 1 (πατεῖ γὰρ). His igitur omnibus locis, quibus innumerabiles alii addi possunt, ceteri codices decc. veras praebent lectiones. Adde quod haud paucae lectiones manifesto ex mera coniectura profectae sunt, velut II 243, 1 (τὰ δὲ); 276, 25 (γινόμενον ὄντα); 289, 4 (ποταμοῦ): et facile concesseris, pretium horum supplementorum esse minimum, et illis tantummodo locis eis fidem esse habendam, ubi epitome *E* vel Eustathius cum eis consentiant.

De eis denique supplementis, quae tertia manu in *A* apposita esse Kramerus affirmat,[1] cum admodum pauca sint nec semper constare videatur, quanam manu sint scripta, certum iudicium facere non possumus. Hoc tamen apparere videtur, supplementum illud κατὰ κρίσαν (II 217, 21), de quo infra pluribus disseram, ex codice *B* vel eius apographis originem duxisse.

Postremo pauca dicenda sunt de eis partibus codicum *n o p*,[2] quas deficiente codice *A* ex alio codice descriptas esse necesse est. Hunc fuisse ex decurtatorum numero, cum ex tota illarum partium indole, tum inde licet intellegi, quod eadem, quae in libri VII fine in codicibus decc. desunt, hic quoque desiderantur. Quaecumque vero a codicibus decc. diversa in eis leguntur, haec scito partim ex coniectura esse profecta (velut I 368, 3; 369, 5), partim Plethoni deberi (velut I 364, 17 et 20), ex quo etiam in eis partibus horum codicum, quae ex Parisino *A* derivatae sunt, nonnullas lectiones huc transiisse, tales docent loci, quales sunt I 458, 1 (ἀναίδην)[3] et II 271, 12 (νῦν μὲν οὖν). Neque tamen codices *n o p* in illis partibus ex codice quodam decurtato derivatis prorsus inter se consentiunt. Immo

---


[1]) Cf. Krameri praef. pag. LIX sq.

[2]) De his codd. cf. Krameri praef. pag. LXVI sqq.

[3]) Hoc loco Cobet Misc. Crit. 1876 pag. 135 recte censet, codicum scripturam ἄδην esse restituendam; illud enim verbum apud Strabonem etiam II 577, 4 et III 184, 10 legitur.

codices *n p* multis in rebus ab *o* diversi sunt. Ut enim mittam, quod libri II finis inde a pag. 191, 22, cum in *o* legatur, in *n* prorsus deest, in *p* postea demum (ut in codice *g*) ex Plethonis epitome, quatenus in ea exstat (i. e. usque ad pag. 200, 11) additus est, multi inveniuntur loci, quibus codex *o* teste Falconero decurtatorum vestigia accurate sequitur, codices *n p* vero meras coniecturas praebent, quod collatis locis I 369, 5; 373, 25; 377, 11; 380, 14 facile concesseris. — Cum igitur melius exemplum Strabonianum in his codicibus ad resarciendas codicis *A* lacunas non esse adhibitum satis appareat, immo interpolatoris manum in eis maxime grassatam esse manifesto perspiciatur, illarum lectionum nulla ratio habenda est.

Quibus expositis cum ita, ut in nostra codicum manu scriptorum cognitione potui, demonstravisse mihi videar, quam rationem codices Straboniani, qui libros I—IX complectantur, inter se habeant, harum observationum summam melius quam verbis hoc schemate illustrari existimo:



II.

Quae codicum singulorum sit auctoritas.

Ad auctoritatem singulorum codicum definiendam progredienti primum codicis *A* quale sit pretium, investigandum mihi videtur esse. Neque enim hunc codicem eis locis, ubi diversae codicum scripturae inveniuntur, solum esse respiciendum, codicum decc. lectionibus, id quod Du Theilius voluit, pro nihilo putatis, ex eis, quae supra explicavimus, satis apparet. Immo cum codices decurtati ex fonte manaverint a Parisino *A* diverso, efficitur, eorum lectiones etiam singularem habere auctoritatem. Haec auctoritas plus sine dubio valeret, si eorum codex archetypus ipse ad nostram memoriam venisset. Sed vix errare mihi videor, cum ei in universum illas lectiones attribuendas esse suspicor, quae consentientibus codicibus *B C l s v* una cum epitome *E* — vel Eustathi excerptis, quae paucis locis in censum veniunt — praebentur. Hae igitur lectiones, si ab eis, quas codex *A* praebet, discrepant, ipsae per se suam auctoritatem sibi vindicant.

Paulo minorem auctoritatem illae codicum decc. lectiones habent, quae deficientibus epitome *E* et Eustathio in ceteris codicibus solis inveniuntur. Horum enim codicum fons cum ab illo, unde epitome *E* manavit, vel in hac re differret, quod in eo libri VII finis non legeretur, tum etiam nonnullis locis librariorum neglegentia detrimenta accepit. Quod ex eis potissimum locis perspici potest, ubi epitome *E* easdem praebet lectiones, quae in Parisino *A* exstant, cum ceteri codices decurtati diversa exhibeant; velut, ut pauca exempla ex libro VII, quae mihi obvia sunt, afferam: II 50, 1 (*B C*: *πάναρμος*, *A E* recte: *πάνορμος*); 51, 4 *B l* om. *τῆς*, quod exstat in *A E*); 51, 8 (*B C*: *ὠλιγορεῖτο*, *A E*: *ὠλιγωρεῖτο*).[1]) Itaque etiam codicum *B C l*

[1]) His locis ea, quae in codd. *B C* vel *B l* leguntur, in communi horum librorum fonte exstitisse, ex ratione, quae inter eos intercedit, satis liquet. Fac enim primo loco (50, 1) alteram lectionem *πάνορμον* in ceteris codicibus codd. decc. servatam esse: iam necesse est, eam in illo quoque exemplo exstitisse, ex quo et *C* et *l s v* manaverunt; librarium igitur codicis *C* illud mendum fecisse; item vero necesse est, illam veram lectionem in eo quoque codice fuisse, unde et codex *B* et codicum *C l s v* communis fons derivati sunt; codicis *B* igitur libra-

s v lectiones a codice *A* diversae suam propriam auctoritatem habent; sed semper tenendum est, eas non tam prope ad genuinas codicis archetypi lectiones accedere quam eas, quae epitomes *E* auctoritate confirmentur.

Sed in his rebus acquiescere vix possumus. Cum enim permulti loci inveniantur, quibus codex *A* et codd. decurtati inter se discrepant, accuratius etiam quaeramus, quo honore utrique codices habendi sint, ac videamus, num forte certior quaedam norma possit inveniri, qua in dubiis locis, utra potius lectio praeferenda sit, diiudicetur. Itaque primum de eis locis, quibus codices decurtati una cum epitome *E* a codice *A* discrepant, iudicium facere conabor, deinde de eis dicam, qui aliter in *A*, aliter in codicibus decc. excepta epitome *E* leguntur.

Atque prioris generis, cum libros III et VII totos diligenter percenserem, in libro III unum, in libro VII duodecim inveni exempla. Quo ex numero codex *A* uno loco meliorem praebet lectionem: II 39, 3, ubi εὐθύπλοιοι propius ad verum accedit quam εὐθύπλοοι, quod, cum in *B E* exstet, etiam in omnium nostrorum codicum decc. communi fonte exstitisse necesse est.

Illa vero, quae in codicibus decc. una cum epitome *E* leguntur, novem locis lectionibus codicis *A* praeferenda videntur. Ex quibus has quattuor lectiones: II 27, 21 (καὶ om.); 32, 1 (τούτους); 51,22 (ἔαρος); 61,23 (κρισαῖον) unice veras esse patet. De ceteris quamquam idem statuendum videtur, pauca addenda sunt.

II 11, 14 propter sequentia cum epitome *E* legendum est οὐδένας — πεποιημένους, quod Meinekius in textum rursus restituit. Ex quibus verbum πεποιημένους in *E* ex coniectura profectum esse inde apparet, quod codices decurtati idem praebent atque codex *A*: πεποιημένον. In omnium igitur codicum nostrorum archetypo exstabat: οὐδένας — πεποιημένον, in qua lectione librarius quidam illud participium inconsiderate ad παράπλουν referens numerum singularem πεποιημένον pro

rium in eadem re erravisse atque illum, qui codicem *C* scriberet. Hoc vix ita factum esse quivis concedet. Immo coniciendum est, easdem illas lectiones etiam in ceteris codd. decc., de quorum lectionibus a Kramero nihil adnotatum sit, inveniri; si non inveniuntur, lectiones eorum aut ex coniectura profectae aut ex alio codice emendatae sunt.

genuino *πεποιημένους* posuerat. Codicis *A* deinde librarius cum lectionem *οὐδένας* — *πεποιημένον* ferri non posse intellegeret, ex suo ingenio *οὐδένας* mutavit in *οὐδένα*.

II 13, 16 *Βέβρυκες* esse veram lectionem et ex ceteris locis et ex aliorum scriptorum testimoniis satis apparet.

II 53, 2 agnoscendam existimo decurtatorum lectionem *ὑπ' αὐτῷ* (*B*: *ὑπ' αὐτὸ* litteris *ο* et *ω*, quod saepius fit in hoc codice, inter se commutatis), neque assentior Meinekio, qui in eo offendit, quod „qui *περὶ τὸν Αἷμον* incolunt, iidem etiam *ὑπὸ τῷ Αἵμῳ οἰκεῖν* dicendi sint". Hoc est nimis anxie ponderare verba. Etenim *οἱ περὶ τὸν Αἷμον* maiore circuitu circa Haemum habitant, *οἱ ὑπ' αὐτῷ οἰκοῦντες* sub ipsis montium radicibus. Reicienda igitur videtur Meineki coniectura, qui, cum codex *A* habeat *αὐτοῦ*, scribendum censet *ἐπ' αὐτοῦ*. Nec praepositio *ἐπὶ* hoc loco satis quadrare mihi videtur: *ἐπὶ τοῦ Αἵμου* significat: „in ipsis Haemi cacuminibus", quod de gentibus hominum, quae in vallibus potius quam in cacuminibus montium habitant, vix dici potest. *Τὸν Αἷμον οἰκεῖν* quidem apte dicitur, sed *ἔθνη ἐπὶ τοῦ Αἵμου οἰκοῦντα* mira est loquendi ratio, quam exemplo stabilire frustra conatus sum.

53, 2 et 4 et 57, 13 lectiones *Βέσσοι* et *Αἶκλος* aliorum scriptorum auctoritate satis sustentantur; in altera tamen hoc, utrum *Αἶκλος*, an — id quod Meinekius vult — *Ἄικλος* a Strabone scriptum sit, vix potest diiudicari.

Tribus denique locis in medio relinquendum videtur, utrum codex *A* an decurtati vera servaverint:

I 260, 7 in *A* legitur *πιτυούσσας*, in decurtatis *πιτυούσας*. Quarum cum priorem formam in textu posuerint Kramerus, Meinekius, Muellerus, alteram formam *-ούσας* in talibus nominibus adhibendum esse Cobetus (Misc. Crit. 1876) censet.

II 34, 12 utrum Strabo *χερρόνησος* (*A*) an *χερσόνησος* (Decc.) scripserit, propterea dubium videtur, quod iam apud veteres utramque formam in usu fuisse constat.[1]) In his rebus omnino codicibus nulla fides habenda est.

II 37, 16 in *A* legitur *Βοσποριανῶν* (quod lin. 14 etiam in codd.

[1]) De inscriptionibus Atticis cf. Meisterhans, Grammatik der att. Inschr. p. 40 sq.

decc. praeter *E* invenitur), in codd. decc. *Βοσποϱανῶν,* quod paulo infra (41, 20) etiam in *A* exstat. Vel propter hanc codicum inconstantiam disceptatio fit difficilior. Etiamsi vero Kramero assentiendum videtur, qui cum Lobeckio[1]) putat, utramque formam exstitisse, tamen vix concedendum videtur, utramque ab eodem scriptore, praesertim in eodem libro atque etiam capite, esse adhibitam. Vituperandus igitur videtur Kramerus itemque qui eum secuti sunt, Meinekius et Muellerus, quod pag. 37, 14 et 16 in contextum verborum receperunt *Βοσποϱιανῶν,* 41, 20 *Βοσποϱανῶν,* 39, 15 denique etiam tertiam quandam formam *Βοσποϱίων.* Quae res si ex solis codicibus diiudicari posset, ego equidem *Βοσποϱιανῶν* genuinam esse formam putarem, ex qua utraque lectio, *Βοσποϱανῶν* et *Βοσποϱίων,* facile prodire potuit; atque id eo magis, quod etiam antiqua illa epitome Palatina nostro loco formam *Βοσποϱιανῶν* exhibet.

Quamquam igitur de his tribus locis satis certum iudicium facere non possumus, tamen ex eis, quae supra explicavimus, dilucide apparet, codices decurtatos una cum epitome *E*, ubi diversas a codice *A* praebeant lectiones, hoc codice maiorem plerumque habere auctoritatem.

Multo plures exstant loci, quibus deficiente epitome *E* ceteri codices decc. a codice *A* discrepant. His igitur locis magis etiam necessarium videtur esse, ad auctoritatem utrarumque lectionum aestimandam certiorem quandam normam statuere. Quam ut invenirem, singulas partes ex libris I (I 72, 9 — 82, 20), IV (I 305, 8 — 315, 25), VII (II 42, 7 — 53, 11) electas accurate percensui lectionesque discrepantes inde enotavi. Ex quibus eas affero, quas in communi fonte codicum *B C l s v* exstitisse ex horum consensu, quamvis interdum singuli vitia acceperint, manifesto perspicitur; eas tamen omitto, quarum discrepantiae ad accentus tantummodo et spiritus pertinent.

Ex his igitur lectionibus diversis, quarum summa est 33, quindecim in cod. *A* meliores exstant quam in codicibus decc.

I 77, 1 *σιϱβωνίδα A*, *σεϱβωνίδα B C*; quarum formarum quamquam utraque veterum scriptorum testimoniis sustentatur, tamen Strabonem scripsisse *σιϱβωνίδα,* perspicitur ex ceteris

[1]) Prolegomena pathol. serm. gr. pag. 199.

locis, quibus huius lacus mentionem facit: his enim omnibus, velut infra 77, 7, omnes codices praeter solam epitomen *E* hanc scripturam praebent.

I 80, 5 *σαλμυδησσός A*, *σαλμυδισσός B C.*

I 305, 23 in codd. decc. falso additus est articulus *τῆς* ante *τῶν.*

I 306, 8 *ὃ νῦν A*, *οἱ νῦν B l.*

I 308, 11 *γρόσφῳ A*, *γρόφῳ B l.*

I 309, 2 *καὶ τὰ A*, *κατὰ B C.*

I 309, 18 cum in codice *B* verba *καὶ Δρυΐδαι — Οὐάτεις δὲ* prima manu omissa sint, in cod. *C* secundum Kramerum eadem praeter particulam *δὲ* (?) desint, non est dubium, quin haec etiam in cod. *l* desiderentur; quod quasi digito monstratur verbis a Kramero adnotatis „*καὶ ποιηταί* om. *l*"; pro his enim „*καὶ* (*Οὐάτεις*) — *ποιηταί* om. *l*" a Scrimgero, unde Kramerus haec sumpsit, scriptum esse coniecerim. Librarius igitur hoc loco a priore *Οὐάτεις* ad posterius aberravit.

I 311, 23 *κιοκράνῳ A*, *κροκράνῳ B C l.*

I 315, 24 *ἅλως A*; *ἄλλως B l*, quod sine dubio etiam in cod. *C* fuit, ibi enim nunc *ἅλως* ex corr. secundum Falconerum scriptum est.

II 44, 21 nomen fluvii in *A* scribitur *Κορκόρας*, in codd. decc. (*B m* Pleth.) *Καρκόρας*. Qui fluvius quamquam nullo alio loco commemoratur, tamen ex epitomes *E* lectione dilucide apparet, in antiquissimo codicum decc. archetypo exstitisse scripturam *Κορκόρας*, codicem *A* igitur hoc loco veram servasse lectionem.

II 46, 21 *Κυρικτικὴ A*, *Κυρακτικὴ B l*, *Κυριακτικὴ C*: eadem insula commemoratur I 186, 24, ubi omnium codicum consensu traditur *Κηρυκτική*; quam formam ex eadem illa, quae nostro loco in epitome Pal. exstat, *Κυρηκτική* exortam esse in promptu est. In hanc denique formam litteram *η* pro *ι* falso irrepsisse, docent veterum scriptorum testimonia, a Kramero ad I 186, 24 allata.

II 47, 22 *Ἀρδιαίους A*, *Σαρδιαίους B C l*, qui omnibus ceteris locis alteram formam praebent sine littera *Σ* scriptam.

II 50, 1 *Πάνορμος A*, *Πάναρμος B C*, sed altera forma in his legitur II 62, 12.

II 51, 4 *τῆς* exstat in *A*, om. *B l.*

II 51, 8 *ὠλιγωρεῖτο A*, *ὠλιγορεῖτο B C.*

Cum igitur his quindecim locis codicis *A* lectiones praeferendae sint, sedecim rursus locis codicibus decurtatis palma videtur esse tribuenda:

I 72, 15 *παραλελοίπασιν* Decc., *περιλελοίπασιν A.*

I 74, 25 verbum *ἤδη* ante *λόγον* moleste ex lin. 24 repetitum est in *A*, deest in Decc.

I 75, 10 *λιμνοθάλατται* Decc., *λιμνοθάλατταν A.*

I 75, 20 *λίθον τε κογχυλιώδη* Decc., *λίθον τε καὶ κογχυλιώδη A.*

I 79, 1 *Κάλπην* Decc., *Κάλπιν A.*

I 80, 1 *ἰλὺν* Decc., *ὕλην A.*

I 309, 18 *Οὐάτεις* Decc., *Οὐάτις A.*

I 310, 19 pro *φησιν*, quod exstat in *A*, et quod Kramerus, Meinekius, Muellerus in textum receperunt, in codd. *B l* — et sine dubio etiam in *C* — legitur *φασιν,* mea quidem sententia recte. Namque *φησιν* ad solum Posidonium referri potest, quem tamen si Strabo hoc loco in animo habuisset, nomen addere debuit. Supra enim (lin. 7) unius tantummodo rei testem eum esse vult et postea narrare pergit nulla Posidoni ratione habita. Si haec quoque ad Posidonium retulisset, etiam verbum *φησιν* ad eum posset pertinere. Sic vero ut res se habet, lectores, quippe qui de Posidonio omnino nondum cogitaverint, verbum *φησιν* non intellegunt. Itaque pro *φησιν* codicum decc. (et antiquarum editionum) lectio *φασιν* restituenda est.

I 315, 19 *σπάνι,* quod legitur in *B C*, propius quam codicis *A* scriptura *σπάνει* ad veram lectionem accedit.

II 45, 11 *Διατίωνες* praebet *A*, *Διτίωνες* vero *B* et secundum Tzschuckium *l* et Plethonis epitome. Populus ille praeter unum locum, qui exstat apud Ptolemaeum, ab aliis scriptoribus non commemoratur; sed ipso illo testimonio lectio *Διτίωνες* satis confirmatur.

II 48, 2 *λυμαινομένους* Decc., *λοιμαινομένους A.*

II 48, 16 *Δασαρήτιοι* Decc., *Δασανήτιοι A*; *ρ* in hoc nomine pag. 53, 8 etiam in codice *A* invenitur et confirmatur aliorum scriptorum testimoniis.

II 49, 17 *χλιαροῦ ἀσφάλτου B l*, *χλιαροῦ καὶ ἀσφάλτου*

A, quam lectionem Kramerus, Meinekius, Muellerus in textu posuerunt. Sed altera lectio, quae sine dubio etiam in ceteris codd. decc. invenitur, unice vera mihi videtur esse. Quam recte defendit Groskurdius in adnotatione ad hunc locum, cui prorsus assentior. Neque enim ad *χλιαροῦ* verbum *ὕδατος* ullo modo subaudiri posse mihi videtur, neque omnino, cur aquae mentio facta sit, intellegi potest, cum eo, quod sequitur, enuntiato participiali hoc tantummodo exponatur, quomodo bitumen calidum sit factum. An aqua fluit ex ardentibus glebis bitumineis? Immo illud ipsum enuntiatum participiale et ea, quae deinde sequitur, solidi bituminis commemoratio aperte declarant, verbum *ἀσφάλτου* adiectivum habuisse, quo liquida et calida asphalti natura significaretur. Quod cum optime fiat adiectivo *χλιαροῦ*, non est dubium, quin deleto *καὶ* cum codd. decc. legendum sit *χλιαροῦ ἀσφάλτου*. Neque offensio est in forma *χλιαροῦ* cum feminino *ἀσφάλτου* composita: idem enim usus invenitur in Cratini fragmento ap. Athen. IX 385 *εἰς σκοροδάλμην χλιερὸν ἐμβάπτων* et apud Nicandrum Alex. 360 *ἄλλοτε πιαλέης πόσιος χλιαροῖο κορέσκοις*.

II 51, 22 *ἔαρος* Decc., *ἀέρος A*.

II 53, 2 *ὑπ' αὐτῷ* Decc., *ὑπ' αὐτοῦ A*; cf. supra pag. 308.

II 53, 2 et 4 *Βέσσοι* Decc., *Μέσσοι A*.

Duobus denique locis in medio relinquo, utrum codex *A* an decurtati vera exhibeant:

I 73, 14, ubi *καὶ* ante *τρισχιλίοις* in *A* legitur, in Decc. deest.

I 74, 19, ubi eodem iure licet dicere *πολὺ μᾶλλον* (*A*) et *πολλῷ μᾶλλον* (Decc.).

His igitur expositis apparet, codicum decurtatorum lectiones, ubi a cod. *A* discrepent, non tantam quidem habere auctoritatem quam eas, quae consensu epitomes *E* vel Eustathi confirmentur, sed certe in universum non minorem codicis *A* lectionibus sibi vindicare honorem.

Quae cum ita sint, mittamus alios etiam locos afferre, quibus maiorem haud raro auctoritatem codicibus decc. quam codici *A* tribuendam esse demonstremus. Alios tamen decem locos appendicis loco afferre iuvat, quos facile quispiam putaverit in codice *A*, quippe quem maxime sequatur Kramerus, ita inveniri,

ut in editione Krameriana legantur, dico eos, ubi in hac editione quaedam omissa sunt, quae in omnibus prioribus editionibus exstant nulla nota addita, et quae in codice *B* exstare ipse vidi. Quibus locis si eadem re vera etiam in cod. *A* deessent, multo minus valeret huius codicis auctoritas. At manifesto non desunt. Primum enim monendum est, in editionibus prioribus nulla omnino nota indicari, hos defectus in codice *A*, cuius lectiones iam tum magna ex parte notae erant, inveniri. Deinde vero, si Kramerus a ceteris codicibus prioribusque editionibus discedens codicem *A* sequi voluisset, illorum codicum et editionum discrepantes lectiones, ut aliis locis facere solitus est, in notis addere debuit. Quod cum non fecerit, idem illud de his locis statuendum videtur, quod de duobus locis I 79, 6 et 170, 5 Spengelius, Krameri censor Monacensis, vituperavit, typothetarum menda gravissima in textum irrepsisse.

Illi igitur defectus inveniuntur his locis:

I 51, 15, ubi post *Αἴγυπτον* excidit verbum *Αἰθιοπίας*, sine quo sententia omnino intellegi nequit. Quisquis enim textum Kramerianum leget, ad verba *τῆς κατ' Αἴγυπτον* subaudiet illud quod sequitur *παραλίας*. Sed id agit scriptor, ut ostendat, nomen Aethiopiae apud poetas veteres non solum ad illam quae vulgo nominetur Aethiopiam ab Aegypto ad meridiem spectantem pertinere, sed ad totam oram meridianam. Itaque vel sententia poscitur *τῆς κατ' Αἴγυπτον Αἰθιοπίας*, quod etiam pag. 48, 17 invenitur.

I 64, 25 ante *καὶ τοὺς Σιδονίους* desunt verba *καὶ τοὺς Φοίνικας*, quibus omissis neque particula *καὶ* ante *τοὺς Σιδονίους* neque ea quae postea sequuntur verba *προςτιθέντες καὶ διὰ τί Φοίνικες ἐκαλοῦντο* intellegi possunt.

I 78, 2 post *καθάπερ ἐν* exciderunt verba *ταῖς πλημμυρίσιν ἤ*, vel propter sequentia necessaria.

I 103, 22 ante *καὶ τὸ παιδείας* desunt verba *καὶ τὸ πολιτικόν*.

I 166, 31 post *προσχρησάμενος* exciderunt verba *τοῖς γνωμονικοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις*.

I 187, 5 ante *Ἰαπυγίας* omissum est verbum *ἄκρας*, quo hoc loco carere non possumus.

I 193, 4 ante *καὶ πρὸς πόλεμον* desunt verba *καὶ πρὸς εἰρήνην*.

II 29, 16 ante *καὶ τοῖς Μυσοῖς* — ubi cum Meinekio scribendum videtur *καὶ τοῖς Μοισοῖς* — exciderunt verba *καὶ τοῖς Θρᾳξί*.

II 37, 17 ante *τῆς Μαιώτιδος* codices et editiones priores praebent verba *τῆς λίμνης*, quae, quamquam Krameri lectio per se nihil habet offensionis — aliis enim locis utraque dicendi ratio invenitur —, tamen ex auctoritate codicum nostro loco restituenda sunt.

II 45, 12 post *ἀσημότερα* excidit verbum *συστήματα*, quo addito oratio multo fit iucundior.

Haec menda, quod valde dolendum est, ex editione Krameriana etiam in Meinekianam omnia transierunt. Muellerus in editione Didotiana tribus locis (I 78, 2; 166, 31; II 29, 16) vera restituit, ceteris vero locis septem Krameri vestigia premit veris lectionibus omnino non commemoratis. Postremo Forbiger in versione sua Germanica quattuor locis (I 103, 22; 166, 31; 193, 4; II 29, 16) defectus in editione Krameri inventos castigat; aliis tribus (I 51, 15; 78, 2; 187, 5), quamquam de Krameri scripturis nihil adnotat, tamen recte vertit, Groskurdium secutus, ut videtur; tribus reliquis denique locis (I 64, 25; II 37, 17; 45, 12) ipse quoque falsas Krameri lectiones reddit.

Cum igitur demonstraverimus, qualis sit codicis *A* auctoritas cum codicibus decurtatis collata, sequitur, ut de ipsis codicibus decurtatis quaestionem instituamus. Ex quibus cum epitome *E* a ceteris in hac re differat, quod ex integriore etiam exemplo quam illi manavit, primum huius epitomes et ceterorum codicum decc. pretia inter se conferamus.

Qua in re hoc praefandum videtur esse, epitomen *E* non eodem modulo esse metiendam atque integrum codicem. Quamquam enim in universum quidem Strabonis vestigia diligenter sequitur, tamen epitomes naturam non prorsus deponit. Velut articulus qui dicitur et particulae nonnullae haud raro omittuntur, verba, quibus similis est significatio, inter se commutantur, similia: cf. I 96, 21 (*οὖν* om.); 112, 27 (*τούτων* om.); II 110, 16 (*καὶ Φθίην* pro *Φθίην τε*); 158, 10 (*Πελοποννήσῳ* pro *Λακωνικῇ*). Deinde etiam interdum iusto neglegentior in excerpendo

fuisse videtur, qui hanc epitomen composuit, velut I 114, 13 (ὅτι τὴν διακεκαυμένην — γράφεσθαι); II 60, 2 (φλε' ἤγουν δ σταδ). Talia igitur nobis epitomes *E* auctoritatem cum ceteris codd. decc. collaturis praetereunda videntur esse.

Restant tamen satis multi loci, quibus epitome *E* a codd. decc. longe diversa est. Hos igitur locos paulo accuratius examinemus.

Atque nonnullis ex hoc numero locis epitomen *E* meliores vel etiam veras praebere lectiones, ex illis locis perspicitur, quibus codex *A* cum ea congruit: velut I 264, 3 (ubi τριάκοντα unice vera est lectio); II 44, 21 (Κορκόρας); 50, 1 (Πάνορμος); 51, 4 (αὐτῆς τῆς συνεχοῦς). His igitur locis cum eadem in *E* et *A* legantur, concludendum est, in omnium codicum decc. archetypo veras exstitisse lectiones, quae in epitome *E* servarentur, in describendo vero ceterorum codicum decc. communi fonte depravarentur.

Eadem ratione codicis *A* auctoritate pretium epitomes *E* metiri licet eis locis, ubi codice *A* et codicibus decc. inter se consentientibus sola epitome *E* diversa exhibet. His enim locis si epitome *E* genuinas lectiones servasset, statuendum esset, easdem in codicum decc. archetypo exstitisse, illum vero librarium, qui ceterorum codicum decc. communem fontem inde describeret, veras lectiones corrupisse et corrumpendo prorsus eadem effecisse, quae plane diversa via in codice *A* peccata essent. Nonne mirus hic esset casus? Quem quidem interdum fieri posse concedimus in eis litteris, quae facillime inter se commutantur, velut ι et η, ο et ω, sed in tanto locorum numero tantaque discrepantia scripturae quis unquam tantum casum agnoscet? Immo diversae illae lectiones, quae in epitome *E* inveniuntur, si non ex errore, ex mera coniectura profectae sunt. Qua in re quemadmodum egerit ille epitomator, perspicitur e. g. II 27, 5, ubi, cum Aeli Cati nomen non nosset, pro Cato Catonem (ὑπὸ Κάτωνος) in textum intulit. Perversa igitur est Krameri sententia, qui eiusmodi lectionibus tantam attribuit auctoritatem, ut multis locis eas in tectu collocet. Itaque neglectis ceteris eas tantummodo paulo accuratius examinemus, quas Kramerus sola epitomes *E* auctoritate nixus in textum suum recepit et quarum pleraeque postea etiam in Meineki et Muelleri editiones transierunt.

Ex hoc igitur numero nonnullos locos epitomatoris illius coniecturis re vera esse sanatos e. g. intellegi licet ex: I 144, 5 *περισκίους*, quod pro depravata scriptura *περιοίκους* facillime restitui potuit); 146, 23 (*εἰ γοῦν* pro *εἶτ' οὖν*); II 11, 15 (*πεποιημένους* pro *πεποιημένον*)[1]); 58, 16 (*τὴν Ἴδην* pro *τὴν Σίδην*). Hae igitur lectiones, quibus addere possum alias complures, suo quidem iure a Kramero probatae sunt, sed coniecturarum nomine erant notandae.

Sed inveniuntur etiam nonnulli loci, quibus falsae epitomatoris coniecturae a Kramero in textu positae sunt. Ex quibus paucos tantummodo afferam, quorum medelae iam aliunde videntur inventae esse:

I 155, 4 in codicibus legitur *ἢ ὅτι*, in epitome *E* cum particula *ἢ* non exstet, a Kramero — ut iam antea a Corae — deleta est. Sed quomodo eam in codices irrepsisse dicemus? Mihi potius pro *ἢ ὅτι* scribendum videtur *διότι*, quod et saepissime apud Strabonem invenitur et facile litteris *δι* uno tenore scriptis in *ἢ ὅτι* corrumpi potuit.

I 173, 2 Kramerus pro *οὐδὲν*, quod codices exhibent, posuit epitomes *E* lectionem *οὐδὲ*, eumque Meinekius et Muellerus secuti sunt. Ego non video, cur in verbo *οὐδὲν*, quod etiam editiones priores praebent, offendendum sit. Usus enim iste adverbialis verbi *οὐδὲν* cum apud alios scriptores notissimus sit, tum apud Strabonem multis locis invenitur; cf. I 164, 20 (*μηδὲν ἐφρόντισε*). Illa vero repetitio particulae *οὐδὲ* et per se molesta est, neque alium Strabonis locum ubi inveniatur cognitum habeo.

II 12, 20 Kramerus epitomes *E* lectionem probare videtur, cum scribat: „*ταῦτα* om. *E*, neque ego quid ea voce faciendum sit, satis video.“ Deleto autem illo pronomine verba *τῆς παρωκεανίτιδος* parum definitae sunt; neque aliter res se habeat, si cum Corae pro *ταῦτα* legamus *πάντα*. Itaque Muellerus scribendum censet: *ἃ Πυθέας — κατεψεύσατο περὶ τῆς ταύτῃ παρωκεανίτιδος*. Atque adverbium *ταύτῃ* saepissime apud Strabonem sic invenitur; praepositionem *περὶ* vero delendam esse puto. Verbum *καταψεύδεσθαι* enim et apud alios scripto-

---

[1]) Cf. supra p. 307 sq.

res et apud Strabonem cum solo genetivo coniungitur, velut I 315, 14: κατέψευσται γὰρ αὐτῶν (scil. τῶν χωρίων) τὰ πλεῖστα. Itaque ego scribendum existimo: ἃ Π. — κατεψεύσατο τῆς ταύτῃ παρωκεανίτιδος.

II 46, 5 Kramerus una cum epitome *E* scribit πρὸ τῶν Πολῶν, eumque secuti sunt Meinekius et Muellerus. Cum vero ceteris locis, ubi Strabo huius oppidi mentionem facit, semper numerus singularis Πόλα occurrat, — Callimachi enim versus, qui legitur I 340, 12, in censum omnino non venit — nostro loco coniectura τῶν Πολῶν reicienda videtur esse. Accedit etiam, quod paulo ante (lin. 2) μέχρι Πόλας legitur. Etenim legas velim attente hunc Strabonis locum: nonne tam paucis verbis interiectis in plurali numero τῶν Πολῶν maxime offendes? Quare non dubito, Xylandri coniecturam τῆς Πόλας, quae etiam in priores editiones transiit, restituere. Ex hac lectione illud quod in codicibus legitur τῶν πόλεων ita ortum esse existimo, ut librarius quidam, cum in exemplo, unde describeret, terminationes ης et ας per compendia scriptas invenisset, eas ex suo stupido ingenio suppleret. Et profecto in antiquo illo codice hoc loco compendia exstitisse, ideo conieceris, quod sic facillime perspicitur, quomodo littera ε in verbo πόλεων oriri potuerit.

Iam cum satis liqueat, epitomen *E* nonnullis locis meliores lectiones servavisse quam ceteros codd. decc., haud paucis vero aliis meras praebere coniecturas, in iudicandis illis lectionibus, ubi neque epitome *E* idem praebet atque codex *A*, neque cod. *A* idem atque codices *B C l s v*, huius rei semper ratio habenda erit. Illis igitur locis, ubi aut *A*, *E*, *B C l s v* omnes inter se discrepant, aut codice *A* deficiente *E* et *B C l s v* diversas praebent lectiones — qui admodum pauci loci sunt —, non ex codicum auctoritate, sed ex ipsis rebus diiudicandum videtur, utrum epitome *E* vera servaverit necne.

Ceteri codices decurtati cum ita in duas classes distribuendi sint, ut alteram codex *B*, alteram codices *C l s v* conficiant, deinceps nobis explicandum est, quo honore hic habendus sit cum illis collatus. Priusquam autem hanc rem aggrediamur, de ipsius codicis natura, quem me ipsum magna ex parte excussisse supra commemoravi, pauca videntur esse dicenda.

Ac primum quidem, quamquam haud pauci scripturae errores in textu inveniuntur, in universum tamen laudanda est librarii diligentia. Qui si quando — quod raro factum est — lineam transiluerat vel ad simile quoddam verbum aberraverat, semper omissa in margine addidit. Quae cum ita sint, nullo loco, id quod in codicibus *C* et *l* permultis locis factum esse videmus, quaerendum est, librarii incuria nonnulla esse praetermissa. Illa autem, quae re vera in codice *B* exciderunt, scito etiam in ceteris codicibus decc. deesse, defuisse igitur iam in codicis *B* et codicum *C l s v* fonte communi.

Illius diligentiae hoc etiam testimonium est, quod haud paucis locis, ubi compendia in textu erant adhibita, librarius codicis *B* lacuna in textu relicta compendia illa in margine apposuit.

Denique hoc quoque laudandum videtur, quod illis locis, ubi in libris VIII et IX multa in codicibus decc. omissa esse supra vidimus, haud raro lacunas partim maiores, partim minores religiose servavit. Uno loco libri VII (II 21, 9), ubi ne in cod. *A* quidem detrimenti vestigium relictum est, in codice *B* post verbum *οἰκείας* parva lacuna hiat primaque manu in margine adnotatum est: *ἢ*. Haec particula *ἢ* cum ex coniectura profecta esse non possit, in ea ultimum vestigium verbi *ἂν* etiam superesse crediderim. Hoc enim, coniunctum cum optativo *τυγχάνοι*, qui, cum in codicibus *A* et *B* legatur, etiam in omnium codicum decc. archetypo exstiterit necesse est, ad sententiam prorsus accommodatum videtur esse. Itaque hoc loco scribere propono: *οἰκείας ἂν μνήμης τυγχάνοι.*

Deinde de diversis manibus, quae in codice *B* versatae sunt, pauca verba videntur esse facienda. Atque praeter primae manus scripturam alius etiam manus — quam Kramerus secundam appellat — scripturas in margine vel inter versus maxime in libris VIII et IX inveniri, et a Kramero recte observatum et a nobis supra (pag. 279 sq.) commemoratum est. Sed inveniuntur etiam tertiae cuiusdam manus vestigia per omnes libros dispersa. Neque vero has lectiones ex bono antiquoque codice esse depromptas, vel inde apparet, quod ad sanandas codicis *B* lacunas, quae — ut in omnibus codicibus decc. — in libris VIII et IX exstant, nihil omnino afferunt. Sed ne ex decurtato quidem codice eas esse profectas inde efficitur, quod multae ex eis emen-

dationes sunt earum lectionum, quae, cum in cod. *A* una cum omnibus codd. decc. legantur, in nullo codice decurtato melius servatae esse potuerunt. Immo omnes illae lectiones tertia manu ascriptae merae sunt coniecturae, quod interdum etiam (velut I 156, 20, ubi corrupta lectio *καταπλευκέναι* mutata est in *καταπεπλευκέναι*) ex natura earum satis apparet. Quae cum ita sint, scripturae manuum secundae et tertiae nullam habent auctoritatem nobisque prorsus neglegendae sunt.

Ad primae vero manus aestimandas scripturas novis lectionibus a me nuper enotatis carere vix poterimus. Cum enim eis, quae Bandinius ex hoc codice enotavit, fere nulla fides habenda sit, ne Kramerus quidem eas partes codicis, quas se contulisse ipse profitetur, ea qua par est diligentia videtur percensuisse. Quod ex libro VIII, quem ego totum denuo examinavi, facile perspicitur. Ut enim minores errores taceam, Kramerus praeteriit lectiones hasce:

II 94, 14 *μὲν* om.

98, 11 *ἐστιν* pr. m. omissum, sec. m. additum est.

99, 8 *λαμβάνουσαι* pr. m., sec. m. *-σαι* mut. in *-σι*.

103, 2 *δὲ* pro *τε*; *πολλοῖς τοῖς* pro *π. τῆς*.

103, 10 *ἀρκαδικὰ* pr. m., postea corr.

104, 6 *ἔστι τις ἄκρα* pr. m., sec. m. addidit *δὲ*.

108, 2 *ἐστι* om.

108, 10 *περὶ* pr. m., postea mut. in *παρὰ*.

108, 13 *φησὶ* pr. m., postea corr.

110, 3 *τε* om.

110, 7 *ἀξιόλογον* pr. m., postea corr.

111, 4 *πυρῶν*.

112, 4 *κυλλήνου* pr. m., postea corr.

113, 2—8 semper pr. m. scriptum est *Ἀλήσιον* etc., postea demum *η* in *ει* mut.

115, 12 *ἰαρδάνη* pr. m., sec. m. corr.

115, 15 *ἐκ θαλάσσης στάδια ρκ̃* omisso verbo *ἐστὶ*.

117, 8 *τε* om.

117, 18 *ποσειδεῖν* pr. m., sec. m. corr.

117, 19 *πλέον*.

117, 20 *οὗτοι — σάμιοι* pr. m. omissa sunt, lacunae signo in margine addito, sec. m. in marg. add.

119, 3 non τυπάνσαι, sed τύπανσα sec. m. scriptum est.

120, 6 τὸ γ' ἀπέχεσθαι pr. m., sec. m. δ' sup. γ' pos.

120, 17 καὶ pr. m. om., sec. m. add.

121, 10 πύλωνα pr. m., sec. m. corr.

123, 10 genuina scriptura τε νέμονται iam pr. m. correcta est.

123, 18 τυφῶδες.

125, 3 ἀπέδειξαν.

129, 12 νῦν λέγει pro λέγει νῦν.

129, 18 μὲν pr. m. om., sec. m. add.

130, 20 δρυμῶδες χώραν pr. m., sec. m. ιον sup. αν add.

132, 3 μέχρι μὲν γὰρ δὴ δεῦρο.

132, 10 α supra κορινθικοῦ non sec., sed pr. m. additum est.

132, 12 νότου pr. m., postea corr.; κάμπτεται pro κάμπτει.

132, 17 ἐπινοήσει pr. m., εν sec. m. supra add.

133, 17 οὖν om.

134, 11 ἐφόδου, ε in ras. pr. m.

134, 13 πλῆθος.

134, 16 μινύκιον.

135, 20 τ' om.

135, 27 χρεοκοποῦντες ὡς διὰ ταῦτα.

136, 19 τὸν pr. m., sec. m. corr.

137, 15 ποιήειν pr. m., σ sec. m. supra add.

138, 1 παρακαλεῖ, non προκαλεῖ, pr. m. scriptum est.

139, 14 τε pro δὲ.

141, 6 οὔσης pr. m., sec. m. corr.

141, 19 ὁ om.

142, 4 τῆς om.

142, 7 δὲ om.

144, 19 τε pro δὲ.

146, 1 τὴν om.

Sed haec hactenus.

Talia cum in ceteris quoque partibus huius codicis a Kramero excussis praetermissa esse existimem, nunc valde doleo quod propter temporis angustias mihi non licuit, has quoque denuo examinare. Nunc vero in eis, quae praesto sunt, acquiescamus ac videamus, quinam fructus ex eis ad definiendam codicis *B* auctoritatem capi possit.

Atque illa auctoritas nonnullis locis ea est, ut in codice *B* genuinae lectiones, quas etiam in *A* exstare et in codicum decc. archetypo fuisse veri simile est, inventae esse videantur.

I 34, 27 in *B* legitur *τῇ δόξῃ ταύτῃ*, quod etiam in codicibus *A* et *C* exstare Falconer affirmat. Kramerus autem idem quod omnes editiones priores praebet, *τῇ δόξῃ* omisso *ταύτῃ*, sed nulla adnotatione addita; eumque Meinekius et Muellerus secuti sunt. Mea quidem sententia cum nulla sit causa, cur Falconerum hoc loco falsa adnotasse dicamus, Krameri lectio codicum auctoritate prorsus caret, et statuendum videtur, Kramerum hoc loco inconsideratius priorum editionum textum repetiisse.

I 36, 28 articulo *τὴν* ante *τῶν γαλεωτῶν*, qui exstat in *B* et editionibus prioribus, carere non possumus. Etiamsi igitur codex *A* eum non praebeat — quod ego quidem, cum priores editiones et de cod. *A* et de eius apographis prorsus taceant, vix crediderim — Krameri lectio, quae etiam in Meineki et Muelleri editiones transiit, corrigenda est.

II 57, 2 pro Krameri lectione *τοῖς ὄρεσι Ἰλλυρικοῖς καὶ Θρᾳκίοις* scribendum videtur *τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἰ. καὶ Θρ.*, quod in codice *B* et secundum Falconerum etiam in *A* legitur et a Muellero in textum iam restitutum est. Krameri lectionem stare non posse iam Meinekius vidit, qui editiones priores secutus scribit: *τοῖς Ἰ. ὄρεσι καὶ Θρ.* Cum vero nostra lectio codicum auctoritate commendetur, haec sine dubio praeferenda est.

II 151, 10 Kramerus una cum omnibus ceteris editionibus praebet *ποταμῶν τῶν ἐντὸς Ἰσθμοῦ*, quae cum deficiente articulo *τῶν* ante *ποταμῶν* parum usitate pronuntientur, ne auctoritate quidem codicum niti videntur. In cod. *B* enim et secundum Falcon. etiam in *A* leguntur haec: *τῶν ἐντὸς Ἰσθμοῦ ποταμῶν*, quae cum etiam in codicum decc. archetypo exstitisse ex hoc consensu concludendum sit, nobis restituenda videntur esse.

II 174, 7 apud Kramerum legitur *ἐλέγχιστον*, cum et codex *B* (sine dubio etiam ceteri libri manu scripti) et omnes ceterae editiones praebeant *ἐλέγχιστος*. Cum autem forma *ἐλέγχιστος* in eodem versu Homerico apud Kramerum inveniatur pag. 173, 7, nostro loco illud *ἐλέγχιστον* non consulto ab eo scriptum,

sed ex typothetarum errore potius profectum esse una cum Muellero crediderim.

In sequenti versu (8) pro verbo ἤγουν, quod ad explendam codicis *A* lacunam Kramerus proposuit, Muellerus recepit, ego potius scribendum existimo οἷον. Illud enim ἤγουν cum hoc sensu apud Strabonem nusquam inveniatur, οἷον prorsus eadem ratione usurpatur I 154, 23; cf. etiam II 54, 14 et 71, 4.

II 243, 12 Kramerus una cum omnibus editionibus scribit ποτὲ μὲν — ποτὲ δὲ; cum autem in codice *B* idem illud τοτὲ μὲν — τοτὲ δὲ inveniatur, quod Falconer et Kramerus in *A* legi commemorant, hanc lectionem etiam in codicum decc. archetypo exstitisse et eam solam auctoritatem habere consentaneum est. Iam cum consideraveris, illud τοτὲ μὲν — τοτὲ δὲ et apud Strabonem prorsus usitatum esse (cf. II 247, 17—20), et, cum optime priori illi ποτὲ μὲν — ποτὲ δὲ (lin. 11) respondeat, melius etiam quam alteram lectionem ad sensum esse accommodatum, vix dubitaveris hanc scripturam in textum recipere.

Ex his igitur locis facile perspicitur, quanto emolumento ectiones codicis *B* nobis esse possint. Sed plures etiam exstant loci, quibus codicis *B* lectionibus singulae ceterorum codd. decc. lectiones confirmantur. Quae cum antea saepe ex uno tantummodo codice (*C* aut *l*) cognitae essent, in textu constituendo adhuc prorsus neglectae sunt; nunc vero, cum eaedem etiam in codice *B* inventae sint, apparet, eas etiam in communi fonte codicum *B C l s v* exstitisse et propterea — ut supra docuimus — per se non minus ponderis habere quam codicis *A* lectiones ab eis diversas. Ex hoc numero sunt hi loci:

I 184, 25 post verbum Πλανασία in cod. *C* et Plethonis epitome leguntur verba καὶ ἄλλαι, quae etiam in cod. *B* exstant. Haec non ab ipso Strabone profecta esse consentaneum est. Sed cum mirum mihi videatur, quod parvae illae insulae Pandataria et Leucosia a Strabone commemorentur, Oglasae vero et Igili insularum nulla mentio fiat, ego crediderim, harum — vel etiam aliarum — insularum nomina hoc loco in antiquo codice exstitisse, sed a librario quodam verbis καὶ ἄλλαι pro eis interpositis fortasse propter corruptelas scripturae omissa esse.

II 147, 2 Kramerus cum cod. *A* et editionibus scribit ἡ Μεσσήνη, codex *B* vero et — secundum Tzschuckium — cod. *m*,

qui ex cod. *l* descriptus est, praebent ἡ *Μεσσηνία*. Atque praeter urbem Messenam etiam terram antiquis temporibus *Μεσσήνην* esse nominatam Strabo supra pag. 146, 8 commemorat; nostro vero loco neque de urbe neque de antiqua terra sermonem esse quivis concedet. Et profecto omnibus ceteris locis, quibus *Μεσσήνη* apud Strabonem commemoratur, hoc nomen semper aut ad urbem illam (I 444, 18 sq.; 445, 9; II 153, 15) aut ad antiquam terram (II 140, 7; 152, 1; 158, 14; 164, 23; 168, 3; 210, 9; 216, 23; 217, 3) pertinet. Itaque illud nomen ad has quidem significandas prorsus idoneum, in geographica vero descriptione, ubi sermo est de regione illa, quae Strabonis temporibus Messenia nominabatur, nomine *Μεσσήνη* uti non licet. Pro *Μεσσήνη* igitur nostro loco restituendum est *Μεσσηνία*.

II 244, 19 verba *πλὴν τῶν ἤδη καταποθεισῶν πόλεων,* quae, ut in codice *l*, etiam in *B* omissa sunt, ab interpolatore addita esse existimo. Nam primum quidem omnino narratum non est, oppida qnaedam absorpta esse, sed illud tantummodo, Copas oppidum in periculo fuisse. Deinde vero, etiamsi absorpta essent, ineptum et absurdum esset dicere: accolae requiescebant exceptis eis, qui mortui erant. Immo ista verba eicienda esse censeo.

II 250, 20 pro verbis *πρὸς Ἑλικῶνα* nescio an una cum *B l* Pleth. scribendum sit *πρὸς Ἑλικῶνι* (cf. lin. 17).

II 284, 20 codicis *B* lectio proxime accedit ad ea, quae exstant in codd. *a l*. Post *κεύθει* enim in eo litterae *νο* quamvis erasae perlucent, deinde post parvam lacunam legitur *ὀπόεις*. Ceterum de his versibus cf. Bergk, poet. lyr. III 452.

Haec igitur cum praemiserim, ut qualis fructus ex cod. *B* caperetur, facilius perspiceretur, nunc pergo ad illud, quod maxime in hac parte commentationis tractandum mihi esse existimo, ut diversis codicum *B* et *C l s v* lectionibus inter se collatis, quid de codicis *B* auctoritate iudicandum sit, exponam. Atque ut supra epitomes *E* pretium codicis *A* lectionibus mensi sumus, ita hic in aestimandis codicis *B* lectionibus pro modulis habemus codicem *A* et epitomen *E*.

Illis enim locis, ubi codicis *B* lectiones cum eis, quae in *A* vel *E* exstant, conveniunt, codices *C l s v* autem alias exhibent scripturas, in universum statuendum est, codicem *B* antiquas

servavisse lectiones, illas vero, quae in codd. *C l s v* inveniantur, aut ex librarii errore aut ex coniectura esse profectas. Huius rei exempla sunt haec:[1])

II 11, 17 *πεζῇ*[2]) *B*, *πεζοὶ C l.*

25, 2 *πολιτευσομένους B*, *πολιτευομένους C l.*

30, 24 *τὰ ἐφεξῆς B*, *ἐφεξῆς C l.*

37, 1 *σφιγγομένω B* pr. m., *σφιγγόμενον C l* et *B* ex corr. sec. m.

50, 13 *καὶ ἄλλα δ' οὐ B*, *ἀλλ' οὐδὲ οὐ C l.*

54, 16 *σηλυβρία B*, *σηλυμβρία C l.*

95, 10 *διελέχθησαν B* pr. m. (sec. m. mut. in *διειλέχθησαν*), *διηλέχθησαν C l s v.*

98, 13 *δουλίχιον B*, *δουλίχων C l.*

101, 6 *νέστορι B*, *νέστορος C l.*

Eadem ratione statuendum est, illis locis, ubi codices *C l s v* a codice *B* discrepantes (vel etiam unus vel duo ex eis) eadem exhibeant, quae legantur in *A* vel *E*, codicem *B* minorem quam illos auctoritatem habere, sive librarii culpa menda irrepserint, sive consulto lectiones mutatae sint. Cum autem codices *C* et *l* neglegentius excussi sint, quam ut menda illa codicis *B* plerumque levissima in illis quoque inveniri negare possimus, his mendis neglectis ex coniecturis, quae multae sunt, eas enumerabimus, quae in primis commemorandae videntur esse.

I 27, 9 pro *τῶν ποιητῶν* in *B* pr. m. scriptum est *τοῦ ποιητοῦ*, postea sec. m. mutatum in *τῶν ποιητῶν*. Atque numerus singularis, quamvis coniecturae debeatur, hoc loco praeferendus mihi videtur, cum et in antecedentibus et in sequentibus (lin. 11 in *B* legitur *ποιητοῦ*, non *ποιητικῇ*) semper de poeta, non de poetis sermo sit.

91, 20 cum primo in *B* scriptum esset *σατυρεις*, hoc iam pr. m. mutatum est in *σατυροις*.

129, 28 pro *αὐτῆς* legitur *αὐτοῦ*, nempe ut ad *μήκει* referatur. Ego neutrum ferri posse existimo: scribendum potius

---

[1]) Cum ex codd. *s v* admodum pauca cognita sint, plerumque in eis exemplis acquiescere oportet, ubi *C* et *l* inter se conspirant. Sed hoc nihil refert. Si enim codex *l* idem praebet atque *C*, hoc etiam in eo codice fuisse necesse est, ex quo *l s v* manaverunt.

[2]) *ι* subscriptum in cod. *B* semper neglectum est.

videtur *αὐτῶν,* quod pertineat ad *μερῶν.* Etenim haec fere explicat scriptor: ut in parte alicuius rei longitudo nominatur illud segmentum eius (sc. partis; cf. *ἐκείνου* lin. 22), quod totius rei longitudini parallelum est, sic in terrae partibus pro longitudinibus habenda sunt illa segmenta earum (partium), quae longitudini (terrae) parallela sunt. Hic est sensus loci, ex quo satis apparet, veram lectionem esse *αὐτῶν.* Quomodo autem *τμήματα αὐτῆς* i. e. *οἰκουμένης* hoc loco intellegi possit, non video.

151, 14 in *B* littera ς supra verbum *ἔχοντα* iam pr. m. addita est.

222, 1 legitur in *B* *ὡρῶν δέ τινι λοιμικῇ καταστάσει.*

224, 25 legitur *ὑπ᾽ αὐτῇ.*

226, 4 pr. m. scriptum est *οὐρανίω,* quod ex *οὐρανῷ* — quod est in *A C* — coniectura exortum esse liquet; secunda manus deinde punctis infra positis veram lectionem *ὡραίω* supra addidit.[1])

243, 3 *ἐν* in cod. *B* omissum est.

244, 1 praebet *B* *ὠψικέλλαν πόλιν, ὃ ωψικέλλα κτίσμα λέγουσιν.*

249, 10 recte legitur *ὡς ἂν σχοινοῦντι.*

250, 26 *καὶ περὶ Ἰλέδραν.*

[1]) Miror quod Meinekius in verbis *χρώμενος τῷ λόγῳ,* quae in sequenti versu leguntur, offendit. Putat enim, his verbis maculam garrulitatis metallentis adspergi. Timeo ne vir ceteroquin de Strabone optime meritus hunc locum non recte intellexerit: si haec voluisset Strabo, non *ὡς ἂν ἐκ μετάλλου* sed *ὡς ἂν μεταλλευτὴς* scripsisset. Immo sententia ea est: „haec Posidonius magna cum elegantia disseruit, ut qui ex metallis ipse quoque copiosissima sua verba deprompsisset, vel ut qui ipse quoque fodinas haberet non aurum nec argentum, sed verborum maximas copias complectentes. Quapropter cum Meinekius quaerat, qua de causa Strabo verba *ὡς ἂν ἐκ μετάλλου κ. τ. λ.* apposuerit, respondendum est, eum copias ex metallis Turdetanorum sumptas iocose conferre voluisse cum uberrima verborum copiositate a Posidonio patefacta. Cum igitur verba *χρώμενος τῷ λόγῳ* prorsus sana sint, supervacanea est Meineki coniectura *χρ. τῷ πλούτῳ.* Sed non solum supervacanea, verum etiam inepta est. Meinekiana enim veste indutus Strabo diceret haec: cum Posidonius metalla illa Hispana tantis laudibus extollat, facile licet suspicari — hoc enim inest in verbis *ὡς ἂν* —, eum ipsum quoque magnas possedisse fodinas auri atque argenti. Haec mira esset conclusio: quasi non unicuique liceret, etiam aliena laudare!

256, 11 *γεωργοῦσι γὰρ αὗται*, quam coniecturam ego accipiendam esse censeo.

257, 1 *μυῶν* recte legitur pro *μυρίων*.

264, 20 *καὶ νομίσαντας*.

285, 6 *δηώσεις*.

II 11, 1 *καταστέψασαι*.

44, 13 cum primo fuisset *ἄκραν*, hoc rasura mutatum est in *ὄκραν*; deinde lin. 16 et 20 a primo librario scriptum est *ὄκρα* et *ὄκρας*. Huius emendationis causa ea videtur fuisse, quod idem fere enuntiatum, quod lin. 16 legitur, etiam I 326, 2 invenitur, ubi omnium codicum consensu legitur *ὄκρα*.

45, 6 legitur *ἀπὸ τεργεστῶν*; hoc propter praepositionem *ἀπὸ* ex *τεργέσται* correctum esse liquet.

52, 10 *οἰκεῖν* a primo librario prorsus omissum, deinde *οἰκοῦντες* sec. m. inter lineas additum est.

53, 16 *δὲ* exstat in *B*.

59, 21 *τὴν γραφὴν* inter scribendum pr. m. mutatum est in *τῇ γραφῇ*; eodem modo inter scribendum *προσῆκε* in *προσήκει*. [1])

93, 1 *ἀποδώσομεν νυνὶ* legitur in *B*, falsa illa forma *ἀποδώσωμεν* correcta et verbo *φησὶ*, quod in *E C l s v* exstat, deleto.

93, 15 pro *μὲν οὖν B* praebet particulam *δὲ*, cum nulla omnino particula in *E C l s v* legatur.

110, 5 illa, quae Kramerus ex cod. *B* affert, sine dubio ex margine in textum invaserunt.

120, 6 pro *τὸ δ' ἀπέχεσθαι* in *B* legitur *τὸ γ' ἀπέχεσθαι*, quae coniectura, cum particula *δὲ* iam satis torserit homines doctos, fortasse recipienda est; deinde pro *προσῆκε* desideraverim *προσήκει*.

141, 9 praebet *B στησίχορος* (ex *στησίχορον* pr. m. corr.) *δὲ καλεῖ*.

---

[1]) Librarium haec non ex suo ingenio correxisse inde apparet, quod aliis locis prorsus stupide descripsit, velut multis locis nomina propria in exemplo quod habebat per compendia scripta, quamquam facillime divinari potuerunt, supplere non ausus est, sed e. g. scripsit *ἀγα* . . . . . pro *ἀγαμέμνων*. Immo has coniecturas in margine illius exempli ascriptas fuisse pro certo affirmaverim; cf. etiam ea quae 110, 5 in *B* leguntur.

215, 19 *περὶ* ante *τῶν* pr. m. additum est.

265, 16 *οὐδεκεῖ* sine apostropho et spiritu supra *ε*.

269, 1 *λέγωμεν*.

286, 17 *ἴσχειν* legitur in *B*, ubi punctum illud pr. m. ad delendam litteram *ν* infra positum est.

Has coniecturas non esse acrioris ingenii, sed eas, quas quivis lector eruditus facile ascribere potuerit, interdum etiam eas, ut auctorem parum diligenter verba scriptoris inspexisse statuendum sit, ex his exemplis satis perspicitur. Sed nescio an nonnullae ex eis, quibus veras lectiones restitutas esse aut perspicuum aut veri simile est, non pro coniecturis, sed pro genuinis lectionibus habendae sint. Ita enim res se habeat, si illae lectiones etiam in *C* vel *l*, *s*, *v* inveniantur. Neque vero prius de hac re certum iudicium facere licebit, quam hi codices accurate et diligenter excussi erunt.

His ita expositis apparet, etiam illis locis, ubi neque codicem *A* neque epitomen *E* pro modulis habemus, codicem *B* haud raro meliores servasse lectiones quam codices *C l s v*, sed, cum ad coniecturas propensus sit, non nimiam fidem eius lectionibus esse habendam. Huc spectant praeter eos locos, ubi *A* (vel *E*), *B*, *C l s v* omnes inter se discrepant, illae partes operis Straboniani, quae neque in *A* neque in *E* exstant. Cum igitur in his partibus solae codicum decurtatorum lectiones nobis praesto sint, pluris etiam quam in ceteris libris codicis *B* pretium aestimandum est in libris VIII et IX, ubi codicem *C* prorsus deficere supra vidimus. Itaque hinc nonnullos etiam afferam locos, quibus id, quod in *B* legitur, maioris, interdum summi momenti videtur esse.

Ex hoc numero primum quidem ei enumerandi mihi videntur, quibus ceterorum codicum — hi sunt *l* (*s v*) et *a*[1]) — lectiones aut inter se discrepant, aut non satis cognitae sunt.

II 185, 1 non video qua auctoritate nixus Kramerus scripserit dativum *Οἰνώνῃ*, qui vix intellegi potest. Genetivum enim, qui ad sensum optime accommodatus est (cf. etiam Eurip. Androm. 16) praebent codex *B* et editiones priores, et codices ce-

[1]) Littera *a* cum Kramero eas significo lectiones, quae in cod. *A* secunda manu scriptae sunt.

teros idem praebere affirmat Tzschuckius. Cum igitur hoc loco genetivum recipiendum esse censeam, tamen pro *Οἰνώνης* unice vera forma *Οἰνόης* — ut etiam lin. 4 *Οἰνόη* — restituenda est. Deinde in sequenti versu (lin. 2) nullam video causam, cur post *ταῖς* particula *δ'* deleatur; immo *ταῖσδ'* uno verbo scribendum videtur. — Ceterum facio cum Kramero, Meinekio, Muellero, quod totum hunc locum inde a verbo *ὁμωνύμως* (184, 18) usque ad *χαράδραν* (185, 4) ab interpolatore quodam profectum esse existimant. Neque enim Cobeti placet coniectura[1]) qui 184, 18 pro *Οἰνώνη* scribit *Οἰνόη*. Quod eodem argumento reiciendum videtur, quo Kramerus Politi coniecturam refutat, nempe eo, quod nullis veterum testimoniis confirmatur, insulam nomen *Οἰνόη* habuisse. Itaque cum propter nominum diversitatem verbum *ὁμωνύμως* ferri non possit, neque Strabo ulla re nisi nominum consensu adduci potuerit, ut hoc loco de demis illis Atticis verba faceret, totus hic locus interpolatori tribuendus est. Sed credere vix possumus, interpolatorem sola ea de causa, ut nomen *Οἰνώνη* etiam alibi inveniri demonstraret, demorum Atticorum nomen *Οἰνόη* mutavisse in *Οἰνώνη*. Immo suspicandum est, eum propter nominum similitudinem hoc loco nonnulla de demis illis in margine addidisse, quae postea, falso pro Strabonis verbis habita, nomine *Οἰνόη* bis in *Οἰνώνη* mutato et verbo *ὁμωνύμως* addito cum textu Straboniano connecterentur.

189, 8 praebet *B* *τοῖς τε ἐκ τῆς ἰταλίας καὶ* τοῖς *ἐκ τῆς ἀσίας ἐμπόροις*, quod, cum unice verum sit, restituendum mihi videtur.

200, 7 illud quod *B* exhibet verbum *βασιλέα* ante *καθιστᾶσιν*, quod etiam in editionibus prioribus et — ut suspicor — in codice *l* legitur, non video, cur a Kramero deletum sit. Deest enim in solo codice *a* eiusque apographis, in quo haud paucis locis neglegentiae vestigia inveniri supra demonstratum est. Ut autem mittam, quod illud verbum hoc loco multo facilius deleri quam addi potuit: quid offensionis est in eo, quod ad sacra facienda Iones regem creabant? Nonne Athenis etiam ille archon, qui rebus divinis prospiciebat, *βασιλεύς* appellabatur?

---

1) Misc. Crit. 1876 pag. 177.

202, 3 verba *εἶτα — γνωρίζεσθαι*, ut secundum Falconerum in *a*, ita etiam in *B* desunt; leguntur igitur in solo cod. *l*. Quae cum ad sensum non sint accommodata, recte a Meinekio e textu remota sunt, sed simul lacuna hoc loco statuenda erat. Spectant enim haec verba ad id genus locorum, ubi, cum in antiquo codicum decc. archetypo nonnulla mutilata essent, rerum summae in margine ascriptae postea ita propagabantur, ut in altera familia codicum servarentur, in altera omitterentur, velut similia etiam inveniuntur in codd. decc. ee. gg. II 154, 14; 267, 13.

235, 2 in cod. *B* legitur illud *ἐκ δὲ τούτου*, quod in *m*, codicis *l* apographo — et propterea etiam in ipso *l* — exstare Kramerus commemorat, et quod omnes libros manu scriptos praebere Falconer affirmat. Itaque haec lectio, quae iam Kramero valde placuit, sine dubio restituenda est, praesertim cum pluralem numerum hoc sensu apud Strabonem inveniri vix credam.

285, 22 post *Ἑξῆς* in codice *B* legitur *δὲ*, quod ad coniungenda enuntiata, praesertim cum semper apud Strabonem *ἑξῆς δὲ* inveniatur, necessarium videtur esse. Atque hanc particulam, quae neque in *a* — illa enim, quae inter *Ἑ* et *Κῦνον* leguntur, in codice *A* una cum margine absumpta et postea secunda manu addita sunt — neque in *l* exstare videtur, etiam in *A* fuisse nescio an ex litterarum ibi absumptarum numero, qui et in antecedenti versu et in sequenti maior est, concludi possit. Illud certe ex hoc loco apparet, quanti intersit, ut quid in codice *A* prima, quid secunda manu scriptum sit, sciamus.

292, 8 verba *οὕτως ἔχουσα* cum ab usu Straboniano prorsus aliena sint, tum propterea quod ut in *a*, sic in *B* — et sine dubio etiam in *l* — desunt, codicum auctoritate prorsus carent. In codicibus *n o p*, qui pleni sunt coniecturarum, exorta deinde in omnes editiones transierunt.

292, 20 *τὸ* ante *Θετταλῶν* cum et in codice *B* et in prioribus editionibus nulla adnotatione addita legatur, etiam in *a* et *l* exstare pro certo affirmaverim. Certe hoc articulo carere vix possumus.

294, 18 articulus *τῆς* ante *Μαγνητικῆς*, quem Kramerus priores editiones secutus omisit, cum et in cod. *B* et — secundum Falconerum — in *a* legatur, sine dubio restituendus est.

323, 2 in cod. *B* legitur *διὰ τὸ μηδ' οἰκισθῆναί πω*, quam lectionem veram esse ex eo quod in *a* invenitur *μὴ διοικισθῆναι*, dilucide apparet. De codicis *l* lectione adhuc nihil videtur constare.[1])

Deinde multo maioris etiam momenti illae codicis *B* lectiones videntur esse, quae, cum in omnibus ceteris codicibus lacunae sint, solae auctoritatem habent. Huc pertinent tres loci.

II 217, 21 cum verba *κατὰ — προσαγορευομένης* omissa sint in omnibus ceteris codicibus decurtatis et decem fere litterae inter *κατ* et *Ἀλκυονίδος* in codice *A* una cum margine exciderint, ad sanandum hunc locum solum habemus codicem *B*. Cuius lectionem, quae a Kramero recte adnotata est, non ex coniectura esse profectam vel ex condicione eius lectionis apparet. Immo hic locus ex eorum est numero, quibus in cod. *B* illa servata sunt, quae in omnium codicum decc. archetypo — quamvis propter corruptam textus condicionem in aliam formam redacta — in margine ascripta fuerunt. Maximi igitur momenti illud est, quod in codice *B* legitur, *ἀπὸ τῆς Κρίσσης*; nec recte eam quae inde profluit lectionem *ἀπὸ τῆς κατὰ Κρίσσαν* viri docti impugnavisse mihi videntur, Crissam ab hoc loco plane alienam esse rati. *Ἡ κατὰ Κρίσσαν θάλαττα* enim idem est atque *ὁ Κρισσαῖος κόλπος*; quod nomen non ad parvum illum sinum prope Crissam urbem, sed ad totam illam partem sinus Corinthiaci, quae ad orientem spectat, pertinere, dilucide perspicitur ex eis, quae II 192, 8 sqq. leguntur. Ut autem accuratius illam sinus Crissaei partem, ad quam Onia montes procurrant, definiat, addit Strabo *τῆς Ἀλκυονίδος προσαγορευομένης*: sic enim illam partem nominatam esse perspicitur ex II 100, 5, ubi Groskurdium emendatione sua verum sensum expressisse cum Kramero existimo. Neque igitur Alcyonium mare idem est atque sinus Crissaeus, sed pars tantummodo eius; quod ut perspicuum fiat, articulo *τῆς*, qui exstat in *B*, in editionibus prioribus vero omittitur, carere non possumus. Sententia igitur est haec: „Onia montes, dorsum . . . . . distinguens mare quod ad Nisaeam est ab eo quod est ad Crissam, scilicet eo quod Alcyonium voca-

[1]) Hoc loco monere mihi liceat, ea quae ad lin. 4 Kramerus codici *B* attribuat, non in hoc exstare, sed in epitome *E*: codex *B* cum textu Straboniano prorsus concinit.

tur.“ Itaque cum scribendum existimem ἀπὸ τῆς κατὰ Κρίσσαν τῆς Ἀλκυονίδος προσαγορευομένης, etiam lacuna decem litterarum, quae est in *A*, optime expletur.

229, 5 codex *B*, ut omnino hos versus Homericos integros exhibet, ita etiam praebet verbum ἔπλεον, quod in omnibus codicibus deesse Kramerus affirmat.

251, 2 post αὐτὸς in codice *B* prima manu legitur etiam ἐκεῖνος,[1]) quam lectionem esse veram ex littera ε, quae in codice *A* superest, aperte perspicitur; neque enim codex *B*, quatenus prima manu scriptus est, ulla in re a codice *A* pendet. Itaque coniecturae Krameri et Meineki et Muelleri ad hanc lacunam explendam prolatae, ἔπη ποιήσας κατὰ et ἐπιλαβόμενος et ἐν τοῖς ἔπεσι περὶ prorsus caducae sunt. Ego post ἐκεῖνος scribendum propono μνησθεὶς, quod prorsus similiter legitur II 295, 21; atque etiam sequentem lacunam melius me istis explere existimo, collatis eis, quae III 74, 20 leguntur, cum scribo μετῴκησε πρότερον.

Postremo etiam alia in re haud parvi aestimandum est codicis *B* pretium. Cum enim per omnes illas partes librorum VIII et IX, quae in codice *A* exstant, haud pauca passim in codicibus decurtatis omissa esse supra explicaverimus, idem etiam factum esse in illis partibus horum librorum, quae in solis codicibus decurtatis nobis traditae sunt, statuendum est. Cum autem adhuc duobus tantummodo locis in his partibus viri docti lacunas suspicati sint, nunc et his locis et nonnullis aliis re vera in codicibus decurtatis quaedam omissa esse, lacunis in cod. *B* relictis confirmatur; quamquam hoc pluribus etiam locis factum esse inde apparet, quod codex *B* nequaquam semper illic, ubi quaedam omissa sunt, lacunas servare solet. Illae igitur lacunae, quae omnes digitali vel semidigitali sunt latitudine, inveniuntur:

II 201, 3 post verbum Θετταλικῆς, ubi veri simile est, de Helice urbe ab Hesiodo commemorata nonnulla — fortasse etiam Hesiodi verba — addita fuisse.

201, 12 post ἐλευθερωθέντας, ubi lacunam esse iam Kramerus ex eis, quae exstant in *a*, recte conclusit.

205, 16 post Στρατὸς, ubi, quid exciderit, suspicari non possumus.

---

[1]) Sequentia deinde desunt in *B* usque ad verbum λέγων.

265, 5 post *ἅλωσιν,* ubi plura etiam oppida, quibus nomen esset *Ὀρχόμενος,* enumerata fuisse collegerim ex verbis *καὶ περὶ Κάρυστον δὲ* et *τὴν τοιαύτην ὕλην.*

292, 19 post *ἐκλελοίπασι,* ubi secundum Falconerum etiam in codice *a* vacuum spatium invenitur.

293, 19 post *Πίνδον,* ubi iam Palmerius intercidisse quaedam animadvertit.

Haec habui, quae de auctoritate codicis Medicei *B* dicerem.

Iam ut res tota ad finem perduceretur, restaret etiam, ut codicibus *C l s v* inter se collatis quae singulorum sit auctoritas exponeremus. Sed cum ex codicibus *s v* nihil fere cognitum sit, nec codices *C l* satis diligenter excussi sint, certum de eis iudicium facere nondum licebit. Propterea nunc in eis, quae explicavimus, acquiescendum videtur.

Hac igitur altera parte commentationis meae hoc maxime effecisse me confido, ut primum quidem codicibus decurtatis inter se consentientibus non minorem, et, si epitome *E* cum eis congrueret, maiorem etiam auctoritatem quam codici *A* tribuendam esse exponerem; deinde et epitomen *E* et codicem *B*, quamquam eorum lectiones minime spernendae viderentur esse, tamen haud paucis locis meras coniecturas praebere demonstrarem.

APPENDIX.

Novas codicis Medicei *B* lectiones a me enotatas publici iuris facturo pauca mihi praemittenda videntur esse.

Partes, ut hoc repetam, a me excussae sunt hae: lib. I inde a pag. 23, 1 (ed. Kram.) usque ad finem; lib. II inde ab initio usque ad pag. 194, 4; lib. III integer; lib. IV inde ab initio usque ad pag. 315, 25; lib. VII inde ab initio usque ad pag. 63, 15; libri VIII, IX, X integri.

Ut supra explicavi, in textum qui dicitur codicis *B* prima manu scriptum emendationes et additamenta diversis manibus facta invaserunt. Ex quibus longe plurima sunt ea, quae ex libro codicibus *n o p* affini in nostrum translata sunt; haec ego Kramerum secutus „sec. m." scripta esse adnotabo. Aliae vero exstant emendationes, quas iam prius, quam secundae manus lectiones additae essent, alio atramento ab homine quodam paulo doctiore, qui nullius codicis auxilio ex suo tantum ingenio videtur hausisse, scriptas esse, ex nonnullis locis, ubi hae scripturae secunda manu correctae vel mutatae sunt, dilucide apparet. Has „post. m." vel „postea" scriptas esse dicam; qua significatione illis etiam locis utar, ubi utrum secunda an posterior manus grassata sit, non pro certo licet affirmare.

Cum vero omnia praeter primae manus scripturas nullius omnino pretii esse ostenderimus, fere semper in primae manus variis lectionibus acquiescendum putavi, quas, etiamsi secunda aut posteriore manu correctae vel mutatae sunt, nulla plerumque significatione addita accurate adnotavi. Silentio autem praeterii primae manus lectiones a Kramero recte relatas. Secundae vel posterioris manus lectiones solis eis locis, ubi in editione Krameriana non recte adnotatae sunt, commemorandas

esse censui. Libenter autem, si quis de ceteris etiam a Kramero non commemoratis certiorem se fieri velit, commentarios meos inspiciendos committam.

Ubi Kramerus „*B* ex corr." vel „in marg." adnotat, utrum lectio primae an secundae vel posteriori manui attribuenda sit, plane et accurate indicavi. Quod sicubi forte praetermissum sit, lectionem aut secunda aut posteriore manu, certe nusquam prima manu additam esse scito.

Ex primae manus scripturis commemorare supersedi, si quae — quod raro accidit — aberrante librario primo omissa, sed iam pr. m. in margine addita sunt; non commemoravi accentus in verbis encliticis (velut *τὶς, ἐστὶ, φασὶ*) non recte additos vel omissos; non enumeravi illa verba, in quibus iota quod dicitur subscriptum neglectum est — hoc enim in codice *B* nusquam invenitur —; illos denique locos, ubi codicis nostri scriptura variat in *ν* ephelcystico et in interpunctionis signis, nisi in locis nondum sanatis vel suspiciosis praetermittendos esse putavi.

Lib. I.

pag. 23, 10. *ὁ δ' ἀρκεσίλαν.* 11. *καθ' ἑαυτὸν.* 12. *ἀπελλῆς τε.* 17. Ubi nunc *ὅς* in ras. sec. m. scriptum est, antea una littera fuit.

24, 4. *παιδ ιὰν* erasa littera inter *δ* et *ι* et accentu posteriore manu addito. 13. *πόλλεις* pr. m., nunc altero *λ* eraso. 15. *ὅπου τε.* 23. *εἰρύσθαι.*

25, 5. *καταχωρίσαι, η* supra *ι* sec. m. add. 6. *καὶ τῶν περὶ.* 8. *θήσβην.* — *ἀλίαρτον.* 9. *λιλαίαν.* 10. *κιφησσοῖο.* — *καὶ* deest. — *ἀπορριπτεῖν.* 11. *διδάσκοντι* non iteratum est. 13. *οὐκ οὖν.* 22. *οὕτως ἐκείνως πᾶν.*

26, 5. *οὕτως.* 6. *πολλῶν δ' ἀνθρώπων οἶδεν ἄστεα.* 9. *αἰεὶ.* 11. *τούτου γε ἑπομένοιο.* 15. *μὲν εὐκαμπὲς ἐγὼν ἔχοιμι.* 26. *εἴη* pr. m. scriptum erat, nunc erasum et post. manu *ἴει* positum.

27, 3. *τὰ ἄλλα.* 6. *πρότερον* pr. m., postea *πο* supra *προ* pos. 9. *τοῦ ποιητοῦ.* 11. Non *ποιητική*, sed *ποιητοῦ* legitur. 14 et 15. *οὕτως.* 23. *τ' ἄλλα.*

28, 3. *κατασκευασμένης*. 9. *καταχρησαμένων*, post. m. *ου* supra *ων* pos. 13. *κ* in verbo *εἴρηκε* post. m. in litura scriptum est. 14. *πόρρων* pr. m., nunc *ν* eras. 26. *δὲ ὅτι*.

29, 14. *τε* deest. 21. *κολάσης*. 22. *προςδέχονται*.

30, 16. *μῦθον, ον* in ras. postea add. pro una littera. 20. *ἐκ μηδὲν δὲ ἀληθοῦς*. 21. *καίνυν* pr. m., postea mut. in *κενὴν*. 24. *παρὰ*. 28. *αἰόλον*.

31, 1. *παρὰ, ε* et *ι* postea supra pos. — *νήσον*. 2. *λεστρυγώνας*. 8. *οἰκείως*, ut videtur, iam pr. m. ex *οἰκείους* restitutum est. 15. *παρὰ*. 16. *ἔπλασεν τὸν οὕτως διωκισμένων*. 19. *τὰ* deest. 20. *ἀ δρίαν*, inter *ἀ* et *δ* rasura, ut videtur, litterae *ν*. — *ποσιδωνιάτη*. 21. *τυρηνίας*. 22. *ἅπερ*. 24. *βυζαντικοῦ, α* pr. m., ut videtur, supra add.

32, 17. *ἀριμασπίοις*. — *ἐκδέδωκεν*. 22. pr. m. sine dubio scriptum erat *καὶ χεῖρον· χεῖρον μὲν*, sed post. m. alterum *χεῖρον* magna ex parte erasum et pro eo *βέλτιον* positum est.

33, 2. *λεστρυγόνων*. 5. *οὕτως*. 8. *συστάσαν*. 12. *ψεύδη*. 13. *ἅπαντ'*. 16. *πηλείω*. 17. *γοργῶνες*. 22. *σειρηνουσσῶν*. 24. *ποσιδωνιάτην*. 26. *κατασυρέντων*.

34, 3. *σειρῆνας*. 18. *σειρηνοῦσσαι*. 23. *ὀδυσσέως* ante *πλάνης* non legitur. 27. *τῇ δόξῃ ταύτῃ μὴ*.

35, 1. *συρακούσσαις*. 5. *ἢ* deest. 7. *ὅτι ἂν ἔπικε ῥῆμα*. 8. *παρὰ, ε* et *ι* post. m. supra pos. 10. *ταῦτα*, alterum *τ* in ras. post. m. — *τοὺς* deest. 18. *ὑδρία*. 20. *ἠεροσκοπουμένους*.

36, 5. *αἰόλον*. 11. *τότ' ἀνευρεῖν τινὰ*. 28. *διηγεῖται τὴν τῶν γ. θ. ἢ συνίσταται*.

37, 1. *κοινὸς ὑφορμοῦσιν*, ut ceteri codd. 8. *ἐνήρμωσθαι*. 11. *μέγα ἢ*. 12. *θάλασσαν*. 18. *παρὰ σικελίαν*. 20. *ἢ μάλιστ'*. 27. *ἢ συνέστηκεν*, spir. asp. post. m. in ras.

38, 1. *διαθέσεων*. 4. *δ' ἐσχατόωσαν*. 11. *ἐνθένδε ἐννῆμαρ*. 16. *συμβαίνει*. 20. *πῶς τίς εἰς*.

39, 7. *οἰκεῖ ἡ ἄτλαντος, ἡ* in ras. post. m., sed sub ras. nihil nisi interpunctionis signum videtur fuisse. — *παρὰ*. 17. *διαρχία*. 18. *μισινὸν*.

40, 1. *ἑτέρων, αι* iam pr. m. supra pos. — *σειρηνούσσας*. 3. *αἰόλον*. 20. *πελοπόνησσον*. 23. *προμυθευόμενα, ς* post *προ* iam pr. m., ut videtur, supra add. 24. *προςμυθεύεται*, prius *υ* et terminatio *εται* in ras. post. m. 27. *ποίησιν εἰς ἓν συνάγειν τὴν τῶν*.

41, 6. ἄποθεν. 12. ἐξάθοω. 18. οἴδ' ἐφ', οι et ἐφ' pr. m. scripta sunt, cetera in ras. post. m.; in margine pr. m. punctum appositum est.

42, 22. θρῆϊκηθεν. 26. μέλαινα. — τοῦ αἰγαίου, ῦ in ras. sec. m. 27. ἀκροτηριάζουσα.

43, 28. θρασυάλκην, ρ in ras. post. m.

44, 4. ποσιδώνιος. 6. βίονα. 8. μὲν deest. 14. ὄντως.

328, 6. *καθόλου*. 7. *πυρραία*. — *δευκαλίονος*. 13. *δακαλί*, supra *ί* ligatura add., quae significare videtur *ωνος*.

329, 3. post *ὀνομάσαι* semidigitale spatium vacuum relictum est, deinde sequuntur verba *καὶ νεσωνὶς δὲ ὠνομάσθη ποτὲ ἀπὸ νέσωνος τοῦ κ. τ. λ.*

Lib. X.

330, 8. *βυβλίον*. 13. *ἐπειδὴ* pr. m., sed *ε* supra *η* sec. m. additum.

331, 9. *σουνίων* pr. m., sec. m. mut. in *σούνιον*. 15. *σχεδὸν δ' ἔτι*.

332, 9. ad hunc locum in margine duplex punctum pr. m. positum est. 15. *ἰὼ τεκεῖν φασὶν ἔπαφον*. 18. *ἑλλοπία*. 19. *ἀδελφὴν*. 20. *ἑλλοπίαν*.

333, 2 et 10. *ἱστιαίαν*. 2. *κίρινθον*. 5. *ἱστιαίαν*, primum *ι* iam pr. m. restit. ex *ε*. — *ἑλλοπεῖς*, non *ἐλλοπεῖς*. 6. *λευτρὰ* pr. m., sed *κ* et *ικὰ* sec. m. supra add. 8. *ὤρει τῶν*, una litt. post. m. erasa. 12. *χειρουμίου εὔβοιαν*.

334, 5. *ἑλλοπιεῖς*. 7. *ὠνομασθῆναι*. 8. *ἑλλοπίων*, sed iam pr. m. spir. len. iuxta asperum pos. 14. *ἑλλοπία*. — *ἱστιαίας*, *ἱ* in ras. post. m. 16. *κλεινaῖον πλησίον καὶ*. 17. *δίκαιον* pr. m., sec. m. mut. in *δῖον*.

335, 1. *αἰολίδ* pr. m., spat. vac. rel. 2. *κήρινθος*, *η* in spatio, quod pr. m. vacuum reliquit, post. m. 5. *ὄχθει* pr. m., sed iam pr. m. *ει* mut. in *η*. 8. *ἅλας*. 9. *ξενομένη*. — *ταῦφη*. 11. *πλύσει*, *υ* in ras. post. m. — *τὸν πινον* (sine acc.), in mar-

gine dupl. punct. pr. m. — ᾠκίσθαι, non ᾠκῆσθαι. 12. φησὶν.

336, 3. χάριστος. 5. ἀλκμᾶν. 7. ὅμως post δ' legitur. 9. ἐννύχιοι, non ἐννύχιαι. — κατήγοντο. 14 et 23. ἐρετρία. 17. ἐκτίσθαι, τι in ras. sec. m. pro una littera; pr. m., ut videtur, in marg. rubro minio scriptum est ἐκτί. 19. ἐρετρίαν. — ὤκησεν. 24. συνώκησε.

337, 3. ἐποικίαι. 5. ἄνδρες omissum est lacuna semidigitali relicta et duplici puncto pr. m. in margine addito.

338, 1. αὐτὴν pro αὐτὸν. — λῆχα, sed pr. m. punct. supra λ et dupl. punct. in marg. add. 3. τεπερίεσσαν. 4. ἠλία. 7. μακύστου. 9. ἐρετρία. 10. ἐρετρικῇ. 11. δὲ ἵδρυμα.

339, 1. ἐρετρία. 6. ἐρετρίαν. 7. μαρτυρεῖ — ποτε om. pr. m. 12. δὲ ἔσχον. 18. εὐρυτάνας. 21. ἠρετρία.

340, 3. ὥς γε καὶ κατέλυσε. 5. οὕτως. 6. ὥστε om. pr. m. 10. οὐθ' ἓν, non οὐθὲν. 11. καὶ ἀκοντισταὶ. 16. σάρεισα. 17. ἀβοεῖς.

341, 5. ἀλλ' οἴων. 7 et 18. οἷος. 12. δέ εἰσιν. 13. ad hunc locum dupl. punctum pr. m. in marg. positum est. 17. οὔ σφην pr. m., sed rasura η mut. in ι. 23. χαλκηδέας, nunc rasura η mut. in ι.

342, 1. εὐβοῖται, β in rasura sec. m. — κηρεὺς, non κιρεὺς. 3. κράθιν. — συμβαῖνον, νον ligatura expressum, quae nunquam pro νειν adhibetur. 10. κορκύρα. 12. καὶ τοῖς οἰταίοις.

343, 3. δὲ pr. m., τ supra δ sec. m. add. 9. μέντοι pr. m. 11. καὶ — ἀπόλλωνος om. pr. m. 13. παρνασσοῦ, non παρνασοῦ. 15. λόλοπες. 18. θαλάσσῃ. 19 et 21. ἀχελλῶος pr. m., nunc prius λ erasum. 23. λάμιαν. 27. ἐφ' ἡμῶν, sed ε in rasura post. m.

344, 1. ἀχελλώω pr. m., nunc prius λ erasum. — καὶ ἡναία, non καὶ ἡ ἠναία. 2. αὕτη. 4. ὅ. 5. πάλαιρός τε. 6. ἀμυρακία. 7. περιοικίδες, δες in ras. sec. m. 8. ἀνακτώριον.

345, 2. ἀχελλώου pr. m., nunc prius λ erasum. 4. τραχήνιον. 10. μαλαὸν, μ in ras. post. m., in marg. dupl. punct. pr. m. 15. ταφίασσον. 16. ἵδρυτο pr. m.

346, 1. κουρῆτας. 6. ἤ τις. 7. εἶτα ἀνακάμψας. 10. λυκέρνας pr. m., λυκόρμας sec. m. in marg. 12. διάνειραν. 15. νεωτέρας, ρα in ras. sec. m. pro una littera. 18. ἑλιάνικος pr. m., nunc prius ι erasum. 21. καθόλου.

347, 1 et 4. *ἀκαρνανῶν.* 7. *ἀνακτώριον.* 10. *ἠπείροιο ἀκτὴν* pr. m., sed iam pr. m., ut vid., rubro minio transpositionis signa supra addita sunt. 13. *νήρικος,* *κ* in ras. post. m., pr. m. videtur praebuisse *νήριτος.* 15. *οἷος* (pro *ἢ μὲν*) in ras. post. m., pr. m. praebuerat quattuor litteras, ex quibus tertia et quarta erant *εν.* — *νήρικον,* *κ* in ras. post. m. 16. *ἠπείροιο,* *ει* (pro una littera) et *ο* in rasura sec. m. — *κεφαλλήνευσιν* 18. *τρηχεῖαν.* 19. *καὶ γὰρ γάσουσος ταύτην.*

348, 3. *διο ρύξαντες,* inter *ο* et *ρ* littera *ρ* erasa; *υ* in ras. sec. m. 4. *νήριτον* pr. m., post. m. *κ* supra *τ* add. 6. *λευκάτα,* alterum *α* post. m. ex *ω,* ut vid., restit. 9. *ἅλμα.*

349, 1. *κοπῆς* pr. m., sed iam pr. m., ut vid., *σ* supra add. 2. *τινας* pr. m., nunc *ς* eras. — *ἀποκοπῆς.* 6. *ἀναληφθέντα* pr. m., sec. m. *κατ* supra *ἀν* add. 7. *υἱοῖς* pr. m., post. m. mut. in *υἱοὺς.* 11. *κεφαλλῆνας* — *νήσου τῆς* om. pr. m. 13. *ἀκαρνάνες.* 18. *ὡς* ante *καὶ αὐτοῦ* post. m. additum est. — *ἐντὸς* ante *τῶν* post. m. add. — *ἐ χινάδων,* ante *χ* litt. crasa, praeterea *ων* post. m. restit. ex *ου.* — *ὄντας.* 19. *ἧλιδα.* 20. *ὡς* ante *καὶ τοῦ* post. m. add. 21. *εἰρετρίαν.* 22. *ὡς* pro altero *καὶ.* 23. *τρῶες,* *ες* in ras. pr. m., ut videtur. 24. *ὡς καὶ ἐκεῖ κοινῶν τρώων* pr. m., post. m. corr.

350, 2. *ζάκινθον* pr. m., in marg. dupl. punct. pr. m. pos. 3. *ἀντίπερα.* 4. *καὶ* sec. m. expunctum est. — *ἀντίπερα.* 8 *διατείνουσι,* in marg. dupl. punct. pr. m. appos. 18. *ζακίνθ* pr. m. spatio unius litterae vac. relicto. 19. *ποιῆσθαι.* 21. *τότε* hic et paulo post. — supra *ἀμφιβολίαν* sec. m. add. *ὁμωνυμίαν.* 24. *δ᾽ ἂν γράφεσθαι.*

351, 1. *σάμη τε,* iam leguntur iterum verba *καὶ ὑλήεντι* — *ἐκάλεσεν,* quae exstant 350, 18—20, sed iam pr. m. expuncta. 10. *δὲ δόσαν.* 13. *πλησίον,* non *πλησίων.* 16. *νίρητον.* 19 et 28. *εὐδίελον.* 19. *ὄρο ς,* erasa littera (ut vid. *ι*) ante *ς.*

352, 3. *ἰθάκην.* — *ὑπὸ νηίου.* — *εἰλήλου* pr. m. spatio vacuo relicto et dupl. punct. pr. m. in marg. pos. 4. *δῆλον* pr. m., post. m. antea inseruit *οὐ* et in margine addidit *ἄδηλον.* 10. *κεῖνται* dupl. punct. pr. m. in marg. appos. 12. *ὑψιλὴ.* — *καλοῦσι.* 15. *ἀν᾽ ὑλήεντα,* sed *υ* in ras. sec. m., quae etiam spiritus post *ν* et supra *υ* addidit et *η* restituit ex *ι.* 17. *νῆσον* pr. m., sec. m. mut. in *νῆσος.* — *εὐδίελος* pr. m., in marg.

post. m. add. ἱππήλατος. 18. αἴθ' ἀλὶ, omnia praeter litteras αι in rasura post. m. scripta sunt in spatio duarum litterarum. 19. τοιαύτα ς littera (ut vid. ι) ante ς erasa.

353, 4. τετραμμένην — ἄνευθε om. pr. m. 7. τότε γὰρ pr. m., sec. m. τε expunct. 15. εἰς ὑπὸ. 17. τέσσαρα.

354, 2. καὶ — γινομένου om. pr. m. 15. ὑπατίαν. 18. τυχὸν. 21. φάναι, non φᾶναι. 22. ἀμφιτρίωνα.

355, 6. ἀγχιόλοιο. 7. φιληρέτμοισιν, η in rasura post. m. 10. αἱ λοιπαὶ αἱ ἐχινάδες, sed spir. supra alterum αι in ras. et ε inter lineas post. m. add.; pr. m. sine dubio praebuit αἰχινάδες. 12. ἕταρον. 14. κεφαλλῆνας — δουλίχιον ἤ om. pr. m. 15. κεφαληνία, sed alterum λ iam pr. m. supra add. 16. φησὶν pr. m. in textu, sed eadem pr. m. in marg. add. καλεῖ. 17. κεφαλλῆνες ὑπ' ὀδυσσεῖ.

356, 2. ὅλ ης, littera post λ erasa. 3. ἡμίσ pr. m. spatio vacuo relicto. — δὲ ἄρα. — δώσ pr. m. spatio vacuo relicto. 4. post σάμη una littera, ut vid. ν, erasa est. 5. τε ἦδ'. — ζάκινθον. 7. φησι. 8. χελωνάτου pr. m., sec. m. α supra ου add. — αὔτη. 10. ἐν ὧ ο διός, ω in rasura sec. m., praeterea supra ο rasura conspicitur, in qua sec. m add. τ'. 20. καὶ μένειν καὶ νῦν.

357, 2. εἶδεν. 7. θρηικίας. 8. τὸ δὲ τῆ. 9. ἴμβρον, β sec. m. in spatio vacuo relicto. 11. μευσηγύς. 12. ἤδει μὲν οὖν αὐτὴν· οὐκ ὠνόμακεν δὲ. 18. ὥστ' pro ἕς τ'.

358, 1. ἔσχεν, εν in rasura post. m. pro una littera. 2. ἣν λέγουσιν, ην in rasura post. m. pro una littera (ut videtur ο). 6. οἱ om. pr. m. — ἀπὸ τοὺς σαμαίους. 7. εὑρῆσαι pr. m., sec. m. corr. 11. ἔσχον τῇ προσεχῆ. 13. ἀντίλοχος. 14. ἀνείλατο pr. m., sec. m. supra alterum α add. ε. 15. ἐντὸς. — ἀμόμητον. — κάλλιπον pr. m., post. m. ον mut. in εν. 17. ζάκινθος.

359, 11. σταδίους ante ἑκατὸν add. sec. m. 13. ἐφεστῶσα. 16. χώρα.

360, 1. ὅρους. — συγχέουσα, γ (in rasura pro duabus litteris) et έ (inter lineas additum) post. m., pr. m. praebuit, ut videtur, συνέχουσα (accent. accut. supra γ etiamnunc perlucet). 2. ἀποδεικνουμένους, sed ο post κν nunc eras. 3. ἔχοντας. 9. μὲν. 11. ἀνδρίω. 13. ἀμαλθίας. 16. καθάπερ — ἤχων om. pr. m. 21. κηδεύσαντα.

361, 1. ἀμαλθίας. 2. ὀξείων. 3. ad vocem μέγητα in margine dupl. punctum pr. m. positum est. 5. ἀπεμάσσατο pr. m., nunc rasura μ in ν mut. 9. τηλεβόων. 10. ἡ τάφιος. — ταφιοῦς, non ταφιοὺς. 12. τάττομεν. 13. δήϊονος pr. m., post. m. έ post ν supra add. 15. μέντη, η in rasura pro duabus litteris, quarum altera fuit ι. 16. φησὶ.

262, 2. ἐξ αὐτοῦ pr. m., sec. m. supra add. ἐξ οὗ. — τοὺς deest. — ἡρακλέας. 4. παρατόπων. — κορινθωτῆ. 5. πόλεις. 6. κριθωτῆ ex corr. sec. m., pr. m. praebuit supra ι accentum gravem, ut videtur, supra η circumflexum, nunc erasos. 7. χερρονήσων pr. m., sed iam pr. m. corr. 11. πολλοῦ. 13. δὲ ὑπέρκεινται. — εὐηνός. 15. εὐηνὸν. — χάλκειαν. 16. πλευρῶν. — οἷς pro ἧς.

363, 1. καλυδῶν. 2. λαθραίου pr. m., sec. m. supra θ add. φ. 4. ἀντήριον. 6. χαλκίας, alterum α post. m. restit. ex duabus litteris, quarum prior fuit ο. 7. τοὺς ὅρους. 8. δ' ὡς. 9. τὴν ταφίασσον.

364, 1. ἱδρῦσαι φασὶ. 3. μολυκρία. 9. εὐρισιχεὸς, non εὐρυσιχέος. — κλυδωνέου δὲ pr. m., sec. m. ante λ supra add. α. 16. ἡ κώμη.

365, 2. δ' ἔτι. — πυλήνη, non πυλίνη. 5. προσένειμαν, ει (pro una littera) in rasura sec. m. 7. ἐκπεπόνηται, non ἐκπεπόνηκε. 10 et 28. ἀκαρνανῶν. 26. ἅλμα, in marg. ad hanc vocem duplex punct. pr. m. appos. 27. πρώτω om. pr. m. 28. ad τάφιοι dupl. punct. pr. m. in marg. appos. 29. διότι pr. m., sec. m. δι expunct.

366, 1. οὐδόλως. 3. ἐποικίσαι. 4. μεθικαρίου. 8. ὃς pro ὥς. — ἐεδνώσαιτο, ν in rasura post. m. 12. γὰρ utroque loco exstat. 15. ἐκπεσόντος. 17. πέρ pr. m. parvo spatio vacuo relicto, sec. m. mut. in περαίαν. — πόλιν. 19. οὐ pro τοῦ. 23. ἀκαρνάνας.

367, 3. ἔχον οἶδ' ἀντίπερα (non ἀντιπέρα). 4. ἀκτὴ, κ in rasura post. m. 13. τῶν ante τοῖς add. sec. m. 16. διομή (δ supra). 23. ἀκαρνάνας. 24. τούτους.

368, 2. ἐν τῶ λικῶ pr. m., sec. m. ante τῶ supra add. αἰ. 6. ὀνομάσθαι. 8. τὰ παρὰ om. pr. m. 12. ἥκοντα, pars posterior litterae α in rasura pr. m., eadem pr. m. in marg. duplex

punctum appós. 13. *δυναστείας, ς* iam pr. m. restit. ex *ν*, ut videtur. — *ἀκαρνανῶν*. 18. *τοὺς δ' οἰκουρῆτας*. 22. *πορθαονίδαι* pr. m., sec. m. prius *ο* mut. in *α*. 27. *ἐπὶ*. — *οἰκοῦντες, ες* in rasura post. m.

369, 1. *οἰκουρῆτες*. 18. *αὐτ* pr. m. spatio vacuo relicto. — *κουρήτας*. 19. *σὺν κατελθόντας*. 21. *αἵμονος*. 22. *περαιωθέντ* pr. m. spat. vac. rel.

370, 1. *δίναις, αις* in rasura post. m. pro duabus litteris. 2. *γειτον* (sine acc.), *ε* post. m. restit. ex *ο*, ut vid. 3. *αἰτωλοὶ* pr. m., post. m. mut. in *αἰτωλὸν*. 4. *αἰτωλὸν* pr. m., post. m. mut. in *αἰτωλοὶ*. 8. *αἵμονος*. 20. *κουρήτας*. 23. *ἔμελεν*. 25. *ἥλιδος*.

371, 6. *δή*, non *δέ*. 11. *αὐτοῖς, οι* in rasura post. m. pro una littera. 16. *ἐπίσ* pr. m. spatio vacuo relicto. — *πορθησ* pr. m. spatio vacuo relicto. 19. *κατορθωκὼς*. — *διότι* pr. m. 20. *ἢ τί τῶν*. 23. *ἐσπουδασμένως*, non *ἐσπουδασμένος*. 25. *συγγενιῶν*.

372, 2. *ὁ τάλας ὁ δογματικὰς* pr. m., sec. m. mut. in *ὁ τὰς τῶν ἄλλων δογματικὰς*. 5. *ἀρτεμιδώρω, εμ* in rasura sec. m. 6. *συγγνώμη* pr. m, sec. m. add. *ν ἔχειν*. 11 et 17. *κουρητῶν*. 12. *ἀκαρνανῶν*. 18. *ἀφεῖλαντο* pr. m., nunc *α* rasura mut. in *ο*. 19. *κουρήτας*.

373, 1. *πόλεμοι*. 3 et 8. *κουρήτας*. 6. *ἀκαρνάνας*. 10. *ὡς σοφιεῖς*, non *σωφιεῖς*. — *εὑρυτάνας*. 13. *παρθαονίδες*. — *ὅιπερ, ὁ* in rasura sec. m., ut videtur. 16. *κουρητῶν*. 17. *ἐκπεσόντος*. — *τοῖς, ι* in rasura pr. m., ut videtur. — *θεστιάδες* pr. m., sed iam pr. m. mut. in *θεστιάδαις*.

374, 5. *κουρητῶν*. — *ὁμοίως ὡς περὶ τῶν*. 7. *ἐκείνω*. 8. *συληνῶν*. 9. *προπόλους* pr. m., sed iam pr. m., ut vid., post *προ* supra additum erat *ς*, nunc erasum. — *κουρήτας* pr. m., sed iam pr. m., ut vid., accut. mut. in circumfl. 10. *ἐμπεπλεγμε*, ligatura inexplicabili supra *με* addita. 15. *τοῖς* pro *τῶν*. 18. *διαστελλομένων* pr. m., sec. m. supra *μένων* add. *ντων*.

375, 5. *σαμοθρακῶν*. 6. *προπόλους* pr. m., sec. m. *ς* post *προ* supra add. 7. *πᾶς* om. pr. m. 10. *κουρητῶν*. 14. *τινες* pr. m., sed, fortasse iam pr. m., mut. in *τινος*. 17. *ἐλκεχίτωνας*. 22. *τοῖς κουρῆσιν* pr. m.

376, 1. *κώμην* pr. m., nunc ras. *ω* mut. in *ο*. 2. *κουρητῶν*.

7. *κούρητας* om. pr. m., sec. m. add. *κουρῆτας*. — *παρ' ἀχαιῶν* pro *παναχαιῶν*. 8. *ὅσ' ἀχιλλῆι*. 11. *κουρῆτες*. 12. *κουρητῶν*. 13. *καὶ ὑπ ρίχη* pr. m., una littera (ut videtur ε) post π erasa, sec. m. mut. in *καὶ ἡ πυρρίχη*. 16. *τοσαῦτα*, non *τοιαῦτα*.

377, 7. *ὅτι* pro *ὅ τε*. 11. *μέλ ος* una litt. (ut vid. λ) post λ erasa. 23. *πυθαγόριοι*. 26. *μουσιγέτης*.

378, 5. *χωρικὸν* pr. m., nunc ras. ω mut. in ο. 10. *προεστᾶσιν*, α sec. m. restit. ex ω, ut vid. — *όι δὲ* pr. m., nunc ι eras. 11. *πρόπολοι* pr. m., sec. m. post *πρό* supra add. ς. 14. *σιληνοί*. 15. *ὠμαλλόνες*, non *ὁμαλλόνες*. 18. *ἰδίως* om. pr. m. — *προπόλων* pr. m., sec. m. ς supra add.

379, 9. *ἐκπλήζειν*. 20. *καὶ αἰέστι*. 21. *περισσινουντίδα*, non *περισσινοῦντα*.

380, 1. *κυβέλυν*. — *προπόλους* pr m., sec. m. supra add. ς. 3. *ἀνάλογον*. 7. *εἶρπε*. — *σχοιντονίας' ἀοιδαί*. 9 et 15. *διόνυσσον*. 12. *ματερ* (sine accentu). — *πάρα μεγάλαι ῥοίμβοι* pr. m., sec. m. supra αι add. οι. 13. *ἐνδεκαχλάδων*. — *κρόταλ'*, τ in ras. post. m. — *αἰθόμενά τε*. 14. *δᾶϊς* pr. m., nunc punctis supra ι erasis. — *ξανθῆσι*, non *ξάνθησι*. — *πεύκαις*, αις in rasura post. m. pro duabus litteris, quarum posterior fuit ς.

381, 2. *ποιεῖν* pr. m., nunc ν eras. 3. *διά τε ὅμηρον* pr. m., sec. m. supra *διά τε* add. *κατὰ τὸν*. 4. *ἄλλω ἀπουσαι* pr. m, sec. m. mut. in *ἀλλ' ὦ ἅπτουσαι*. 6. *πόλιν*, ιν in ras. sec. m., pr. m. ipsa quoque videtur praebuisse *πόλιν*, sed terminatione ιν ligatura expressa. 7. *εὐδαίμων* pr. m., sec. m. mut. in *εὐδαίμονα*. 8. *βοιωτὰν* pr. m., nunc ο eras. — *ἀγιστεύει* 9. *ἕρπων*, ἑ in rasura sec. m. et ων sec. m. add. pro una litt., ut videtur α; sine dubio pr. m. praebuit *ὅρπα*. — *κυμέλας* pr. m., nunc rasura μ mut. in β. 10. *ἀνὰ θύρσων*. 12. *εἶτε* pr. m., sec. m. mut. in *αἵ τε*. — *θεοὺς* pr. m., sec. m. mut. in *θεοῖς*.

382, 1. *ὁρίων*. 2. *ἁγιλὰς*. 3. *δὲ ἐν*. 4. *θαλάμευκα*. — *χουρητῶν τε*. — *κρῆτας* pr. m., sec. m. ε add. supra α. 5. *διογυνέτορας* pr. m., sec. m. ε add. supra α. — *ἔνθ' αὐλὸς* pr. m., sec. m. mut. in *ἔνθ' αὐλοὶ*. 6. *τρικόριθες*. — *ἀνθ' οἷς* pr. m., sec. m. mut. in *ἀνθοῦσι*. 10. *κέρας ἀνὰ δύο βοᾶν*. 12. *βακ-*

χαν. 16. προσῆψαν, non συνῆψαν. 18. παλαμήδι. 19. οὐ σὰν pr. m., sec. m. corr. — διονύσου pr. m., sec. m. corr. — κομᾶνος, ἀν ἴδεν pr. m., accentu gravi supra ἀν eraso et inferiore parte litterae ε in ras. scripta; sec. m. κομᾶνος mut. in κομῶν ὃς et α add. supra ε.

383, 3. σιλινὸν pr. m., sec. m. alterum ι mut. in η. — ὅλυμπον. 6. συγκεχυμένων. 8. ἀνταδρίαν. 13. σοῦ pro σὺ. — τὴν, ἡ in ras. sec. m., quae etiam ν restituit ex genuino υ, sine dubio pr. m. praebuit τοῦ.

384, 2. προπίλους pr. m., sec. m. mut. in προσπόλους. 4. πάνας. 6. δινδυμίνην. 8. παραδιδόμενος ex corr. sec. m., ex primae manus scriptura exstat etiam παραδὸν, sed post ν una littera (ut videtur τ) erasa et deinde spatium unius litterae vacuum relictum est. — pro τοῦ pr. m. praebuit τοὺς, sec. m. mut. in τοῖς. 10. μὲν δίδια pr. m., nunc rasura mut. in βενδίδια. 12. καὶ — ἡδωνοῖς om. pr. m., sec. m. in margine nihil addidit nisi εἰπὼν — ἡδωνοῖς. 14. ὅρια. — ἔχοντες pr. m., sec. m. mut. in ἔχοντας.

385, 2. βόμβυκας, non βομβήκας. 5. ὀτόβει. 7. ἀλλάξη pr. m., sec. m. mut. in ἀλαλάζει. 8. ὑπομηκῶνταί ποθεν. 9. φομέριοι pr. m., nunc rasura mut. in φοβέριοι. — μίμοι. 10. τυμπάνου. — εἰκὼν pr. m., sec. m. in marg. γρ. ἠχὼ. — ὑπογέου pr. m., sec. m. mut. in ὑπογείου. 13. ἄποικοι, οι (in rasura) et accut. post. m., pr. m. praebuit accutum supra prius οι et pro terminatione οι η, ut vid. 14. μετενέχθαι pr. m., sec. m. mut. in μετενηνέχθαι.

386, 1. συνάγοντες, non συνάπτοντες. 8. καθιερώσαντες μούσαις pr. m., post. m. mut. in καθιέρωσαν ταῖς μούσαις. 10. θράκες. 14. ἀσιάτιν. 16. νάμβλας pr. m., post. m. mut. in νάβλα.

387, 1. εὐοῖσαβοῖ ex corr. sec. m., ex primae manus scriptura exstat vel perlucet etiam εὐασάμ , post μ una littera erasa est, ubi sec. m. add. οῖ. — καὶ τῆς ἄττησ ὕης · ταῦτα, τῆς sec. m. expunct., praeterea litterae ησ ὕ (in ras.) et accut. supra ἀ sec. m., pro ὕ pr. m. vid. praebuisse ύ. 2. σαβιάζια pr. m., sec. m. mut. in σαβάζια. 3. εὗροι post ταῦτα add. sec. m. 4. προπόλων. 6. ἑκατέου ex corr. sec. m., ex scriptura primae manus exstat etiam ἑκατ' ω duabus litteris inter τ et ω era-

sia. — pro τῆς nunc legitur τῇ pr. m. scriptum, sed una littera post ῇ erasa, sec. m. supra rasuram add. ς. — θυγατρ` pr. m., sed accuto, ut videtur, supra α eraso; in spatio unius litterae post ρ vacuo relicto sec. m. add. ι et supra hoc ος. 11. οἶδ'. 13. ὅπλαιχαλκὰ, altera parte prioris α post. m. scripta et eadem post. m. ι interpos.

388, 1. πιτάνων. 2. προπόλους pr. m., sec. m. ς supra add. 2. κορυβαντας (sine acc.), β in ras. sec. m. 3. κόλπων. — φασὶν, α in rasura sec. m. 4. τροφεῖς, ει in rasura sec. m. pro una littera, ut videtur η. 9. τοῖς ῥοδίοις, οι et ιοι in ras. sec. m. pro una et duabus litteris. — πρόφασ pr. m. in fine versus, sec. m. add. ιν. 12. αλλιόπης (sine spir.). 20. προπόλους pr. m., post προ supra lineam rasura cernitur.

389, 3. μὴ δ' ἐπιχωριάζειν. — ὑπεναντιουμένους. 9. ἱερὰ πύτνα. 10. ἀδραμυττήνης. 13. καβείρης, sec. m. η ex diphthongo, cuius littera posterior videtur fuisse ι, restit. et ς in ras. add. 14. κάμιλλον, non κάμιλον. 16. καβείρου pr. m., post. m. ης supra ου add. 19. ἰμβρίω.

390, 3. ἀμαξιτία. 4. κορύβυσσα, alterum υ in rasura post. m., quae etiam prius σ restituit ex genuino υ; pr. m. videtur praebuisse κορύβουσα. 5. εὑρήεντα. 8. ἀγιστίας. 12. βητάρμονες, ες in ras. sec. m. pro α, ut vid. — ὅσοι. 16. ἴ δην, una littera ante δ erasa.

391, 1. συνάπτοντες. 23. εὐπορώτερον ἀντιδοῦναι. τὸ ἐξ αὐτῶν εἰκάζειν τἀληθὲς.

392, 6. θηρατικὸν pr. m., sec. m. supra α add. ευ. 12. ἐπειδὲ, tertium ε in ras. sec. m. — νήσων τῶν τε ἄλλων pr. m., sec. m. transpositionis signa supra addidit. 13. διῆλθον pr. m., sec. m. mut. in διήλθομεν. — τῶ deest. 14. αὐτῆς pro αὐτῇ.

393, 2. δ' ἀπὸ. 4. τὸ αἰγαῖον πέλαγος pr. m. in textu, in marg. eadem pr. m. add. γρ. αἰγύπτιον. 7. δὲ ἐῶον. 11. ὑπὸ pr. m., sec. m. in marg. γρ. οὐ κατὰ, οὔπω omnino non exstat.

394, 5. εἰς τὸ νότιον, non εἰς νότιον. — ἰσθμὸν, sed ὸν sec. m. supra lineam in ras. pro ligatura, ut vid., add. 6. σταδίων pr. m., sec. m. ους supra ων add. — λυκτιώνων. 7. ολιβυκ` πέλαγος, τ` supra ο in rasura sec. m., pr. m., ut videtur, υ in ras. script. et κ ex ν restit. 8. ἀκρωτήριον, κ in rasura

sec. m. 9. *νᾶον* pro *νεῦον*. 12. *ὕψος ἐπὶ τὰ στενά, ὅσον τριακοσίων σταδίων κ. τ. λ.* pr. m. 13. *ῥάχιν*, *ι* sec. m. restit. ex *υ*, ut videtur; *ἀρχὴν* omnino non exstat. 14. *εὐρυχωρέστατον*.

395, 7. *τούτων τινὲς εἰς*.

396, 3. *ἐν δὲ τεοκρῆτες*, *ο* in rasura, sed iam pr. m., ut videtur. — *κυδῶνες*. 4. *δωριεῖς*. 6. *κυδῶνας*. 6 et 9. *ἐτεοκρῆτας*. 7. *πρᾶσον*, non *πράσον*. 9. *κυδόνας*. 11. *νῦν δ' ἐστιν αἰώτιδος* pr. m., sec. m. mut. in *νῦν δὲ τῆς ἱστιαιώτιδος*. 12 *παρνασὸν*. 18. *εἶναι τοὺς φιλοσόφους εὐαμισολόφος* (non *ἐφαμισολόφος*).

397, 1, 8, 11, 13. *κνῶσος*. 5. *νόμων*. 10. *λύκτου*. — *λύκτον*.

398, 1. *δ' ὁ κνῶσος*. 4. *μέρει*, *ει* in ras. sec. m. pro una litt. 5. *κνῶσον*. 6. *αὐτῇ*. 10. *τῶν* om. pr. m.

399, 3. *τοῦ Διὸς προστάγματα*. 6. *ὁ ἀριστὴς*. 14. *μίνω*, non *μίνωα*. — *ἐπιχωρίων*.

400, 3. *τούτοις*. — *ὕστεροι κίλικες*. 5. *κνωσὸς*. 13. *ἑλλάδι*, sed *ι* rasura restit. ex *η*, ut videtur. 17. *δὴ* pro *δὲ*. — *κνωσίοις*. 19. *ἤρετο*. 20. *δολοφωνηθέντα*. 22. *κατέμεινεν ἐν τῇ κνώσσω*. 23. *στερρότης* pr. m.

401, 1. *λεγέταν*. 4. *ἕνδεκα*. 6. *δὲ ὁ*. 7. *ἤρητο* pr. m. 8. *τὰς* om. pr. m. 9. *μετετράπετο*. 12. *λαγέτα*, non *λαγέτου*. 17. *κνωσσίους*, *κ* in rasura sec. m. 22. *τὰ* non deest.

402, 6. *λέβηνος*, *ος* in rasura post. m. pro una littera, ut videtur *α*. 7. *τὸ ἐμπορεῖον*, non *τοῦ ἐμπορείου*. — *δ' ἔτι*. 11. *εὔξὺν θεὸς* pr. m., nunc accentus erasi sunt. ad lin. 12 duplex punctum pr. m. in marg. positum est.

403, 1. *αὐτῆς*. 2. *δ' ὅτι*. 3. *πρᾶσος*, non *πράσος*. 5. *ὀρεοσχεδὸν*. — *ἰδέτοις* pr. m., sec. m. mut. in *ἰδαίου*. 8. *πράσος*. — *σταδίοις*, non *σταδίους*. 9. *ἱερὰ πύτνιοι* pr. m., sed grav. nunc eras.

404, 2. *αὔτη*. 3. *δίκτυνα*. 6. *τύρος*. 13. *δικτύνης* 19. *φαῖστος*. 21. *μαρτάλου* pr. m.. nunc *ρ* eras. — *μ͂*.

405, 1. *σὺν* om. pr. m. 2. *φαίστω*. 3. *φαῖστόν τε ῥύτον τε*. 4. *φαίστου*. — *τὸν* non deest. 5. *φασὶν*, *α* sec. m. in rasura. 6. *λύττου* pr. m., sec. m. *κ* supra prius *τ* add. 9. *λύττιοι* pr. m., sec. m. *κ* supra prius *τ* add. 12 et 15. *ἐνενηκοντάπολιν*.

406, 1. *φασὶ*, *α* in rasura sec. m. 6. *καὶ* ante *ὁ ἑξῆς* sec.

demum m. add. 8. ἦφαν ἰσθαι, una littera post ν una cum accentu erasa (ἒ, ut opinor) et accuto sec. m. addito. 11. οὔτέ τιν'. 12. ὥστε ante καὶ add. sec. m. — ἐμέμνητο pr. m., sec. m. mut. in ἐμέμνητ' ἂν. 14. μὴ δ' ὕστερον.

407, 9. αἰρομένης. 15. ἀπόροις. 19. καὶ pro ταῖς.

408, 1. παιδιὰν, αι in ras. sec. m. pro una litt. 10. κνωσίων. 11. λυττίοις pr. m., sec. m. κ supra prius τ add. 17. ζηλωτὰσ, α in rasura sec. m. (pro η, ut vid.) et σ eadem sec. m. restit. ex genuino ν.

409, 1. θάλασσαν. 6. τὰ τοιαῦτα. — ἔχειν τοὺς ἀποικίδων. 10. π̃ροκλῆς, i. e. πατροκλῆς, sed linea 12 legitur προκλέους. 22. ἑτοιμότητα, non ἑτοιμότητα.

410, 2. ἑτέρους. 4. ὁμοίως πρότερον pr. m., sec. m. mut. in ὡς πρ. 6. φοίνες pr. m., sec. m. mut. in θοίναις. 7. πρεπαιᾶνα. 10. ἐγκατέλιπε. 11. ἐβασίλευσεν pr. m., sec. m. alterum σ expunct. 14. διότι pr. m., δι sec. m. expunct. 15. ἐπιβουλῆ.

411, 4. χαρίλοβον. 9. τοιαῦτ' εἴρηκε. 10. ἅπαντα pr. m., sec. m. mut. in ἅμα. 14. ὡς pro ὥσι. 15. δὲ om. pr. m. 17. ἀνδρία.

412, 1. συσσύτια, σσυτ in rasura sec. m. 5. ἑκάστη δ' ἐκ τῆς. 6. τοῦ συναγαγον (τ supra). 10. καὶ deest. 13. δὲ post προλέγει add. sec. m. 17. ἐξομολογουμένους, pars inferior alterius υ in ras., sed fort. iam pr. m. 21. ἄξιος. 23. ἀνδρίον.

413, 4. τὸν deest. 9. τοῦ pro τοῦτ'. — ἵν' εἴ τις, ἵ in ras. sec. m., supra spiritus lenis videtur erasus esse. — προσήνεκται pr. m., sed γ ante κ iam pr. m. supra add. 14. χρόνοις pr. m., sec. m. θ supra χ add. 19. ἐ ρώμενον, una littera post ἐ (fortasse ρ) erasa.

414, 11 et 13. τότε. 12. ἀνάφηνται. 14. ἡμετέροις. 18. τούτων δ' ἴσον ἑκάστη ἀπέχει, sed ου, ων, ἴσον (pro tribus litteris), η (pro duabus litteris) in rasura sec. m., quae etiam accutum addidit supra α, eo, qui supra ἑ exstabat, eraso. 19. καὶ κηδεῦσθαί τινες pr. m., sec. m. κε ante κη supra add.

415, 6. σκιλλαίου. 11. τῶν pro ὧν. 14. ληζῶον. 15. ὄρος ψηλὸν.

416, 1. τὸ πάροιθεν οὐ φορητὰ. — κυμάτεσι, non κύμασι τε. 3. ὠδίνευσι pr. m., nunc υ eras. — θύοις pr. m., sec. m. mut. in θείαις. 5. πρυμνῶν pr. m., sec. m. ε supra υ add. 6. ἀνδ' ἐπὶ κρανοῖς pr. m., sec. m. κρανοῖς mut. in κραναῆ.

— σχέθον, non σχεδὸν. — πέτραν pr. m., nunc ν eras. 7. τέκοις. 9. διμοσίαι pro δημοσίᾳ.

417, 2. μάκρα pr. m., sec. m. η supra alterum α add. 5. σέρριφον. 6. κήμωλον. 7. νάζον. 9. ἀλίαρον. 11. ἀπαίροντες δ' om. pr. m. 12. καίσαρ. 14. πειθομένους. 18. λητοὶ. — συ μενη με (sine acc.) pr. m., sec. m. mut. in σὺ μένεις μὲν. 19. δειλην (sine acc.). — γυάρω pr. m., sec. m. supra ω add. ον. — παρελεύσεται pr. m., sec. m. τ expunct. 20. ἔνδον pro ἔνδοξον.

418, 6. καὶ ἀποστήσαι τύραννος, hoc non correctum est. 11. ῥήνεια, sed ει sec. m. add. in spatio vacuo relicto. 19. ὅτι. 24. καλῶν. — τοκήων, ή in ras. sec. m. pro ι, ut vid.; supra το rasura cernitur. 27. κωνεάζεσθαι, non κονεάζεσθαι.

419, 1. ἐξ αὐτῶν ἀποθανεῖν· ὁρισθέντας (sic!) ἐξ αὐτῶν ἀποθανεῖν· ὁρισθέντος πλήθους κ. τ. λ. 2. δὲ ἐπαύσασθαι, prius ε in rasura pr. m. — δὲ ἐν. 3. ε̄ καὶ εἴκοσι. 6. τῇ post πρὸς add. sec. m. — ποιήεσι. 9. ἕλιξος. 17. σύρος. 19. νεώτερος ante ἐκείνου denuo add. pr. m.

420, 1. κεκλήσκεται. 9. δίκτην pr. m., sec. m. corr. 10. δυκτύοις. 11. καταπεποντωμένη. 12. τῆς deest. — δανάης, ης in ras. pro tribus litteris, sed pr. m., ut videtur. 13. φασὶ, α in rasura post. m. 18. γοργόνης.

421, 2. ἑστιατόρια, non ἑστιατώρια. 7. φοκυλίδου. 8. ἀλλὰ ante πάντες post. m. add. — προκλέης pr. m., sec. m. mut. in πατροκλέης. — δὲ ante λέριος add. pr. m. 14. ἐν τῷ pro ἐν ᾧ. — σάμος κακῶς ἐστι. 15. κορασίαι. 16. λέριος pr. m., nunc ι eras.

422, 1. σαμίνων pr. m., nunc prius ν erasum. 2. ἰκαρίω. 10. εὐρυπύλιοι. — πάλιν pr. m., nunc rasura mut. in πόλιν. 15. ἐπείγετό πως. — τῇ om. pr. m. 16. περοδία. — προσπεριοδεύσομεν, non προσπεριοδεύσωμεν.

423, 2. χαλκεῖα, non χαλκεία. 12. τὴν ἴσυρον. 17. τὴν κῶ φασὶν pr. m., nunc τὴν ras. mut. in τῇ. 18. ὁ ὅμηρος, non ὅμηρος. 19. τετράπολιν pr. m., sed iam pr. m. corr. 20. τῷ deest. 26. σαμωνίου pr. m., sec. m. λ ante μ supra add.

424, 4. καλύμναν, sed lin. 7 κάλυμναν. 9. φασὶ pr. m., sed iam pr. m., ut vid., mut. in φησὶν.

Corrigenda.

pag.	287	lin.	16	leg.	282 sq. pro 8 sq.
„	295	„	6	„	290 pro 16.
„	348	„	1	„	ἡμερῶν.
„	351	„	1	„	πολέμου.
„	353	„	5	„	ἐπεὶ δ' ἂν.
„	353	„	13	„	γεωργοῦσι γάρ.
„	361	„	1	„	εὐθύπλοια pro εὐθυπλοια.
„	374	„	36	„	δ' pro δ'.
„	380	„	9	„	ϛ pro ς̄.

Halis Formis descripsit Ehrhardt Karras.

DISSERTATIONES

PHILOLOGICAE HALENSES.

VOL. VIII.

HALIS SAXONUM.

MAX NIEMEYER.

MDCCCLXXXVII.

DISSERTATIONES

PHILOLOGICAE HALENSES.

VOL. VIII.

HALIS SAXONUM.

MAX NIEMEYER.

MDCCCLXXXVII.

INDEX DISSERTATIONUM.

P. ROELLIG:

QUAE RATIO INTER PHOTII ET SUIDAE LEXICA INTERCEDAT.

Argumentum.

I. Quae adhuc viri docti de ratione, qua Suidas cum Photio coniunctus sit, iudicaverunt, exponuntur et examinantur.

II. Suidam non e Photio pendere demonstratur.

A. Argumenta ex eis glossis petita, quae exstant apud Photium, desunt apud Suidam.

1) E Photii glossis tertia (post litteram *P* quarta aut quinta) fere pars apud Suidam deest.

2) Eae Photii glossae, quae desunt apud Suidam, ad certos fontes referendae sunt.

a. Cum quinto lexico Segueriano permultae Photii, perpaucae Suidae glossae conspirant.

b. Aelii Dionysii et Pausaniae glossae paene omnes apud Photium leguntur, cum perpaucae ex eis apud Suidam inveniantur.

c. In ipso Photii lexico nonnullis locis apparent duo glossarum ordines, quorum alter apud Suidam exstat, alter ab eo abest.

d. Eae glossae, quae in altera serie lexici Bekkeriani sexti exstant, leguntur maxima ex parte apud Photium, non leguntur apud Suidam.

B. Argumenta ex eis glossis sumpta, quae Photio et Suidae communes sunt.

3) In multis locis e lectionum discrepantiis clarissime apparet, Suidam non e Photio pendere.

4) Multis locis complures glossae, quibus idem lemma praefixum est, et apud Photium et apud

Suidam exstant, sed apud Suidam alio ordine atque apud Photium scriptae sunt.

5) Suidas cum Photio nullas glossas communes habet, nisi quae etiam apud Harpocrationem aut apud Eudemum aut in lexico Bachmanni inveniuntur.

6) Excursus de eis glossis, quibus apud Suidam testimonia adiecta sunt, quae apud Photium desiderantur.

III. Quinam fontes Photio et Suidae communes fuerint, quaeritur.

A. De glossis Harpocrationeis. Et Photius et Suidas Harpocratione usi sunt atque Suidas meliore Harpocrationis codice quam Photius.

B. De reliquis glossis, quae Photio et Suidae communes sunt.

1) Photius has glossas deprompsit e lexico paulo pleniore quam lexicon Bachmanni et e Timaei lexico Platonico.

Eae glossae, quibus lexicon Bachmanni, antequam a Photio adhiberetur, auctum est, non videntur manavisse ex atticistis Aelio Dionysio et Pausania aut e Timaei lexico, sed fortasse fluxerunt e Pamphilo.

2) Suidas has glossas accepit ab Eudemo. Eudemi lexicon non excerptum est e Suida, sed ita videtur ortum esse, ut illi Photii fonti paulo pleniori quam lexicon Bachmanni et Timaei glossae et aliae glossae aliunde sumptae adiungerentur. Suidas meliorem Eudemi codicem adhibuit codice Parisino.

Quamquam semper viri docti, qui in antiquis litteris studia collocaverunt, ut omnino magna plerumque industria usi sunt, ita etiam studium veterum grammaticorum Graecorum diligenter coluerunt, tamen in hac litterarum parte minime omnia explorata et pertractata sunt, sed adhuc valet Naberi illud „Multum abest, ut historia grammaticae Graecae iam nunc scribi possit“.[1])

Quantum vero ad historiam grammaticae Graecae melius perspiciendam intersit lexicorum Graecorum, quae ad nostram aetatem pervenerunt, fontes indagari, iam diu viri docti, qui in his studiis versati sunt, cognoverunt. Constat enim in illis lexicis, quorum auctores nihil fere quod proferunt ex ipsorum ingenio habent, mixtam esse posteriorum grammaticorum doctrinam cum doctis veterum et eruditorum hominum observationibus. Quare, ut bonae doctaeque glossae a vanis inanibusque segregentur, investigandum est, quinam singularum glossarum auctores fuerint. Cum autem in perpaucis glossis nomen auctoris additum sit, res sic videtur aggredienda esse, ut primum quaeramus, quibus ex libris lexicographi illi hauserint, deinde qui eorum librorum, quibus illi usi sunt, fontes fuerint, atque ita quaestione propagata studeamus gradatim ad veteres Alexandrinos grammaticos pervenire.

Ad quem laborem conficiendum spero me pauca allaturum esse, cum, quae ratio intercedat inter Photii et Suidae lexica, investigare conor. Hanc enim quaestionem nondum esse diiudicatam aut ad finem perductam intelleges, si, quid viri docti adhuc de ea disseruerint, mecum recognoveris.

---

[1]) Naber, prolegomena ad Photii lexicon, p. 2. Cf. L. Cohn, Untersuchungen über die Quellen der Platoscholien in Fleckeiseni annalibus suppl. 1884 p. 773 sqq.

I.

Quae adhuc viri docti de ratione, qua Suidas cum Photio coniunctus sit, indicaverunt, exponuntur et examinantur.

Atque inspicientes vel obiter Photii et Suidae lexica videmus ea permultas glossas communes habere, quae ad verbum consentiant ac saepe etiam easdem corruptelas praebeant. Qui consensus duplici ratione explicari potest. Nam aut Photius et Suidas ex eisdem fontibus hauserunt, aut Photium Suidas, qui annis circiter 150 post Photium in vivis fuit, in componendo lexico transscripsit. Quare nunc quaestio est, utra ratio vera sit.

Atque primus hanc rem attigit Bernhardy,[1]) qui inter fontes Suidae nominat lexica Harpocrationis, Photii, Timaei, lexicon rhetoricum a Bekkero anecd. I p. 195—318 editum, *συναγωγὴν λέξεων χρησίμων* a Bachmanno anecd. I publici iuris factam. Sed hunc virum doctissimum non satis magnam huic rei operam navasse vel inde licet intellegi, quod omnino non videtur animadvertisse difficillimam oriri quaestionem, utrum Harpocrationis, Timaei, lexici Bachmanniani glossas Suidas ex ipsis illis lexicis an ex Photio hauserit, in quo ipso quoque exstant. Hanc enim quaestionem ne commemorat quidem.

Accuratius hanc rem tractavit M. Schmidt. Qui v. d. putat Suidam Photio non usum esse, sed ex eisdem atque illum fontibus hausisse.[2]) Quod ut arbitraretur videtur adductus esse indice auctorum Suidae lexico praefixo, in quo Photii nulla mentio fit. Ad tuendam autem suam sententiam docet v. d. Suidam cum Photio fere nullas glossas communes habere, quae non in aliis quoque lexicis, in Eudemo (hunc intellegit M. Schmidt auctorem lex. Bachm.), Harpocratione, Timaeo, Hesychio legantur. Propter paucas vero eas glossas, quae Suidae cum solo Photio communes videantur esse, opinionem mutare Schmidt non vult, sed suspicatur eas in Eudemi aut Hesychii (vel Diogeniani) exemplaribus a Suida usurpatis exstitisse, quamvis in nostris eorum lexicorum

[1]) Praef. ad Suidae lexicon cap. II.

[2]) M. Schmidtii censura Suidae Bernhardyani exstat in Fleckeiseni annal. 1855 pp. 694—500 et 775—787.

libris non inveniantur. In qua Schmidtii disputatione hoc mihi non probatur, quod v. d. solo eo indice, qui Suidae lexico praefixus est, nititur. Quae enim praeterea affert, non apta sunt sunt ad probandum, sed ad stabiliendam tantummodo vel defendendam sententiam iam antea probatam. Indici autem illi quamvis fidem habendam esse Schmidt demonstrare conetur, tamen hoc eum demonstravisse nego. Nam de omnibus eis lexicis indice illo nominatis parum certa scimus uno fortasse excepto Eudemo. Sed ne Eudemi quidem lexicon quale esset Schmidt satis perspexit, quoniam illud idem esse censuit atque lex. Bachm. Verum etiamsi ex illis lexicis nonnulla penitus novissemus et a Suida transscripta esse certo sciremus, tamen non liceret toti illi indici fidem habere, cum non constet, ex cuius ingenio profectus sit. Quare Schmidt sententiam suam non satis mihi videtur probavisse.

Deinde Cobet[1]) de Photii lexico egit et qua ratione cum Suida coniunctum sit quaerere studuit neglegens, ut solet, aliorum vv. dd. de eadem re iudicia. Censet autem Cobet Photii lexicon totum a Suida esse receptum et tantam esse inter utrumque affinitatem tamque nihil discriminis aut varietatis intercedere, ut Suidam ipso codice Galeano usum esse putare possimus. Nititur igitur Cobet ea potissimum re, quod omnes Photii glossae totae atque integrae apud Suidam redeant. Sed hoc Cobetum audacius dixisse, multaque e Photii lexico apud Suidam desiderari infra videbimus.

Post Cobetum Naber hanc rem aggressus et illustrissimi magistri opinionem secutus est in doctis prolegomenis ad Photii lexicon.[2]) Sed Naber paulo cautius iudicavit quam Cobet. Vidit enim non omnes Photii glossas apud Suidam exstare. Eas autem, quae desunt, partim casu arbitratur omissas esse, partim propterea quod corrupte in Suidae codice Photiano scriptae fuissent. Ceterum vero Photii lexicon a Suida exhaustum esse confidentissime affirmat, apud utrumque enim easdem apparere corruptelas et lacunas neque quidquam e Photii lexico apud Suidam deesse, quod sit operae pretium dicere. Atque firmissimo

---

[1]) Mnemos. IX (1860) pp. 399 sqq., 411 sqq.

[2]) ante Photii editionem (Leidae 1864) pp. 164 sqq. et 150 sqq.

argumento ei est glossa Ἐξωκέλης, quae apud Suidam exstat. Quod monstrum linguae Graecae ortum esse censet ex corruptela, qua Photii glossa s. v. Κέλευθος depravata est. Ibi enim verbum ἐξώκειλεν a librario in duas partes divisum et inter eas partes sequens glossa Κέλης· τὸ ληστρικὸν πλοῖον ἢ ἄστρωτος ἵππος interposita est.

Atque primo quidem aspectu putaverit quispiam hoc argumentum multum valere ad probandam Naberi sententiam. Neque igitur mirum videtur esse, quod Naberi sententia primo tam certa habita est, ut nemo eam in dubium vocare auderet. Cuius rei testis est W. Rindfleisch [1]), qui censet Suidam atticistarum Aelii Dionysii et Pausaniae glossas Photio debere quamvis apud Suidam duae Aelii Dionysii glossae exstent, quae apud Photium desint (Κάλλαια et Κράστις). Neque enim putat auctoritatem tot locorum, in quibus Suidas sine dubio Photium descripserit, parvulis his duabus glossis refelli posse. Neque tamen Naberi illud argumentum ex glossa Ἐξωκέλης petitum, id quod primus Freyer intellexit, plane firmum aut ad persuadendum accomodatum est, cum dubium sit, an iam in Photii fonte illa corruptela in glossa Κέλευθος exstiterit. Ac certe permirum est, quod glossae Κέλευθος et Κέλης a Suida omissae sunt et sola illa corrupta pars glossae Κέλευθος recepta est.[2])

Primus Nabero adversatus est C. Boysen [3]) causis ut mihi quidem videtur gravissimis commotus. Docet enim ex 1600 glossis, quas Photius sub lit. Π exhibeat, 450 non legi apud Suidam, neque igitur iure Naberum dixisse: „video e Photio nihil in Suida deesse, quod sit operae pretium dicere.“ Deinde demonstrat v. d. dilucide Suidam glossas Harpocrationeas non e Photio, sed ex ipsa Harpocrationis epitoma hausisse. Atque eodem modo negandum esse putat, Timaei glossas Suidam Photio debere. Quamobrem suspicatur ne ceteras quidem Suidae glossas, quae ei cum Photio communes essent, ex Photio, sed ex

---

[1]) W. Rindfleisch, de Pausaniae et Aelii Dionysii lexicis rhetoricis, diss. inaug., Regimont. 1866.

[2]) Cf. Th. Freyer, quaestiones de scholiorum Aeschineorum fontibus, diss. inaug. Lipsiae 1882, p. 296.

[3]) C. Boysen, de Harpocrationis lexici fontibus, diss. inaug. Kiliae 1876 p. 33 sqq.

eisdem rivulis quibus Photii lexicon esse derivatas. Quam coniecturam optime confirmat v. d. cum exponit „et eas Photii glossas quae redeant et eas quae desint apud Suidam ad certos scriptores enarrandos pertinere vel ex suis utrasque fontibus fluxisse.“ Nam ex glossis Thucydideis decsse perpaucas, ex eis vero, quae Photio cum quinto lexico Segueriano communes sint, perpaucas exstare apud Suidam. Gravissimo denique argumento Boyseno est ea pars Eudemi Parisini, quam pagg. 93 sqq. publici iuris facit. Collata enim illa cum Photii et Suidae lexicis apparet in illa non solum omnes fere glossas exstare, quae praeter Harpocrationeas Photio et Suidae communes sunt, sed etiam praeterea permultas inesse glossas, quae, cum apud Photium desint, in Suidae lexico eisdem verbis scriptae inveniantur. Quare Boysenus multo veri similius esse putat Suidam Eudemo quam Photio usum esse.

Quae Boyseni sententia etiam mihi probatur. Sed Boysen non satis firma validaque argumenta ad opinionem suam comprobandam protulit. Neque enim satis magnam lexici Photiani partem cum Suida comparavit, neque in comparando omnia observavit, quae observari potuerunt. Quare hominibus doctis nonnullis tantum persuasit, cum plerique ei non assentiantur. Itaque ego hac commentatione Boyseni argumentis nova atque ea firmissima adiungere mihi proposui.

Atque inter eos, qui Boyseno non astipulantur, versatur etiam Stoientin, censor libri Boyseniani.[1]) Qui Boyseni sententiam improbat primum quia Boysen evidentissimum Naberi argumentum e glossa Ἐξωκέλης sumptum non refellerit, deinde quia non satis probaverit, Suidam ipso Timaei lexico usum esse, postremo quia veri sit simile, Eudemi lexicon non fontem fuisse Suidae, sed permultis locis ex Suida esse interpolatum aut omnino ex illo excerptum.

Sed e glossa Ἐξωκέλης non necessario sequi Photium a Suida esse transscriptum supra p. 8 vidimus. De Timaei autem glossis Stoientinum errare apparet, cum Boysen non censeat Suidam ipsum Timaeum in usum vocasse, sed probare studeat, eum Timaei glossas ab Eudemo accepisse.[2]) Denique etiam de

[1]) In Fleckeiseni annalibus 1879 p. 121 sqq.

[2]) Cf. Boysen l. l. p. 37 sq. et 43.

Eudemo a Stoientino dissentio. Hunc enim non e Suida excerptum aut interpolatum esse in tertia commentationis parte docebo.

Verum Stoientin non solum Boysenum impugnat, sed etiam Naberi sententiam novo argumento fulcire conatur, quod ei glossa *Ἐφόλκια* praebet apud Photium et Suidam eodem modo corrupta. Apud utrumque enim in hac glossa leguntur verba *καλοῦνται δὲ καὶ οἱ τῶν πόλεων τὰ ὤνια ἐπισκοπούμενοι,* quae quin non huc, sed ad glossam *Ἔφοροι* in lexico Bachm. secundum glossam *Ἐφόλκια* scriptam referenda sint, dubium esse non potest.

Sed hoc Stoientini argumentum nullum esse luculenter demonstrare possum. Nam, ut Boysen, qui codices Coisl. 345 et 347 lexicon Bachm. continentes totos excussit, liberalissime mecum communicavit, in illis libris glossa *Ἐφόλκια* eodem modo corrupta est atque apud Photium et Suidam, nisi quod in codice 345 verba inde a *καλοῦνται δὲ καὶ* usque ad *ταμίας* in margine ad glossam *Ἔφορος* adnotata sunt. Lexicon Bachmanni autem cur non e Photio excerptum [1]), sed Photio vetustius esse putem, infra exponam. Quare non necesse est putare hoc loco Suidam ex Photio hausisse, sed eodem iure cogitari potest, eum alio fonte usum esse, in quo item ut apud Photium glossae lexici Bachmanniani exstarent.

Iam ante editam Stoientini disputatiunculam Nabero assensus est Schwartz [2]), qui „totum se ex Cobeto et Nabero sapere, hos duces, hos magistros, hos auspices sequi, horum edictis et placitis se obtemperare“ fatetur. Cum autem equidem indignum esse putem homine litterarum studioso ita in verba magistri iurare, neque Schwartz quidquam novi adferat, non habeo, quod eius sententiam hoc loco exponam.

Postea vero Schmidtium et Boysenum secuti sunt vv. dd. Schwabe et Freyer, Naberum autem Wangrin, Iahn, Zarncke. Quorum illi quid protulerint, primum videamus.

Atque E. Schwabe [3]) eo loco, quo de glossis Thucydideis apud Suidam verba facit, dicit veri simile esse, Suidam saepius

---

[1]) Cf. Naber, proll. ad Photii lex. p. 127 sq.

[2]) Aelii Dionysii Halicarnassensis reliquiae 1877.

[3]) E. Schwabe, de scholiorum Thucydideorum fontibus. Leipz. Studien zur klass. Philol. 1881 cap. IV.

Photium non ipsum exscripsisse, sed illius auctores maioris antiquitatis et amplioris eruditionis, quoniam saepius plura et doctiora praebeat quam Photius. Uberius Schwabe sententiam suam non exponit, sed leviter tantum hanc materiem tangit.

Multo diligentius Th. Freyer in hanc rem inquisivit[1]), quamquam Ed. Zarncke[2]) demonstrat, eum in nonnullis glossis tractandis errasse. Recte enim censet Freyer ex corruptelis Photio et Suidae communibus, quibus maxime Naberi sententia nitatur, minime sequi Suidam Photii lexicon in usum vocasse, sed illum consensum etiam inde oriri potuisse, quod Photius et Suidas ex eisdem fontibus hausissent.

Praeterea animadversione dignissimum est, quod Freyer demonstrat Suidam multis locis magis cum Aelio Dionysio vel Pausania atticistis apud Eustathium laudatis aut cum scholiastis Aeschinis aut Platonis congruere quam cum Photio. Quorum locorum quamquam nonnullos impugnat Zarncke, tamen alios intactos relinquit (*Ἐς κόρακας* pars prior, *Ἔφυγον κακόν, Οἰκόσιτος, Ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι, Ὑπὸ μάλης*) et concedit has Suidam ex Photio transscribere non potuisse, quamquam etiam apud Photium eaedem glossae exstarent.

Veniamus nunc ad defensores sententiae a Nabero et Stoientino prolatae. Quorum primum nomino Aem. Wangrin[3]), cuius sententiam paucis commemorare satis habeo, quia rem obiter tantum tanquam in praetereundo tangit neque quidquam dicit nisi hoc, se de cognatione, quae intercedat inter Photium et Suidam eandem habere opinionem atque Naberum et Stoientinum nec Boyseno Freyeroque assentiri posse.

In eis, qui Naberum secuti sunt, etiam P. Iahn[4]) numerandus est, qui dicit, Naberum satis probasse Suidam Photium ipsum, non Photii fontem exscripsisse. Sed ne Iahn quidem accuratius in hanc rem inquirit.

---

[1]) Th. Freyer, quaestiones de scholiorum Aeschineorum fontibus, diss. inaug. Lipsiae 1882 p. 287 sqq.

[2]) Ed. Zarncke, symbolae ad Iul. Pollucis tractatum de partibus corporis humani, Lipsiae 1885 p. 48 sqq.

[3]) Aem. Wangrin, quaestiones de scholiorum Demosthenicorum fontibus, diss. inaug. Halis 1883 p. 10 sq.

[4]) P. Iahn, quaestiones de scholiis Laurentianis in Sophoclem, diss. inaug. Berolini 1884 p. 7.

Multo magis in hac re versatus est Ed. Zarncke [1]), qui Boysenum et Freyerum refellere et Naberi sententiam novis argumentis sustentare studet. Quamvis enim concedat, Suidam non totum Photii lexicon in suum lexicon transtulisse, certasque Suidae glossas, quamquam apud Photium exstarent, non ex eo haustas esse, tamen nonnullis locis sine dubio Suidam Photii lexicon exscripsisse affirmat et putat, si quis probare vellet, Suidam omnino nihil e Photii lexico deprompsisse, eum coactum esse demonstrare Suidam Photii lexicon omnino non habuisse cognitum. Atque praeter duos illos locos a Nabero et Stoientino allatos v. d. etiam quattuor locis probari putat, Suidam Photio usum esse, quorum locorum tres ex eis petiti sunt, quibus Freyer demonstrare voluerat, Suidam non ex Photio pendere. Quid autem de singulis locis dicat, nunc breviter consideremus.

1. Sub voce *Παναθήναια* Suidas multis verbis cum scholiasta Platonis (Parm. 127 A) conspirat, ubi Photius alia exhibet, et in uno exstremo enuntiato cum Photio contra scholiastam Platonis facit passivum verbi genus pro activo usurpans. Propterea Freyer censet, hoc loco Suidam non e Photio hausisse. Qua in re Freyerum audacius iudicavisse Zarncke iure quidem dicit, nam certe fieri potuit, ut in Suidae exemplari Photiano glossa talis exstaret qualis nunc apud Suidam legitur, et postea demum talis fieret qualis in Photii codice Galeano est. Sed Zarnckii ipsius quoque iudicium audacius esse factum, quo propter extremum illud enuntiatum affirmat, hac glossa luculenter demonstrari Suidam Photio usum esse, inde apparet, quod de communi Photii et Suidae fonte hoc loco non cogitavit. Attamen in Eudemo Parisino glossam *Παναθήναια* [2]) ad verbum cum Suida congruere atque etiam in extremo enuntiato genus passivum usurpatum esse videmus. Quare cum mihi persuasum sit, Eudemum non excerptum esse e Suida, sed contra Suidae fontem fuisse, elucere puto etiam ab hoc Suidam illam glossam accipere potuisse. Minime igitur hoc loco apparet, Suidam Photio usum esse, sed haec glossa neque Freyero neque Zarnckio certo argumento esse potest.

---

[1]) Ed. Zarncke, symbolae ad Jul. Pollucis tractatum de partibus corporis humani, p. 48 sqq.

[2]) Cf. Boysen l. l. p. 102.

2. Apud Suidam s. v. Ἐτεοβουτάδαι haec leguntur: *γένος Ἀθηναίοις πολὺ καὶ* (*καὶ* omiserunt codd. A et V) *λαμπρὸν ἀπὸ Βούτου, ἀφ' οὗ οἱ ἱερεῖς καθίσταντο Ἀθήνησιν.*

Scholiasta Aeschinis vero ad vocem Ἐτεοβουτάδαι (fals. leg. § 155) haec praebet: *καὶ ἐκ τοῦ γένους τούτων ἱέρεια γίνεται τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Πολιάδος.*

Photius autem s. v. Ἐτεοβουτ΄δαι duas exhibet glossas, quarum una cum scholiasta Aeschinis, altera cum Suida congruit. Hanc Freyer videtur non animadvertisse, quamobrem censet hoc loco Suidam non transscripsisse Photium. Sed cum Zarncke optimo iure Freyerum reprehendat, quod alteram Photii glossam neglexerit, ipse audacius affirmat hanc glossam Suidam nullo pacto non Photio debere. Nam cum constet, Photium in lexico condendo nihil aliud fecisse nisi glossas ex aliis libris ad verbum descripsisse, certe Suidas eundem quem Photius fontem adire potuit.

3. Postquam Freyer de priore parte glossae Ἐς κόρακας, quae apud Photium, Suidam, Pausaniam atticistam exstat, egit atque demonstravit, hanc glossae partem Suidam non e Photio deprompsisse — qua in re Zarncke ei astipulatur — sic pergit: „huc accedit, quod post ea quae supra adscripsi verba ad litteram conspirant Photius, Suidas, Eustathius.“ Hoc non verum esse, sed in eis quae sequuntur Photium una cum Suida saepius ab Eustathii verbis recedere Zarncke docuit, unde apparere putat in altera huius glossae parte Suidam ex Photio pendere. Itaque ne hac quidem in glossa Zarncke de communi fonte cogitavit.

Atqui, ut Boyseni liberalitate, qui apographa Eudemi codicum Parisini et Vindobonensis possidet, compertum habeo, haec glossa etiam in Eudemo Parisino legitur[1]) et omissis paucis parvisque scripturae discrepantiis plane cum Photio conspirat. Quare minime necesse est, Suidam alteram glossae partem Photio debere.

4. Restant ea quae de glossa Ἦ δ' ὅς Zarncke affert, quam veri simile sit Photium e Boethi lexico Platonico mutuatum esse.[2])

[1]) Hanc glossam cum aliis Eudemi glossis, quas Boysenus mecum communicavit, in tertia commentationis parte afferam.

[2]) De locutione Ἦ δ' ὅς diligenter egit A. Ludwich in Mus. Rhen. tom. XLI p. 437—453.

Photii glossa autem αὐτολεξεὶ apud Suidam quoque legitur. Quamobrem etiam hunc locum argumento esse arbitratur, quo probetur Suidam Photio usum esse. Quamquam enim hic de communi fonte cogitavit, tamen negat hanc glossam ab utroque ex atticistis petitam esse, quia constet Photium eam Boetho debere, aut e Boetho, quia nemo adhuc probaverit, Boethum a Suida esse adhibitum.

Attamen ne Boethi quidem glossae ex ipsius ingenio natae sed magna quidem ex parte ex aliis lexicis aut e commentariis haustae sunt. Neque igitur opus est putare, Suidam a Photio hanc glossam accepisse, sed fieri potuit, ut haec glossa ex eodem fonte, quo Boethus utebatur, uno fortasse vel pluribus lexicis interpositis, in Suidae lexicon perveniret.[1])

Itaque de sententia sua Zarncke mihi non persuasit.

Videmus igitur quaestionem, quomodo Suidas cum Photio cohaereat, nondum esse diiudicatam, sed adhuc in discrimine esse pugnam de ea commissam.

Cuius rei testem adhibeo Leopoldum Cohn[2]), qui censet, utrum Suidas pendeat ex Photio necne hoc adhuc in dubio esse relinquendum.[3]) Quod iudicium quamvis ante commentationem Zarnckii editam factum sit, tamen puto, etiamnunc v. d. L. Cohn eandem habere sententiam; vidimus enim, Zarnckii argumenta non esse probabilia aut explorata.

Res igitur in discrimine versatur. Itaque nunc ipsi pro nostris viribus experiamur, quid ad solvendam quaestionem afferre possimus.

Atque cum re accurate examinata mihi persuaserim, Suidam Photio non usum esse, rem sic instituam, ut primum exponam, cur negandum sit Suidam in componendo lexico Photium usurpasse, deinde, quinam fontes Photio et Suidae communes fuerint, quaerere studeam.

---

[1]) Mihi omnino non veri simile est, hanc glossam Boetho esse tribuendam. Quam sententiam infra accuratius exponam.

[2]) L. Cohn, Untersuchungen über die Quellen der Platoscholien in Fleckeiseni annalibus, suppl. 1884 p. 813 adn. 6.

[3]) Neque enim enumeratis eis locis, ubi Suidas veriores lectiones exhibeat quam Photii codex Galeanus, probari arbitratur v. d., Suidam Photii lexicon non adhibuisse.

II.

Suidam non e Photio pendere demonstratur.

Permagnum in Photii et Suidae lexicis inesse glossarum numerum, quae ad verbum inter se conspirent et quibus primo aspectu demonstrari videatur, Suidam Photio usum esse, inter omnes constat neque ego is sum, qui hoc neget. Sed accuratius in rem inquirenti primo non plane certum mihi visum est, Naberi sententiam, quam de hac re protulit, veram esse; deinde, praesertim cum Boyseni libellum legissem, multa contra Naberum proferri posse intellexi; nunc vero, postquam ipse magnam curam atque operam in hac re posui, certissime affirmaverim, Suidam e Photii lexico omnino nihil transscripsisse. Atque quinque causas inveni, quibus Naberi sententiam refellere possem. Quarum eas priore loco contemplemur, quae e Photii glossis apud Suidam non exstantibus petitae sunt, posteriore loco eas, quas e glossis Photio et Suidae communibus sumere licet.

1.

Atque primum quidem falsum est quod Naber proll. p. 164 dicit: apud Suidam pauca tantummodo e Photii lexico atque ea praesertim in initio operis deesse. Hoc enim non verum esse facile intellegemus, si, quot glossae ex Photii lexico sub singulis litteris apud Suidam desint, eruerimus.

Ac multas Photii glossas apud Suidam desiderari iam Boysen uno exemplo probare studuit exponens sub littera *Π* ex 1600 Photii glossis 450 apud Suidam deesse. Nos vero plura exempla afferamus et omnem dubitationem expellere conemur.

Atque sub littera *Z* apud Photium exstant 89 glossae, quarum desunt apud Suidam 29.

S. lit. *H* apud Photium inveniuntur 315 glossae, e quibus apud Suidam neglectae sunt 123.

S. lit. *Θ* ex 307 Photii glossis apud Suidam desunt 104.

S. lit. *I* ex 292 desunt 94.

S. lit. *N* ex 323 desunt 129.

S. lit. *Ξ* ex 86 desunt 30.

S. lit. *P* ex 214 desunt 88.

S. lit. *T* ex 604 desunt 153.
S. lit. *Y* ex 335 desunt 60.
S. lit. *Φ* (usque ad glossam *Φορητῶς*) ex 266 desunt 48.
S. lit. *Ψ* (inde a glossa *Ψιλεύς*) ex 51 glossis desunt 12.
S. lit. *Ω* denique ex 19 glossis desunt 6.

Videmus igitur, usque ad litteram *P* tertiam fere partem glossarum Photianarum apud Suidam desiderari. In fine operis paulo pauciora desunt, idcirco opinor, quia hic Photii ille fons, quo non utebatur Suidas, exilior erat. Certissimum vero est, Naberum errare dicentem, Suidam praesertim in initio operis nonnulla e Photii lexico omisisse, praecedente opere pauciora neglexisse, mox omnia describere coepisse. Neque enim initium operis usque ad lit. *P* pertinet, neque usquam omnia, quae Photius praebebat, Suidas recepit. Sed sub omnibus litteris permultae glossae Photianae apud Suidam desiderantur, neque eae levioris momenti aut magis corruptae quam eae, quae Suidae et Photio communes sunt.

Itaque non intellego, cur Suidas, qui — ut Boyseni verbis utar — omnia reliqua undique diligentissime corrasit, has omnes glossas omiserit. Ac nego casu factum esse, ut usque ad lit. *P* sub omnibus litteris pro rata parte fere idem numerus ex Photii glossis apud Suidam non legatur. Nam si casu Suidas eas glossas neglexisset, sine dubio tum hunc tum illum numerum, non pro rata parte semper fere eundem omisisset. Itaque puto, eas glossas idcirco a Suida abesse, quia Suidas Photii lexicon omnino non ad manum habuerit.

2.

Etiam multo evidentius Naberum refellere poterimus, si cognoverimus, eas glossas, quas Suidas in describendo Photio neglexisse dicitur, certis quibusdam fontibus esse adnumerandas.

a. Atque iam Boysen ostendit, in numero earum glossarum, quae ut apud Photium legantur, ita absint a Suida, habendam esse magnam partem glossarum Photio cum quinto lexico Segueriano[1]) communium. Atque exempli loco attulit glossas, quae et apud Photium et in lex. Seg. V sub littera *Π* leguntur. Quarum glossa-

[1]) ed. Bekker anecd. I p. 195 sqq.

rum exceptis glossis Caecilianis tres tantummodo (*Παρ' ἵππον καὶ κόρην, Περιγράψαι, Προναία Ἀθηνᾶ*) etiam apud Suidam exstare docet, cum reliquae omnes apud illum desiderentur.[1])

Mihi satis sit exempla cumulare et ea, quae opponi possunt, refellere.

Sub littera *Z* Photius habet 7 glossas, quae communem cum lex. Seg. V originem prodant, omissis eis, quibus Photius magis cum Harpocratione conspirat quam cum lex. Seg. V:

Ζεῦγος I, *Ζειρά* II, *Ζευγήσιον* (Suidas pauciora praebet quam Photius et lex. Seg. V), *Ζέα, Ζητηταί* S, *Ζητρεῖον* S, *Ζῶμα.*

Ex his glossis duae, quibus litteram S adscripsi, etiam apud Suidam leguntur, reliquae 5 ab illo absunt.

Sub lit. *I* Photius 13 eiusmodi glossas exhibet, quarum apud Suidam desunt 9:

Ἴυγξ I S B, *Ἱεροποιοί, Ἰσθμός* S B, *Ἰδιώτας* S, *Ἱερομνήμονες* II, *Ἱερώσυνα, Ἱμᾶν, Ἵππαρχοι* (lex. Seg. V *Ἵππαρχος*), *Ἱπποδάμεια, Ἱστὸς καὶ κεραία*, *Ἱστιατόρια* II, *Ἰταμός* S B, *Ἰυγγαί.*

Eis glossis, quae etiam in lexico Bachmanni leguntur, adscripsi litteram B.

Sub lit. *N* Photius item 13 eiusmodi glossas habet, quarum desunt apud Suidam 8:

Νεώσοικοι S, *Ναύκληρος* I, *Νομοθέται, Νεβρίζειν, Νεήλατα* I (ex hac glossa Photius plura habet quam Suidas), *Νηφάλια* I, *Νηποινί* S B, *Ναυτοδίκαι* III S, *Ναματιαῖα, Ναυτικὴ συγγραφή, Νεῖα, Νεώς* S B, *Ναυκράροι.*

Sub lit. *O* Photius habet 33 eiusmodi glossas, ex quibus apud Suidam desunt 21:

Οἴχεται S B, *Οἶοι* S B, *Ὄλυρα* S B, *Ὀλιγαρχούμενοι* S B, *Ὀκνεῖν* S, *Ὁλκοί, Ὀρκάνη* I, *Ὅρος, Ὀστρακισμός* II (prior glossae pars apud solum Photium, posterior apud solum Suidam legitur), *Ὀσχοφορεῖν, Οὐσίας δίκη* III,

[1]) Addere potuit Boysen eis glossis, quae Photio cum lex. Seg. V communes sunt, Suidae non sunt, glossam *Πεδιακὰ πρόβατα*, quae apud Photium perperam scripta est *Παιδία καὶ πρόβατα.*

Ὀργεῶνες III, Ὀφθαλμίσαι S B. Ὀρχήστρα II, Οἰκότριβες, Ὀλέκρανα II. Ὀστολογεῖν. Ὄροβοι, Ὀπισθόδομος I, Ὄφεις παρείας S, Ὀβολοστάτης (apud Suidam nihil nisi lemma glossae exstat). Ὀβολοστατῆσαι, Ὁλόσχοινος, Ὀχετόκρανα S, Ὀργάς, Ὄρχους, Ὄμπναι, Οἰνόσπονδα, Ὁμήρους, Ὄχλος, Ὀργιάζειν S, Ὁμηρίδαι S, Ὄθνειος.

Sub littera Σ Photius 27 eiusmodi glossas exhibet, quarum desunt apud Suidam 24:

Σκιραφία, Σύμβολον I S. Συνήγοροι I, Σωφρονισταί, Συγγραφεῖς, Σηράγγειον II, Σκαφεῖον, Σιταρχία, Σκάφιον, Σκαλμοί. Στρωτήρ II, Στρέμμα, Στυππεῖον, Σκῦτος S B, Σακηφάνται, Στεφανόμιον, Στλεγγιδοποιός, Σταφυλοβολεῖον, Σπονδοφόροι, Συσσιτίαι, Σκευοθήκη, Σκοραχίζονται, Σπαργανώματα, Σηκός III, Σκιροφοριών S, Σκαφηφορεῖν, Σοβαρός.

Notandum est, eas glossas, quas solus Photius cum lexico Seg. V communes habet, omnes abesse a lexico Bachmanni, eas autem, quae etiam apud Suidam exstant, magna ex parte in lexico Bachmanni legi. Unde colligo, eas glossas Photianas, quae cum certis quibusdam glossis lexici Seg. V eandem originem habeant neque apud Suidam exstent, e fonte quodam fluxisse, quem Photius adhibuerit, Suidas non adhibuerit. Qui autem ille fons fuerit, difficillimum est dictu, neque ego hac de re certum iudicium facturus sum, sed coniecturam tantum de illarum glossarum origine in tertia commentationis parte proferam.

Priusquam vero ad aliud argumentum transeamus, advertenda nobis sunt ea, quae L. Cohn [1]) de lexico Seg. V dicit. Atque arbitratur v. d. glossas lexici Seg. V a Suida consulto esse omissas, quia is plerumque satis habuisset glossas Harpocrationeas, quae illis simillimae essent, transscribere. Sed cur Suidas etiam eas glossas neglexit, quibus nullae apud Harpocrationem respondent, velut glossas: *Ζέα, Ἱεροποιοί, Ἱερώσυνα, Ἱμᾶν, Ἱστὸς καὶ κεραία, Ἱστιατόρια, Ἴυγγαί*, permultas alias?

Huius rei Cohn nullam causam afferre potest. Quare, opinor, Suidas has glossas neglexit non quia satis habebat glossas

[1]) L. Cohn l. l. p. 824 sqq.

Harpocrationeas transscribere, sed quia ille fons, unde hae glossae in Photii lexicon fluxerunt, ei non ad manum erat.

b. Veniamus nunc ad eas Photii glossas, quae ex atticistarum Aelii Dionysii et Pausaniae lexicis rhetoricis manaverunt.

Atque Meineke [1]) censuit, Photium lexicon suum totum fere e Pausaniae et Aelii Dionysii lexicis conflasse. Melius postea viri docti rem perspexerunt, velut M. Schmidt [2]), Cobet, Naber, qui aliis quoque fontibus Photium usum esse existimant. Sed Photium atticistarum lexica adhibuisse omnium consensu comprobatur. Quod etiam mihi certissimum videtur esse. Photium enim illa lexica paene tota recepisse inde apparet, quod ex fragmentis eorum apud Eustathium laudatis in Photii lexico perpauca desunt.

Glossas enim ab *E* incipientes (inde ab *Ἐπώνυμοι*, nam huc usque Photii lacuna pertinet) Eust. laudat 12, quarum 2 apud Photium desunt: *Εὔστρα* e Paus. et *Ἕρμα* ex Ael. Dion.

Glossas a *Z* incipientes Eust. duas e Paus. laudat, quarum utraque apud Photium exstat.

Glossas ab *H* incipientes Eust. 9 laudat, quarum 6 apud Photium exstant, tres autem apud eum desiderantur, *Ἧδος* ex Ael. Dion., *Ἠκέστας* et *Ἠλακατῆνες* e Paus.

Glossas a *Θ* incipientes Eust. 9 laudat, quarum una *Θεὸς θεός*, quam uterque atticista habuit, apud Photium deest.

Sub lit. *I* ex 9 glossis apud Eust. laudatis apud Photium duae desiderantur: *Ἰατρὸν γυναῖκα* et *Ἴταλοι* ex Ael. Dion.

Sub lit. *P* ex quinque glossis apud Eust. laudatis una *Ῥόφειν* ex Ael. Dion. apud Photium deest.

Sub lit. *T* denique e sex glossis apud Eust. laudatis sola glossa *Τετρωβόλου βίος* e Paus. a Photio abest.

Haec pro exemplis attuli, atque veri simile est, ne dicam certum, sub reliquis litteris conditionem esse eandem. Cum autem ex 52, de quibus dixi, atticistarum glossis apud Eust. per occasionem laudatis 42 apud Photium inveniantur, apparere puto atticistarum lexica longe maxima ex parte in Photii lexico contineri.

---

[1]) Menandri et Philemonis reliq. (Berolini 1823) p. 278.

[2]) Quaestt. Hesych. p. 51.

Contra apud Suidam perpaucae atticistarum glossae leguntur. Velut sub lit. *E* (inde ab Ἐπώνυμοι) utraque glossa, quam Photius ex Ael. Dion. habet, a Suida abest. Ex 8 glossis, quas Photius e Paus. habet, duae quidem apud Suidam inveniuntur, sed prioris (Ἐς κόρακας) altera modo pars cum Photio et Pausania conspirat, posterior (Ἔφυγον κακόν) multis verbis a Photio et Pausania discrepat. Reliquae sex apud Suidam plane aliter compositae sunt aut omnino desiderantur. Hae sunt glossae: Ἐγράνη, Ἐρικτῶν, Ἐρινάζειν, Ἑρμοκοπίδαι, Ἔρυσμον, Ἐφέσια γράμματα.

Sub lit. *Z* utraque glossa, quam Photius e Pausania habet, apud Suidam deest: Ζυγός I et Ζυγώσω.

Sub lit. *H* 5 glossae ex Aelio Dionysio (Ἡδυλισμός, Ἠίθεος, Ἠλέκτρων, Ἡνίοχοι, Ἡρακλεώτης λίθος), una ex Pausania (Ἡρακλείδην), quas Photius exhibet, omnes a Suida absunt.

Sub lit. *Θ* Photius habet duas glossas ex Aelio Dionysio (Θαλαμαῖαι et Θαλλός), quae apud Suidam desunt. Ex Pausania Photius habet 7 glossas, quarum apud Suidam desunt: Θάλασσα κοίλη, Θάτερα καὶ θάτερον, Θεμισσέτω, Θετταλικὴ ἔνθεσις. Duae cum Suida fere consentiunt: Θετταλικαὶ πτέρυγες ap. Suid. cf. cum Θετταλικὰ πτερά ap. Phot.; Θριπηδέστατον apud Suid. cf. cum Photii glossa Θριπηδέστατα. Una glossa Θετταλῶν σόφισμα apud Suidam eodem modo scripta est atque apud Photium.

Sub lit. *I* Photius unam glossam Ἰχθυόκεντρον e Pausania habet, quae apud Suidam desideratur. Ex Aelio Dionysio apud Photium exstant hae septem glossae: Ἰδιόξενος, Ἰλλώπτειν, Ἴμβριοι, Ἰμονιά, Ἰνᾶσθαι, Ἱππάκη, Ἰτέας, quarum sola Ἰδιόξενος apud Suidam legitur.

Sub lit. *P* Photius tres glossas habet, quae Aelio Dionysio, unam quae Pausaniae apud Eustathium nominatim tribuuntur, quae omnes a Suida absunt. Sunt autem hae: Ῥαδιουργός, Ῥάξ, Ῥῶπος καὶ γέλγη, Ῥινᾶν.

Sub lit. *T* Photius quattuor glossas habet ex Aelio Dionysio: Ταρροί, Τηθαλλαδοῦς, Τιτίς, Τρυσίππιον. Glossa Ταρροί, quae ex parte tantum cum Aelio Dionysio conspirat, etiam apud Suidam legitur, reliquae autem apud eum desiderantur.

Videmus igitur e doctis atticistarum glossis, quas Photius exhibet, longe plurimas a Suida esse omissas. Nam ex 43 quas contemplati sumus Photii glossis 7 tantum apud Suidam exstant, et ex his solae tres (*Θετταλῶν σόφισμα, Ἰδιόξενος, Ταρροί*) plane cum Suida conspirant. Neque tamen Suidas habebat, cur optimas atticistarum glossas neglegeret. Immo permirum esset, eum tot exiles glossas, quae Photio cum lexico Bachmanni communes sunt, recepisse, atticistarum autem glossas paene omnes neglexisse.

Huc accedit, quod omnes atticistarum glossae, quae apud Suidam leguntur, etiam apud Eudemum exstant vel exstitisse videntur. Cf. ea, quae in tertia commentationis parte de hac re exponemus.

Quare his quoque glossis apparere puto, Suidam Photii lexicon omnino non usurpasse. Neque vero paucas illas glossas quas Suidas cum atticistis consentientes habet, ex ipsis atticistarum lexicis videtur deprompsisse. Sed puto, eas e communi fonte, qui haud scio an Pamphilus sit, et in atticistarum et in Suidae (vel Eudemi) lexica fluxisse. Qua de re infra accuratius agam.

Atque Suidam omnes atticistarum glossas non e Photio, sed aliunde habere vel inde veri simile fit, quod duae atticistarum glossae apud eum exstant, quas Photius non recepit. Quae glossae, quas Rindfleisch invenit, sunt *Κάλλαια* et *Κράστις*, utraque ex Aelio Dionysio.[1])

Huc usque eas solas respexi glossas, quae apud Eustathium nominatim atticistis tribuuntur. Praeter has autem etiam permultas alias atticistarum glossas inesse in Photii lexico cum per se veri est simile tum viri docti Freyer[2]) et Heyden[3]) demonstraverunt vel demonstrare studuerunt.

---

[1]) Has glossas antea in Photii lexico exstitisse et in codice Galeano librariorum culpa deesse idcirco non puto, quia, cum fere nihil e Bachmanni lexico apud Photium desideretur, e Photii lexico videlicet omnino non multae glossae — omissis magnis illis lacunis — exciderunt.

[2]) Freyer in epimetro dissertationis inauguralis supra laudatae, p. 339 sqq.

[3]) H. Heyden, quaestiones de Aelio Dionysio et Pausania atticistis, Leipziger Studien für klass. Philol. tom. 8 (1885) 2.

Atque Freyer epimetro dissertationis de scholiorum Aeschineorum fontibus conscriptae agit de Aelii Dionysii et Pausaniae atticistarum formulis *οἱ παλαιοί, παρὰ τοῖς παλαιοῖς, κατὰ τοὺς παλαιούς* et docet Eustathium consuesse persaepe atticistarum lexica exscribere omissis Aelii Dionysii et Pausaniae nominibus, addita tamen formula *οἱ παλαιοί* vel simili. 39 autem locos ex Eustathio affert, quibus illa formula invenitur et qui apud Photium quoque exstant.

Atque nonnullis locis Eustathius complures atticistarum glossas coniunxit, quo fit, ut illis 39 Eustathii locis[1]) respondeant 49 glossae apud Photium. Ex quibus hae 13 apud Suidam quoque inveniuntur: *Κλῆρος Ἑρμοῦ, Φεννίς* (deest in optimis Suidae libris), *Νυκτερινοὶ κύνες, Λαμυρόν, Λευκοπύγους, Οἰκυπορεῖα* (lege *Οἰκητήρια*), *Παμπησία* (hoc loco Suidas similia tantum praebet glossae Photianae), *Περίθετος κεφαλή, Πριαμωθῆναι, Προδωσίκομπος, Στρεψίμαλλος, Φατνωτόν, Ὑπέρα.*

Reliquae vero 36 glossae omnes absunt a Suida. Qua re confirmatur id quod posuimus: Suidam Photio non usum esse.

Restant ea, quae H. Heyden l. l. atticistis tribuere vult. Probare enim studet vir doctus, Etymologum M. omnes glossas, quibus subiungeret *ῥητορική, οὕτως εἰς τὸ ῥητορικόν* similia, non e Photio sumpsisse, sed ex ipsis atticistarum lexicis rhetoricis.

Atque prorsus mihi persuasit v. d., glossas Etymologici M. rhetoricas non e Photio haustas esse. Quod praeterea dicit, eas ex Aelii Dionysii et Pausaniae lexicis fluxisse, quamquam non plane certum, tamen veri simile mihi est. Plane certum dici non potest, quia de his lexicis omnino haud ita certum iudicium facere possumus, et quod amissa sunt et quod multa alia lexica sine dubio similia praebebant. Probabilitatis vero speciem Heydeni sententia propterea habet, quia octo glossae, quas Etymologus M. rhetoricas esse dicit, apud Eustathium nominatim atticistis tribuuntur (*Βατήρ, Βῆ, Γεώλοφος, Ἐγρηγόρσιον, Ἑδέα-*

[1]) Vel potius 38, nam tricesimum quintum (Eust. p. 1397, 16) omiserim, quippe cui parum similis sit glossa, quam Photius et Suidas sub lemmate *Τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι* exhibent.

τρος, Τρυσίππειον, Ἐκ κλίμακος, Ζύγαστρον).[1]) Atque exceptis duabus Τολύνιον et Τρυφάλεια[2]) omnes glossae rhetoricae Etymologici M. etiam apud Photium inveniuntur, quem scimus atticistarum lexica paene integra recepisse.

Optime vero cum his rebus congruit quod Etymologus M. p. 315, 37 dicit: Οὕτως εἰς τὸ πρῶτον λεξικόν, ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ εὗρον οὕτως . . . . . . ῥητορική.[3]) Duo enim Aelii Dionysii et Pausaniae lexica semper una nominantur et haud scio an in uno volumine scripta fuerint.

Neque tamen omitto, quod contra proferri potest. Exstat enim in Etym. M. in glossa rhetorica s. v. Ὑπήνη „οὕτως εἰς τὸ μέγα Ἐτυμολογικόν, εἰς δὲ τὸ Αἱμωδεῖν cet.". Quo loco demonstrari videtur, Etymologum M. glossas rhetoricas ex alio lexico etymologico cui ipse nomen Etymologici M. indit hausisse, aut ex lexico ab Αἱμωδεῖν incipiente.[4]) Sed hunc locum non multum curo, quippe quem ita ortum esse existimem, ut librarius aliquis, qui Etymologicum M. describeret, glossae Etymologici M. adiungeret ea, quae sub eodem lemmate in illo lexico ab Αἱμωδεῖν incipiente exstarent, et deinde verbum ῥητορική, quod antea non nisi priori parti glossae subiunctum esset, in fine totius glossae poneret. Nam antea glossam rhetoricam non nisi priorem illam partem usque ad verba οὕτως εἰς cet. complexam esse ex Photii collatione videre licet, apud quem sola illa prior pars legitur. Neque igitur hoc loco improbabile fit, Etymologum M. glossas rhetoricas ex atticistarum lexicis hausisse.

Quare iam videamus, quantus earum glossarum numerus, quae in Etymologico M. rhetoricae esse dicuntur et in Photii lexico exstant, etiam apud Suidam inveniatur. Atque exemplorum loco contemplemur glossas sub litt. Π et Τ.

Sub lit. Π apud Photium 9 leguntur glossae, quibus in Etymologico M. subiunctum est ῥητορική. Quarum exstant apud

[1]) Has 8 glossas Heyden enumerat, quibus addenda est glossa Ταρροί.

[2]) Apud Photium exstat: Τρυφάλεια· περικεφαλαία, neque necesse est apud atticistas plura exstitisse, cum glossa Etymologici M. s. v. Τρυφάλεια Oro tribuatur et in fine hoc tantum addatur: ἔστι καὶ ῥητορική.

[3]) Cf. M. H. E. Meier, opusc. acad. II p. 115.

[4]) Cf. A. Kopp, „Zur Quellenkunde des Etymologicum Magnum" in Museo Rhen. tom. 40 (1885) p. 371 sq.

Suidam hae quattuor: *Ἤγαλλεν, Ἤλεκτρον, Ἡμιολία* (apud Photium glossa posterior),[1]) *Ἤνυστρον*, desunt apud Photium hae: *Ἡμεροκαλλές, Ἡμιδιπλοΐδιον, Ἡμίεκτον, Ἡμιολία* (apud Photium glossa prior).[1]) De una glossa *Ἡμιμέδιμνον* nihil affirmaverim. Legitur enim in Etym. M. et apud Photium *Ἡμιμέδιμνον· μέτρον χωροῦν ἥμισυ μεδίμνου· τουτέστι χοίνικας κδ´.* Apud Suidam autem haec tantum scripta sunt: *Ἡμιμέδιμνον· μέτρον χοινίκων κδ´.* Quae Suidae glossa sine dubio separatim ab illa rhetorica glossa oriri potuit.

Sub lit. *T* Photius habet 22 glossas rhetoricas. Quarum exstant apud Suidam 8: *Ταρροί, Ταρσός, Τεθρεία, Τήθη, Τέμημα, Τροπῆς ἀποσκίασμα, Τρύζει, Τυντλώδους.* De glossa *Τρυφαλεία* res in dubio relinquenda est.[2]) Item de glossa *Τολόται* nihil affirmaverim. Nam similia quidem apud Suidam s. v. *Τοξόται* inveniuntur, sed apud Photium quoque glossa *Τοξόται* exstat, quae Suidianae glossae similis est. Desunt apud Suidam 12 glossae: *Τάρρωμα, Τιμητικὸν πινάκιον, Τοκάδα, Τραπεζοποιός, Τράχηλοι, Τρικαλίνδητος, Τρίπαια, Τροπίδια, Τρυσίππιον, Τυντλάζειν* I, *Τυντλάζειν* II, *Τύντλος.*

Notandum est etiam ex his glossis Etymologici M. rhetoricis eas, quae apud Suidam legantur, in Eudemo quoque exstare. Hoc enim affirmare licet, cum, ut Boysen mecum communicavit, omnes quattuor glossae Etymologici M. rhetoricae, quas Suidas sub lit. *H* exhibet (*Ἤγαλλεν, Ἤλεκτρον, Ἡμιολίαν, Ἤνυστρον*) in Eudemo Parisino fere eisdem verbis quibus apud Suidam scriptae sint.

Itaque hae quoque glossae confirmant nostram de Photio et Suida sententiam.

c. In ipso Photii lexico apparet nonnullis locis duplex glossarum series, quae inde videtur orta esse, quod Photius vel is cui ille lexicon componendum mandaverat[3]) duobus maioribus

---

[1]) Duae Photii glossae s. v. *Ἡμιολία* apud Etymologum M. in unam coniunctae sunt, cui in Etymologici M. codice Florentino adscriptum est *ῥητορική*, cf. Heyden l. l. p. 178.

[2]) Cf. supra p. 23.

[3]) Cum videam auctorem lexici Photiani nihil aliud fecisse nisi complura lexica in unum conglutinasse, veri mihi simile est, Photium

fontibus utebatur et neglegentia vel incuria quadam certum glossarum numerum ex uno fonte continuo describebat et omittebat ex altero fonte eas glossas interponere, quae secundum elementorum ordinem sequi debebant, deinde autem errore cognito alterum fontem transscribebat, quem modo neglexerat.

Insignissimus illorum locorum est in initio litterae *P*. Illic enim exstant primum tredecim glossae optime secundum litterarum ordinem scriptae (*Ῥαβάττειν* — *Ῥαίοιτο*). Deinde sequitur altera series ipsa quoque satis bene ordinata et quattuordecim glossas complexa (*Ῥά* — *Ῥαθυμεῖν*).

Iam vero prior series omnino abest a Suida, altera apud eum integra legitur. Valde miror hoc neminem adhuc animadvertisse, nam facillimum est inventu. Effici vero hinc mihi videtur evidentissime Suidam illum fontem, unde priorem seriem hausit Photius, non usurpasse, alterum autem patriarchae fontem ipsum quoque ad verbum transscripsisse.

Similis locus est sub lit. *Ko*. Ibi enim prior series pertinet inde a *Κόγχη* I usque ad *Κοῖτος*. Hanc sequitur, glossa *Κόγχη* II interposita, altera series inde a *Κοάλεμος* usque ad *Κοθωκίδαι*. Ex priore serie sola glossa *Κοίθουρον*, quae ordinem turbat et postea videtur interpolata esse, apud Suidam desideratur; in glossa *Κόγχη* I interpretamentum apud Suidam deest; duae glossae *Κοινὸν γραμματεῖον* et *Κοινωνικόν* ex Harpocratione desumptae, quamquam ne ipsae quidem suo quaeque loco leguntur, tamen apud Suidam exstant: cetera vero omnia in hac serie scripta et bene ordinata sunt et apud Suidam exstant. Contra ex altera serie una tantummodo glossa ex Harpocratione deprompta (*Κοβαλεία*) et duae glossae lexici Bachmanniani (*Κόβαλος* [1]) et *Κοδράντης*) apud Suidam exstant, reliqua omnia desunt.

Nihil nisi tres glossas Suidam ex hac serie transscripsisse permirum esset. Quare puto Suidam Photii lexicon non usur-

---

hoc nullius ingenii munus non ipsum exsecutum esse sed alii exsequendum iniunxisse. Sed brevitatis causa simpliciter Photium nominabo.

[1]) Ex hac glossa nihil nisi hoc in lexico Bachmanni invenitur: *Κόβαλος· πανοῦργος*, et Suidas s. v. *Κόβαλος* solo verbo *πανοῦργος* cum Photio conspirat.

passe. Sed eruendum nobis est, quomodo illae tres glossae (*Κοβαλεία, Κόβαλος, Κοδράντης*) et in posteriorem Photii seriem et in Suidam pervenerint.

Glossam *Κοβαλεία* ex Harpocratione sumptam in posteriore Photii serie occurrere non miror, cum omnes glossas Harpocrationeas post transscriptos illos duos maiores fontes a Photio adiectas esse arbitrer.[1]) Hoc vero mirum est, etiam duas glossas e lexico Bachmanni in hac serie legi. Sed inspice, quaeso lexicon Bachmanni, videbis etiam illic has duas glossas extra ordinem post glossam *Κοῖτος* scriptas esse. Quare puto eas in illo quoque lexico paulo pleniore quam lexicon Bachmanni, quo Photium usum esse censeo[2]), post glossam *Κοῖτος* exstitisse. Photius autem, opinor, qui neglegentia quadam illum fontem continuo usque ad glossam *Κοῖτος* exscripserat, offendebat in turbato litterarum ordine et hoc ipso casu quasi experrectus animadvertebat se alterum illum maiorem fontem neglexisse. Quare duas illas glossas, quae in priore fonte extra ordinem positae erant, posteriori seriei ex altero illo fonte sumptae inserebat.

Quodsi Suidas Photio usus esset, quomodo fieri potuisset, ut ex posteriore Photii serie nihil nisi ea reciperet, quae etiam in Harpocratione aut lexico Bachmanni exstarent, reliqua vero ne describeret caute ac diligenter vitaret? Quod factum esse certe nemini veri est simile.

Itaque hoc quoque loco luce clarius mihi videtur demonstrari, Suidam Photio non usum esse.

Naber utroque de quo modo dixi loco nihil probari putat nisi hoc: Photium vel amanuensem lexicon suum ita composuisse ut singulos fontes separatim describeret.[3]) Hoc vero ne animadvertit quidem, utroque loco alteram seriem apud Suidam deesse. Si enim advertisset, commemorare debuit, quia eius sententiae obstat. Equidem autem confidentissime nego fieri potuisse, ut his locis Suidas Photii lexicon ante oculos haberet et alteram tantum glossarum seriem describeret, alteram neglegeret. Sub lit. *P* enim prior Photii series apud Suidam deest, sub *K* poste-

[1]) Cf. ea quae paulo infra de hac re dicam.

[2]) De hac re in tertia commentationis parte accuratius agam.

[3]) Cf. Naber, proll. ad Photii lex. p. 1?1 sqq.

rior, atque utroque loco in ea serie quae apud Suidam exstat glossae e lexico Bachmanni desumptae leguntur. Quid? num putas Suidam tum priorem, tum posteriorem seriem e Photii lexico descripsisse, ac fortuito eam semper, qua glossae lexici Bachmanniani continerentur?

At Naber existimat eum glossarum ordinem quem nunc in codice Galeano habemus, non ab ipso Photio esse profectum, sed a librario quodam, quem post Suidae aetatem glossas ad ordinem digessisse putat. Quare arbitratur fortasse Naber in altero illorum locorum eam seriem, quae nunc posterior est, antea priorem fuisse aut vice versa et Suidam aut semper priorem aut semper posteriorem seriem transscripsisse.

Complura habeo, quae contra hanc sententiam proferam.

Primum enim, ut iam supra p. 16 exposui, mihi minime probabile est Suidam, si Photii tale exemplar, quale Naber vult, ante oculos habuisset, non utramque seriem sed alteram tantum transscripturum fuisse.

Deinde demonstrare possum lexicon ab ipso Photio (vel amanuense) non ita esse compositum, ut illa series, quam a Suida neglectam esse videmus, aut semper priorem aut semper posteriorem locum obtineret. Nam initio litterae *P* Photium illam seriem, quam postea Suidas neglexit, priore loco posuisse manifestum est. Neque enim ulla causa isti librario — quem nunc quidem sumamus exstitisse — erat, cur posteriorem Photii seriem in digerendo lexico prius describeret quam alteram. Immo hoc omnino fieri potuisse nego. Sub aliis autem litteris eam seriem, quae apud Suidam quoque exstat, prius esse a Photio scriptam certa habemus indicia. Nam post glossam *Εὖ δρῶσιν* legitur una series glossarum usque ad *Εὐήλατον*, deinde altera inde ab *Εὔειλος* usque ad *Εὐημερίαν*. Prior series exceptis perpaucis glossis, quae postea videntur interpolatae esse, apud Suidam exstat, altera tota ab illo abest. Non habuisset hoc loco librarius iste, quod illam seriem, quae etiam apud Suidam invenitur, priorem describeret, si a Photio posteriore loco posita fuisset.

At glossa *Εὖ δρῶσιν,* quae antecedit duplicem seriem, ipsa quoque apud Suidam legitur. Quare negas fortasse in Photio genuino post hanc glossam novam seriem incepisse et putas

librarium, qui ante oculos haberet magnam seriem glossas ab *Κνδ*, *Κνι*, *Κνζ*, *Κνη* et plures fortasse complexam, idcirco illam seriem priore loco collocasse, quia proximam glossam *Εὐ δρῶσιν* ex eadem serie deprompsisset. Neque igitur constare censes illam magnam seriem apud Photium priorem fuisse.

Non habeo, quo hoc refellam, quamquam mihi non veri simile est Photium, quippe qui complura lexica in unum conglutinare vellet, tantum glossarum numerum ex uno fonte continuo transscripsisse.

Sed contemplare duplicem seriem post glossam *Ὄμνυθι* scriptam. Prior series pertinet usque ad glossam *Ὁμοθύμως* et tota legitur apud Suidam, altera quattuor glossas complexa apud Suidam tota deest. Glossae *Ὀμνύναι* et *Ὄμνυθι*, quae duplicem seriem antecedunt, apud Suidam non exstant. Neque igitur librarius has in eadem serie invenire potuit, e qua glossas *Ὁμόδουλος* usque ad *Ὁμοθύμως* (priorem seriem) sumpsit. Quare hoc loco sine dubio series inde a *Ὁμόδουλος* usque ad *Ὁμοθύμως* ea de causa priore loco scripta est, quia in Photio genuino prior erat.

Haec mihi dicenda erant concedenti, illum librarium exstitisse. Nunc vero in dubium voco, num omnino exstiterit.

Atque Naber illum ea sola de causa auxilio vocavit, ut sententiam suam sustentare posset. Cum enim videret multis locis Suidam meliora praebere minusque corrupta quam Photium, librarium posuit, qui, cum post Suidae aetatem Photii lexicon in ordinem redigeret, nonnullos committeret errores.[1]) Sed huius librarii alibi nullum vestigium apparet neque ullam video probabilem causam, cur eum exstitisse arbitremur. Verum contra Naberum gravissimum argumentum proferri potest. Si enim librarius quidam Photii lexicon in ordinem redegisset, is certe etiam glossas Harpocrationeas suo quamque loco posuisset. Hae autem minime omnes suo loco leguntur, sed saepissime ordinem turbant. Ex 32 enim glossis Harpocrationeis sub lit. *Θ* hae 9 falso loco scriptae sunt: *Θεογείτων*, *Θεόγνις*, *Θεοκρίνης*, *Θέρ-*

1) Cf. Naber, proll. p. 164. Multos errores, qui nunc in Photii lexico exstant, etiam nullo istius librarii negotio oriri potuisse vel sine dubio ortos esse hoc non cogitavit vir doctissimus.

σανδρος, Θέσθαι, Θηραμένης, Θητεὺς καὶ ϑητικόν, Θυμαιτάδαι, Θύστιον. Eodem modo ex 27 glossis Harpocrationeis sub lit. I hae 13: Ἰδίαν, Ἱέραξ, Ἱερὰ ὁδός, Ἱερώνυμος, Ἱκετηρία, Ἵππαρχος, Ἱππία Ἀθηνᾶ, Ἱπποδάμεια, Ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ, Ἰσαῖος, Ἰσοδαίτης, Ἴσχανδρος, Ἰτεαῖος. Neque solae Harpocrationeae glossae sed aliae quoque, velut Timaei glossae, ordinem litterarum interrumpunt. Si autem librarius quidam id ipsum consilium cepisset, ut lexicon Photii in ordinem adduceret, nullo pacto putare possum eum tot glossas inordinatas relicturum fuisse.

Quare proiecto ac proscripto illo librario censemus, Photii lexicon quale nunc habemus, tale omissis usitatis et vulgaribus scripturae discrepantiis et paucis glossis interpolatis ab ipso Photio vel eius amanuense esse profectum. Atque ex illis locis, quibus duplex cernitur glossarum series, elucere existimamus Suidam e duobus maioribus Photii fontibus alterum non usurpasse, alterum ipsum quoque ad verbum transscripsisse.

Duplex autem series etiam aliis locis atque eis quos supra vidimus perlucet, atque omnino duodecies mihi occurrit:

α) In editione Porsoni Oxoniensi p. 26 versibus 12—21 septem glossae, quae apud Suidam desiderantur, continuo scriptae sunt et litterarum ordinem interrumpunt.

β) p. 29, 6 — 30, 5 prior est series, quae apud Suidam exstat, p. 30, 6—15 posterior series, quae a Suida abest.

γ) p. 54, 15—19 quattuor glossae, quae apud Suidam desunt, ordinem turbant.

δ) p. 80, 23 — 81, 6 sex glossae apud Suidam non exstantes ordinem interrumpunt.

ε) p. 81, 10—18 sex glossae apud Suidam non exstantes ordinem turbant.

ζ) p. 116, 25 — 117, 5 tres glossae apud Suidam non exstantes ordinem turbant.

η) p. 123, 9—21 novem glossae apud Suidam non exstantes elementorum ordinem interrumpunt.

ϑ) p. 173, 12—17 quinque glossae apud Suidam non exstantes ordinem turbant.

ι) p. 174, 3 — 175, 9 prior series, quae apud Suidam quoque invenitur, p. 175, 8—176, 10 altera series, quae apud Suidam deest.

κ) p. 332, 17—25 prior series, quae apud Suidam redit, p. 332, 26 — 333, 3 altera series apud Suidam non exstans.

λ) p. 404, 10 — 405, 1 quattuor glossae apud Suidam non exstantes ordinem interrumpunt.

μ) p. 479, 17 — 480, 17 prior series, quae apud Suidam desideratur, p. 480, 18 — 481, 26 altera series, quae apud Suidam legitur.

d. Reliquum est, ut dicamus de glossis nonnullis, quae Photio communes sunt cum sexto Bekkeri lexico [1]), apud Suidam autem desiderantur. Sextum Bekkeri lexicon complectitur solum elementum *A* eius lexici quod in codice Coisl. 345 servatum et a Bachmanno totum editum est. Idem lexicon etiam in codice Coisl. 347 exstat, sed hic littera *A*, quae in cod. 345 multo uberiorem glossarum copiam continet quam reliquae lexici partes, pro rata parte eundem glossarum numerum exhibet atque reliquae litterae. Itaque littera *A* codicis 345, quam solam Bekker edidit, omnino aliud lexicon est atque illud, quod in codice 347 integrum servatum est.

Notandus est hoc loco error M. Schmidtii, quem profert in Suidae Bernhardyani censura et in quaestionibus Hesychianis cum suspicatur sextum Bekkeri lexicon a Methodio esse compositum. Ad quam coniecturam ea re adductus est v. d. quod in Etymologico Magno Methodius sub lit. *A* saepissime, contra sub aliis litteris nunquam laudatur, et quod sextum Bekkeri lexicon ipsum quoque unam litteram *A* complectitur. Schmidtio postea assensi sunt Naber [2]) et Boysen.[3])

Sed Schmidtii coniecturam esse falsissimam facile potest intellegi. Contuli enim eas glossas, quas Etymologus Magnus usque ad glossam *Ἀλάβαστρον* nominatim Methodio tribuit (glossae sunt 31, quae est tertia fere pars omnium Methodii glossarum, quae in Etymologico Magno exstant), et vidi ex his omnino nullam cum sexto lexico Bekkeri conspirare.

In una glossa *Ἀκοντί* sextum Bekkeri lexicon nonnulla verba (*ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν*) eodem modo scripta exhibet atque in Etymologico Magno s. v. *Ἀκόντιτον* scripta

---

[1]) ed. Bekker anecdota Graeca I p. 321—476 et Bachmann anecdota Graeca I pp. 1—422.

[2]) Naber, proll. p. 133 sq.

[3]) Boysen, l. l. p. 34.

sunt. Reliquae vero glossae plane diversae sunt. Atque quamvis ex eis Methodii glossis, quas ego non cum sexto Bekkeri lexico contuli, duae (*Ἀμάρτειον μέλος* et *Ἀλάστωρ*) similes sint lexico sexto Bekkeri [1]), tamen eis minime demonstratur, illam lit. *A* a Bekkero editam ipsum esse Methodii lexicon. Contra affirmare audeo necesse esse, si Methodius illud lexicon confecisset, omnes glossas in illo legi, quae in Etymologico M. Methodio tribuuntur. Hoc autem minime ita est. Immo Methodii lexicon glossis, quae in Etymologico Magno ex eo laudantur, diligenter examinatis intelleges in etymologiis statuendis versatum esse et a ratione sexti lexici Bekkeri fuisse diversissimum.

Itaque cum M. Schmidtium in hac re errasse manifestum sit, nunc redeamus ad rem propositam.

Ac iam diu viri docti cognoverunt in lex. Bekk. VI duplicem exstare glossarum seriem. [2]) Velut sub *Αγ* prior series exstat p. 324, 1 — 333, 25, posterior p. 333, 26 — 340, 26; sub *Αδ* prior series p. 340, 27 — 342, 21, posterior p. 342, 22 — 346, 20. In priore quaque serie permulta cum Suida conspirant, in posteriore omnino nihil. Atqui earum glossarum, quae exstant apud Photium, desunt apud Suidam, permagna pars in posteriore serie lexici Bekk. VI legitur. Nam ex Photii glossis ab *Αδ* incipientibus, quae quidem servatae nobis sint, apud Suidam 13 desiderantur, quarum in altera serie lexici Bekk. VI hae novem leguntur: *Ἄδαγμος, Ἄδασμος, Ἄδδιξ, Ἀδεκατεύτους, Ἁδῆν, Ἀδηφάγον ἅρμα, Ἀδηφάγοι τριήρεις, Ἀδίαντον, Ἀδιάφθορον*. Item sub *Αγ* quae una posterioris seriei glossa cadit in Photii partem nobis servatam (*Ἀγωγεύς*) desideratur apud Suidam.

Valde dolendum est quod non plura ex lit. *A* lexici Photiani ad nostram memoriam pervenerunt, sed vel ex his parvulis fragmentis evidentissime apparere puto, glossas Photianas, quae absunt a Suida, certo cuidam fonti tribuendas esse, neque Suidam Photii lexico esse usum.

Sed, ut omnibus hoc probetur, opus est Naberi sententiam refellere, qui putat illud sextum Bekkeri lexicon excerptum esse e Photio.

---

1) Cf. Naber proll. p. 134.
2) Cf. Naber proll. p. 130 sqq.

Atque e Photii lexico quale nunc est illud lexicon excerptum esse non potest, cum cogitari nequeat illius lexic auctorem ordinem glossarum Photianarum ita immutasse, ut omnes glossas Photio et Suidae communes in priore serie collocaret, eas vero, quae apud Suidam desunt, alteri seriei attribueret. Quare Naber censet illud lexicon e Photii lexico esse descriptum antequam librarius ille in hoc digerendo operam collocaret.

Attamen iam supra demonstravimus[1]) nullam esse causam, cur illum librarium exstitisse credamus. Sed fac eum exstitisse: ne tum quidem probabile est sextum Bekkeri lexicon e Photio esse excerptum. Nam sextum Bekkeri lexicon in cod. Coisl. 345 pro primo elemento eius lexici legitur, quod in codice Coisl. 347 integrum nobis servatum est. Neque igitur puto illud prorsus separatim ab hoc ortum esse. Sed veri simillimum est illud ita exstitisse, ut glossis codicis Coisl. 347 pro fundamento positis multae aliae aliunde sumptae adiungerentur. Lexicon Bachmanni autem, quale in codice Coisl. 347 exstat, non e Photio esse excerptum, id quod ipsum quoque Nabero visum est, iam Boysen refutavit[2]), cui astipulati sunt L. Cohn[3]) et H. Heyden.[4]) Atque ego de hac re etiam in tertia commentationis parte agam.

Unus fortasse scrupulus restat, de quo nunc pauca dicam. Dixerit enim quispiam priorem quidem seriem lexici Bekkeriani sexti non e Photio sumptam esse, sed lexicographum altera serie adiecisse quaecunque praeter glossas iam in priore serie positas in Photio inveniret. Sed hoc non verum esse inde mihi effici videtur, quod in posteriore lexici Bekk. VI serie minime omnes glossae continentur, quae apud Photium praeter glossas in priore lexici Bekk. VI serie exstantes leguntur. Desunt enim sub *Ἀγ* glossae: *Ἀγωνία*, *Ἀγῶνα* I, *Ἀγών*, *Ἀγῶνα* II, *Ἀγὼν οὐ δέχεται σκήψεις*, *Ἄγωνος*, *Ἀγῶνα* III; et sub *Ἀδ*: *Ἀδεὲς δέος*, *Ἀδελφίζειν* (glossa quae sub eodem lemmate in lexico Bekk. VI et apud Suidam exstat ex Harpocratione desumpta et aliter composita est), *Ἀδηφάροι τριήρεις*, *Ἀδηφάγοι*.

---

[1]) Cf. p. 28 sq.
[2]) Cf. Boysen l. l. p. 34 sqq.
[3]) Cf. Cohn l. l. p. 813.
[4]) Cf. Heyden l. l. § 7.

Quare puto auctorem sexti lexici Bekkeri eas glossas, quae in posteriore serie continentur, ex eodem fonte quo Photius utebatur hausisse. Cum autem hae glossae omnes absint a Suida, etiam hinc apparet, Suidam non ipsum Photii lexicon sed ex parte eosdem atque Photium fontes transscripsisse.

Venio nunc ad eas glossas contemplandas, quae Suidae communes sunt cum Photio. Quibus non minus quam illis, quas adhuc solas respeximus, iis dico, quae apud Photium exstant, apud Suidam autem desiderantur, dilucide demonstratur Suidam Photii lexicon non adhibuisse.

3.

Atque primum quidem multae glossae, quamquam apud Photium et Suidam fere eodem modo scriptae sunt, tamen paucis verbis adeo differunt, ut appareat Suidam eas non Photio debere.

Quibus in glossis numerandae sunt haud paucae glossae Harpocrationeae, quas Boysen [1]) commemorat et ex quibus suo iure colligit, Suidam omnes glossas Harpocrationeas ex ipso Harpocratione, non e Photii lexico habere.

Praeterea Freyer [2]) nonnullas eiusmodi glossas affert, quarum quamvis alias E. Zarncke improbet, tamen alias agnoscit [3]) et concedit a Suida non e Photio esse transscriptas.

Sed Freyer eas solas respexit glossas, quas Suidas depromptas haberet ex Aelio Dionysio et Pausania. Nos nunc etiam de aliis glossis videamus.

a. S. v. *Θεοπροπία* haec praebet Photius: *ἁμαρτία· καὶ θεοπρόπιον· τὸ ἐκ θεοῦ μάντευμα ἢ προφήτευμα.*

Offendimus in verbo *ἁμαρτία,* quod sine dubio corruptum est. Suidas autem, qui alia eodem modo scripta exhibet, pro *ἁμαρτία* habet *μαντεία,* quod verbum ad notionem verbi *θεοπροπία* explicandam aptissimum est.

Num tu putas hoc loco Suidam Photii lexicon exscripsisse? Equidem non puto, neque enim mihi probabile est Suidam, quippe

---

[1]) Cf. Boysen l. l. p. 37.

[2]) Cf. Freyer l. l. p. 288 sqq.

[3]) Cf. Zarncke l. l. p. 49 sqq. et nostrae commentationis p. 11.

qui tot ineptias ex fontibus reciperet, tam feliciter locum corruptum emendasse.

Sed scio quid Naber et Zarncke dicturi sint. Hinc enim, quod Suidas veram, Photius corruptam lectionem praebet, nihil sequi arbitrantur nisi hoc: in eo, quo Suidas usus esset, Photii codice hunc locum nondum corruptum fuisse, sed postea demum eum a librario quodam in describendo esse turpatum.

At habeo quo hanc sententiam refellam. Eadem enim corruptela quae apud Photium etiam in lexico Bachmanni invenitur, in quo eadem glossa exstat. Unde sequitur ut illa corruptela iam ante Photii aetatem in hanc glossam irrepserit nec postea demum librarii culpa orta sit.

Eadem condicio atque in hac glossa est in glossis *Ἱλασμός* et *Πάμπαν*.

b. Glossa s. v. *Θριπηδέστατα* apud Photium sic scripta est: *τὰ ξύλα τὰ ὑπὸ θριπῶν διαβεβρωμένα, οἷς ἀντὶ σφραγίδων ἐχρῶντο· θρὶξ* (*θρὶψ* emendavit Porson) *γὰρ ζῶόν ἐστι κατεσθίον ξύλα καὶ κέρατα.*

Apud Suidam respondet glossa *Θριπηδέστατον· ἀντὶ τοῦ βεβρωμένον καὶ διεφθαρμένον· ἢ ξύλα ἀπὸ* (lege *ὑπὸ*) *θριπῶν βεβρωμένα, οἷς ἐσφράγιζον· θρίπες δὲ εἶδος σκωλήκων· θρὶψ γὰρ ζῶόν ἐστι κατεσθίον ξύλα καὶ κέρατα· μέμνηται Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Δημάδου.* Neque vero Suidae glossam e Photiana, quae simillima est, ortam esse dilucide demonstrare possumus.

Nam in quinto Bekkeri lexico haec glossa exstat: *Θριπηδεστόν· τὸ βεβρωμένον καὶ διεφθαρμένον, θρὶψ γὰρ ζῶόν ἐστι κατεσθίον ξύλα καὶ κέρατα.* Et schol. Aristoph. Thesmoph. 427 legitur: *ξύλα ὑπὸ θριπῶν βεβρωμένα, οἷς ἐσφράγιζον, θρῖπες δὲ εἶδος σκωλήκων.*

Videmus igitur Suidae glossam ita ortam esse, ut in media ea glossa, quam in lexico Segueriano quinto habemus, illud scholion poneretur. Quare minime hanc glossam Suidas debet Photio.

c. S. v. *Ζωπύρου τάλαντα* II Photius haec exhibet: *Κρατῖνος ἐν Πυλαίᾳ· τοῦτόν φησι Θεόπομπος ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν περὶ Φίλιππον Πέρσην ὄντα ὑπὸ φιλοτιμίας χαριζόμενον βασιλεῖ μαστιγώσας* (Porson emend. *μαστιγῶσαι*) *ἑαυτόν· καὶ*

τῆς ῥινὸς καὶ τῶν ὤτων ἀποστερήσαντα εἰσελθεῖν εἰς Βαβυλῶνα· καὶ πιστευθέντα διὰ ταύτην τὴν κακουχίαν καταλαβεῖν τὴν πόλιν· ἐκ μεταφορᾶς οὖν εἶπε τάλαντα καὶ ζυγά· οἱονεὶ ἔργα καὶ πράξεις.

Cum Photio magna ex parte conspirat Suidas, qui haec praebet: *Ζωπύρου τάλαντα· ὅτι* (deest in optimis codd.) *Ζώπυρος ὁ Πέρσης βασιλεῖ χαριζόμενος μαστιγώσας ἑαυτὸν καὶ τῆς ῥινὸς καὶ τῶν ὤτων ἀφελόμενος εἰσῆλθεν εἰς Βαβυλῶνα καὶ πιστευθεὶς διὰ τὰ περὶ τὸ σῶμα προὔδωκε τὴν πόλιν· ἐκ μεταφορᾶς οὖν εἶπε τάλαντα καὶ ζυγὰ οἱονεὶ ἔργα καὶ πράξεις.*

Negari nequit has glossas inter se simillimas esse. Attamen Suidas hoc loco nullo pacto ex Photio pendet.

Hesychius enim s. v. *Ζωπύρου τάλαντα* haec praebet: *Κρατῖνος ἐν Πυλαίᾳ· Ζώπυρος ὁ Πέρσης βασιλεῖ χαριζόμενος μαστιγώσας ἑαυτόν, τῆς ῥινὸς καὶ τῶν ὤτων ἀφελόμενος εἰσελθὼν εἰς Βαβυλῶνα προὔδωκε τὴν πόλιν.*

Concedes omnino fieri non potuisse, ut Suidas Photii glossam, qualem nunc habemus, casu in describendo ita commutaret, ut cum Hesychio fere ad verbum congrueret.

Photii glossam autem antea talem fuisse, qualis nunc apud Suidam exstat, quis est qui putet? Neque enim librarii in describendis libris quidquam consulto immutare solebant, nisi forte locum corruptum emendare studebant.

Quare constat Suidam hanc glossam non e Photio transscripsisse.

Ut autem nullus scrupulus relinquatur, Zenobius [1]) omissis duabus lectionum discrepantiis [2]) ad verbum cum Suida conspirat.

d. Photius s. v. *Τολόται* (Naber correxit *Τοξόται*) haec habet: *οἱ δημόσιοι ὑπηρέται· τοὺς δ' αὐτοὺς καὶ Σκύθας ἔλεγον· καὶ Σπευσινίους ἀπὸ τοῦ συντάξαντος αὐτούς.* Similis est eiusdem Photii glossa s. v. *Τοξόται· καὶ Σκύθαι καὶ Σπουσίνιοι· οἱ δοῦλοι οἱ δημόσιοι Ἀθήνησιν ἀπὸ Σπουσίνου τοῦ πρῶτον καταστήσαντος αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ὑπηρεσίαν.*

---

[1]) ed. Leutsch et Schneidewin in paroemiographis Graecis.

[2]) Zenobius *τὴν ῥῖνα καὶ τὰ ὦτα,* Suidas *τῆς ῥινὸς καὶ τῶν ὤτων.* Zenobius *εἰσελθών,* Suidas *εἰσῆλθεν.*

Cum his glossis confer quae Suidas exhibet s. v. *Τοξόται· οἱ δημόσιοι ὑπηρέται, φύλακες τοῦ ἄστεος, τὸν ἀριθμὸν χίλιοι, οἵτινες πρότερον μὲν ᾤκουν τὴν ἀγορὰν μέσην σκηνοποιησάμενοι, ὕστερον δὲ μετέβησαν εἰς Ἄρειον Πάγον· ἐκαλοῦντο δὲ οὗτοι καὶ Σκύθαι καὶ Σπευσίνιοι ἀπὸ Σπευσίνου τινὸς τῶν πάλαι πολιτευομένων συντάξαντος τὰ περὶ αὐτούς.*

Suidae glossa multo uberior est Photianis, sed nihilo minus priori Photii glossae tam similis, ut dubitari nequeat, quin utraque glossa ex eodem fonte deducta sit. Neque tamen putare licet Photii lexicon genuinum eadem praebuisse quae nunc Suidas praebet. Nam cum Photio Etymologicum Magnum s. v. *Τοξόται* plane conspirat. Cum autem Etymologum eodem fere tempore, quo Suidas in vivis erat, Photii lexico usum esse constet, apparet Photii glossam Suidae tempore non aliam fuisse ac nunc est.

Ergo Suidas hanc glossam non Photio debet, sed sumpsit eam e schol. Aristoph. Acharn. 54, quocum plane conspirat.

e. Photius s. v. *Νωειν* hanc exhibet glossam: *οἱ τοῖς ξένοις ἡγούμενοι ὁδοί.*

Verba nullo modo intellegi possunt nisi collatis Timaei glossis: *Νῷν· ἡμῖν* et *Ξεναγοί· οἱ τοῖς ξένοις ἡγούμενοι ὁδοί* (Ruhnken legere vult *ὁδόν* vel *ὁδοῦ*). Quarum glossarum illa apud Timaeum ultima est litterae *N*, haec prima litterae *Ξ*. Quare illa Photii glossa sine dubio ita orta est, ut Photius vel amanuensis in describendo Timaeo a glossa *Νῷν* oculis ad sequentem glossam aberraret. Postea in Photii lexico illa corruptela oriri non potuit, cum Photius, si utramque glossam vere scriptam recepisset, certe glossam *Ξεναγοί* non sub glossam *Νῷν* nulla alia interiecta posuisset.

Cum igitur illa corruptela ab ipso Photio originem ducat, Suidas glossam *Νῷν· ἡμῖν* ex Photio habere nequit. Sed videtur eam ab Eudemo accepisse, apud quem eodem modo scripta est.[1])

f. Photius s. v. *Πελάτης* haec praebet: *ὁ ἀντὶ τροφῶν καὶ ὑπηρετῶν καὶ προσπελάζων.*

Photius hanc glossam hausit e Timaei lexico, in quo s. v. *Πελάτης* legitur: *ὁ ἀντὶ τροφῶν ὑπηρετῶν καὶ προσπελάζων.*

---

[1]) Cf. Boysen l. l. p. 104.

Suidas s. v. *Πελάτης* et a Timaeo et a Photio discrepat, haec enim habet: *ὁ ἀντιστρέφων καὶ ὑπηρετῶν.*

Cum Suida autem conspirat Eudemus haec praebens[1]): *Πελάτης· ὁ ἀντιστρέφων καὶ ὑπηρετῶν καὶ προσπελάζων.*

Ipsius Timaei lectio omnium maxime mihi arridet et vera videtur esse. Verbum *ἀντιστρέφων,* quod Eudemus et Suidas exhibent, prorsus ineptum est. Neque illud *καὶ,* quod apud Photium, Eudemum, Suidam ante *ὑπηρετῶν* exstat, aptum esse puto, cum non sit, cur verba *ὑπηρετῶν* et *προσπελάζων* duplici verbo *καὶ* inter se opponantur.

Sequuntur nonnullae glossae, in quibus Suidas cum Eudemo concinit, Photius autem cum lexico Bachmanni ab illis recedit. Cum vero censeam lexicon Bachmanni non e Photio, lexicon Eudemi non e Suida esse excerpta, sed illud ante Photium, hoc ante Suidam iam exstitisse, his locis apertum ac manifestum esse arbitror, Suidam non Photium transscripsisse.

g. Lexicon Bachmanni et Photius: *Ἀγχιστίνδην· οἱ κατ'* (lex. Bachmanni *τὸ κατὰ*) *ἀγχιστείαν· ὥσπερ ἀριστίνδην καὶ πλουτίνδην ἐπιρρηματικῶς.*

Eudemus Parisinus: *Ἀλχιστίνδην· τὸ κατ' ἀγχιστείαν ὡς ἀριστίνδην καὶ πλουτίνδην.*

Suidas: *Ἀγχιστίνδην· τὸ κατὰ ἀγχιστείαν· ὡς ἀριστίνδην καὶ πλουτίνδην.*

h. Lex. Bachm. et Photius: *Ἀγωγεῖ· τῷ ἱμάντι, ᾧ ἄγεται ὁ ἵππος, ὃ* (lege *ὃς*) *καὶ ῥυτὴρ καλεῖται.*

Eud. Paris. et Suidas: *Ἀγωγεῖ· τῷ* (*τῷ* om. Suid.) *ἱμάντι, ᾧ ἄγεται ὁ ἵππος.*

i. Lex. Bachm. et Photius: *Ἀγωνιῶ· κινδυνεύω.*

Eud. Par.: *Ἀγωνιῶ· κινδυνεύω, φοβοῦμαι.*

Suidas: *Ἀγωνιῶ· κινδυνεύω, καὶ τὸ φοβοῦμαι.*

Verbis *καὶ τὸ,* quae exstant apud Suidam, desunt apud Eudemum, haud scio an aliquis argumento utatur, ut demonstret, Eudemum excerptum esse e Suida, cum appareat ea a Suida ideo esse adiecta quia glossae *Ἀγωνιῶ· κινδυνεύω* ex uno fonte sumptae ex altero fonte verbum *φοβοῦμαι* adderet. Cum autem negandum esse putem, Eudemum e Suida esse excerptum,

[1]) Cf. Boysen l. l. p. 104.

censeo in Eudemo olim eadem verba *καὶ τὸ* exstitisse et a librario in describendo esse omissa.

Praeterea illam conclusionem ex verbis *καὶ τὸ* factam non certam esse vel inde intellegitur, quod ex ea glossa quam nunc considerabimus contrarium effici potest.

k. Lex. Bachm. et Photius: *Παῖσαι· τύψαι.*
Eud. Par.: *Παῖσαι· τύψαι ἢ παῖξαι Ἀττικῶς.*
Suidas: *Παῖσαι· παῖξαι, τύψαι.*

l. Lex. Bachm. et Photius: *Παλαμῶν· χειρῶν.*
Eud. Par. et Suidas: *Παλαμῶν· τεχνῶν ἢ χειρῶν.*

m. Lex. Bachm. et Photius: *Παλιμβαλής· ὁ ἀνάταυρα πεσών.*
Eud. Par. et Suidas: *Παλιμβαλής· ὁ ἀνάταυρα πεσών, ὁ ὕπτιος.*

Videmus igitur has glossas nullo pacto a Suida e Photii lexico esse haustas. Cum autem certo certius constet, Suidam nonnullorum vocabulorum explicationes, quae apud Photium exstant, non ex hoc descripsisse, sed ex eius fontibus (nam de communi fonte in tanta glossarum similitudine dubitari nequit), nostro iure concludere possumus, eum ex illis fontibus non solum haec sed etiam alia deprompsisse.

4.

Multis locis apud Photium complures glossae ab eodem verbo incipientes nobis occurrunt. Quod si Suidas Photii lexicon transscripsisset, sine dubio has glossas eodem ordine recepisset, quo eas apud Photium scriptas inveniret, neque enim ulla erat causa cur in describendo ordinem harum glossarum immutaret. Re vera autem illarum glossarum ordo apud Suidam saepissime plane alius est atque apud Photium. Unde efficio, Suidam eas glossas non e Photio, sed ex eisdem atque Photium fontibus habere.

Miror hoc a nemine adhuc observatum esse, cum tot viri docti tantam his studiis operam navaverint. Ego autem hanc rem firmissimo sententiae meae argumento esse censeo.

Iam vero liceat exempla adferre, quibus res patefiat.

Glossae s. v. *Ἡγεμονία δικαστηρίου* apud Photium duae exstant, prior ex Harpocratione desumpta, posterior lexico Segue-

riano quinto similis. Utramque etiam Suidas recepit, sed inverso ordine.

S. v. *Ἐς κόρακας* Photius ante eam glossam e Pausania atticista depromptam, de qua supra[1]) diximus, hanc parvam glossam exhibet: *Ἐς κόρακας· εἰς τὸ σκότος, εἰς ὄλεθρον.* Suidas hanc glossam maiori illi in fine adiecit.

S. v. *Εὐθύναι* priore loco Photius habet glossam Harpocrationeam, posteriore aliam. Apud Suidam inversus ordo est.

Glossae s. v. *Εὐοὶ Σαβοί* duae apud Suidam leguntur, quarum glossa Harpocrationea posterior est. Utraque etiam apud Suidam invenitur, sed apud illum glossa Harpocrationea priorem locum tenet.

Tres glossae leguntur apud Photium s. v. *Κρώβυλος*. Omnes apud Suidam quoque exstant, sed hoc ordine: Photii glossa III, Photii glossa II, Photii glossa I.

Item s. v. *Ταμίαι* Photius tres glossas exhibet. Suidas hunc praebet ordinem: Photii glossa I, Photii glossa III, Photii glossa II.

Appono quindecim alias glossas quibus idem demonstratur: *Ἐχῖνος, Ἑωλοκρασία, Κέρκωπες, Κύδος, Κύρβεις, Κυρία, Παραβαλέσθαι, Παραγραφή, Πενέσται, Προτέλεια, Πρυτανεία, Ῥητορικὴ γραφή, Ῥοδωνιά, Ῥόθιον, Ῥόπτρον.*

5.

Restat evidentissimum argumentum, quo Boysen non usus est quamquam facile eo uti poterat. Etenim non solum eae Photii glossae, quae apud Suidam desunt, sed etiam eae, quae apud Suidam exstant, ad certos fontes redeunt.[2])

Atque collatis inter se Harpocratione, lexico Bachmanni, Photio, Eudemo, Suida, quantum nunc ante editum a Boyseno Eudemum omnes conferre licet, videmus Suidam cum Photio fere omnes glossas communes habere, quae etiam in Harpocratione aut Eudemo aut lexico Bachmanni legantur, ex reliquis autem Photii glossis ne unam quidem apud Suidam exstare.

---

[1]) Cf. supra p. 13.

[2]) Boysen l. l. p. 39 sq. de solis glossis Thucydideis verba facit. Sed neque scimus has omnes ex uno eodemque fonte fluxisse, neque illae omnes apud Suidam exstant.

Exhibet enim sub lit. *Π* usque ad *Παπάζοιεν* Photius 183 glossas. Quarum hae 16 ex Harpocratione haustae sunt: *Παγασαί*, *Παιανιεῖς καὶ Παιονίδαι*, *Παιδάριτος*, *Παλιναίρετος*, *Παλίμβολον*, *Παλίνσκιον*, *Παλαμναῖος* II p. 374, 23, *Παλληνεύς*, *Πανδαισία*, *Παναθήναια* III, *Πάνακτος*, *Πάνδια*, *Πάνδημος Ἀφροδίτη*, *Πανδιονίς*, *Πανδοσία*, *Πάνδροσος*. Ex his 14 exstant apud Suidam, desunt hae solae: *Παλίμβολον* et *Παλαμναῖος* II.

In Eudemo et lexico Bachmanni[1]) hae 82 Photii glossae exstant: *Πάγας*, *Παγκάλης*, *Παγκρατιασταῖς*, *Παγκράτιον*, *Πάγοι*, *Πάγον εὐτειχῆ*, *Παιάν*, *Παιᾶνας*, *Παιδικά*, *Παιδοκόμον*, *Παιδολέτειρα*, *Παιδοτρίβας*, *Παιδοῦσα*, *Παίει*, *Παιπάλη*, *Παιπάλημα*, *Παῖσαι*, *Παισθείς*, *Παιῶνας*, *Παιωνεῖον*, *Παλάθαι*, *Παλαιγενές*, *Παλαιστάς*, *Παλαιφάτου*, *Παλαμᾶσθαι*, *Παλαμναῖος* I, *Παλαμωμένων*, *Παλαμῶν*, *Παλίλλογα*, *Παλιλλογία*, *Παλιμβαλής*, *Παλίμβιος*, *Παλιμβολία*, *Παλίμβολος*, *Παλιμπετής*, *Παλίμφημα*, *Παλινάγγελος*, *Παλινάγρετον*, *Παλινδικεῖ*, *Παλινδρομῶν*, *Παλιγκάπηλος* I, *Παλινοδία*, *Παλίνορσος*, *Παλινοστήσας*, *Παλιντράπελον*, *Παλινῳδία*, *Παλιρρόθιον*, *Πάλλει*, *Παλλόμενον*, *Παλμός*, *Πάλος*, *Παλτά*, *Παλτάρια*, *Παμμάχιον*, *Παμμήστορα*, *Πάμπαν*, *Παμπήδην*, *Παμφαής*, *Πάμφορος*, *Παναγές*, *Πανάκεια*, *Παναλκές*, *Πανάνυτον*, *Πανάπυστος*, *Παναρμόνιον*, *Παναυγές*, *Πανδαισίας*, *Πανδαίσιον*, *Πανδαμάτωρ*, *Πανδερκεῖς*, *Πανδήμου*, *Πανομφαίῳ*, *Πανόπτης Ζεύς*, *Πανοσπρία*, *Πανοῦργος*, *Πανσθενέστατον*, *Παντέλειον*, *Παντευχίαν*, *Παντίτῳ*, *Παντοδαπά*, *Πανώλης*, *Παπάζοιεν*.

Hae glossae omnes apud Suidam quoque inveniuntur.

Cum solo Eudemo, non cum lexico Bachmanni Photius has 20 glossas communes habet: *Παιανίσαι*, *Παιδαγωγηθεῖσαν πόλιν*, *Παιδεύειν*, *Παιδιάν*, *Παιδικώτερον*, *Παιδουργία*, *Παλεῦσαι*, *Παλιναίρετα* I, *Παλινσκίῳ*, *Παλλάς*, *Παμπησία*, *Παναθήναια* I, *Πανσπερμία*, *Πάντα θεῖ κάλαύνεται*, *Πάντα κάλων σείειν*, *Πάντα λίθον κινεῖν*, *Πάντα ὀκτώ*, *Πανταχῇ*, *Παντὸς μᾶλλον*, *Πάνυ*. Quarum glossarum sola *Πάντα θεῖ κάλαύνεται* apud Suidam deest, reliquae omnes apud eum exstant.

---

[1]) Nonnullae glossae in solo codice Coisl. 347, non in codice Coisl. 345 leguntur.

Cum solo lexico Bachmanni, non cum Eudemo, Photius has 4 glossas communes habet: *Παλίωξις, Παντὶ σθένει, Πάντοσε, Πανύστατον,* quae omnes etiam apud Suidam leguntur.

Videmus igitur ex 122 glossis, quae Photio communes sunt cum Harpocratione, Eudemo, lexico Bachmanni, tres tantum apud Suidam desiderari. Ex reliquis vero 61 Photii glossis, quae in tribus illis lexicis desunt, Suidas ne unam quidem recepit. Nam quae sola ex his in Suidae editionibus invenitur (*Παλαιόν*) in optimo Suidae codice manu scripto desideratur.

Quomodo autem factum esse putas, ut Suidas ex Photii farragine omnes illorum trium lexicorum glossas reciperet, reliquas vero ne transscriberet, diligentissime caveret? Hoc aliter fieri non potuit, nisi ita, ut praeter Photium etiam illa lexica inspiceret neque quidquam e Photio hauriret nisi quod in illis quoque exstaret. Sed quis hoc factum esse credat? Equidem hinc clarissime elucere arbitror Suidam non Photium, sed complures ex eius fontibus adhibuisse.

Similis res est sub *Αγ*. Hic enim in Photii codice Galeano servatae sunt 29 glossae, quarum 24 etiam apud Suidam exstant. Ex his 24 autem una est Harpocrationis, 18 in Eudemo et lexico Bachm., 2 in uno Eudemo, 2 in uno lexico Bachm. leguntur. Sola glossa *Ἀγῶνα* II, quae apud Suidam quoque invenitur, non satis conspirat cum Eudemi glossa *Ἀγών* I. Sed fortasse Eudemi glossa olim plane cum Photio et Suida conspiravit et postea contractione brevior facta est, aut haec glossa in codice Coisl. 347, in quo hoc loco lacuna est[1]), exstitit; nam in hoc codice nonnulla reperiri, quae absunt a codice Coisl. 345 et ab Eudemo, iam supra[2]) commemoravimus. — Reliquas vero 5 Photii glossas, quae ab Harpocratione, Eudemo, lexico Bachmanni absunt, Suidas omnes omisit.

Iam spero te Naberi sententiam improbaturum esse, quippe quam satis refellerim, et concessurum Suidam non „Photii lexicon paene totum in farraginem recepisse“. Sed non solum Naberum, verum etiam Zarnckium refellisse mihi videor. Hic enim concedit quidem Suidam certas glossas non Photio debere,

---

[1]) Cf. Boysen l. l. p. 91 adn. 2.

[2]) Cf. supra p. 40.

quamquam apud eum quoque exstent, sed negat Suidam Photii lexicon omnino non usurpasse, neque quemquam hoc demonstraturum esse arbitratur.

Cum autem viderimus et eas Photii glossas, quae apud Suidam desint, et eas, quae apud illum exstent, certis quibusdam fontibus esse attribuendas, cum item animadverterimus glossas eodem lemmate instructas apud Suidam persaepe alio ordine scriptas esse atque apud Photium, nonne manifestum est Suidam ea, quae communia habet cum Photio, non e Photio, sed ex Photii fontibus deprompsisse, itaque Photii lexicon omnino non adhibuisse?

Sed minime opprobrio Zarnckio vertendum est quod hoc non vidit, neque enim hanc ipsam rem tractandam sibi proposuerat, sed excursu tantum eam in commentatione de Polluce conscripta tetigit. Contra sine dubio bene meruit Zarncke quod docuit non sufficere argumenta a Boyseno et Freyero prolata.

6.

Postremo loco aliquid attingam, quo non argumento utar, sed quo facile aliquis argumento uti se posse putaverit et quod per se observatione non indignum est.

Suidas enim permultis in glossis veterum scriptorum locos ad probandam significationem in glossa expositam affert, quos Photius non habet.

Velut apud Photium haec glossa exstat: *Πάγοι· αἱ ἐξοχαὶ τῶν πετρῶν καὶ τῶν ὀρῶν.* Cui apud Suidam haec respondet glossa: *Πάγοι· αἱ ἐξοχαὶ τῶν πετρῶν καὶ τῶν ὀρῶν·*

Αὔλια καὶ Νυμφῶν ἱερὸς πάγος, αἵ θ' ὑπὸ πέτρῃ
Πίδακες, ἥ θ' ὕδασιν γειτονέουσα πίτυς.

Alia glossa est apud Photium *Παιάν· εἶδος ᾠδῆς.* Apud Suidam eadem leguntur et praeterea hi Babrii versus:

Ὁ δ' εἶπε κλαύσας φρῦνος, οὐχὶ παιᾶνος
Τοῦτ' ἐστὶν ἡμῖν, φροντίδος δὲ καὶ λύπης.

Aliis locis apud Suidam complura testimonia adiuncta sunt velut in glossa *Παλαμναῖος,* quae apud Photium sic legitur: *Παλαμναῖος· φονεύς· ἢ μιαρός· παλαμναῖοι γὰρ λέγονται οἱ διὰ χειρὸς ἀνδροφονοῦντες· παρὰ τὴν παλάμην· καὶ Ζεὺς παλαμναῖος ὁ τοὺς τοιούτους τιμωρούμενος. καὶ προστρο-*

παῖος· ὁ προστρέπων τὸ ἄγος αὐτοῖς. Apud Suidam eidem glossae haec testimonia adscripta sunt: *Βάβριος*·

> *οὐχὶ τὸν μῦν εἶπεν ἡ παλαμναία,*
> *δέδοικα μή μου τὴν δορὰν δάκῃ φεύγων.*
> *χαίτην δ' ἔμελλε τὴν ἐμὴν καταισχύνειν.*

ὁλέων φησὶ περὶ μυός.

καὶ αὖθις· Οὐκ ἄνθρωποι ἔδοξαν εἶναι, ἀλλὰ δαίμονες παλαμναῖοί τινες. Αἰλιανός· Ὁ δὲ πρὸ τῆς ἐς τοὺς πολεμίους συμπλοκῆς, ὡς εἶδεν ἀπολλύμενόν οἱ τὸν λεών, ἐνετολμήσατο κακὸν κακῷ μείζονι ὁ παλαμναῖος ἄρα ἐκεῖνος σβέσαι· προστάττει οὖν τὴν ἄθλιον παρθένον δίχα τεμεῖν.

Sed, ne longus sim, in nonnullis elementis quaeram, quot glossae Photianae apud Suidam testimoniis ornatae et auctae sint.

Atque sub lit. *Θ* in his glossis testimonia addita sunt: *Θαλαμηπόλος, Θαλαμίδιοι κῶπαι, Θάλεια, Θαλεροί, Θανατῶν, Θεήλατος, Θέμις, Θεμίσων, Θέναρ, Θεοκλυτήσαντες, Θέριστον καὶ θέριστρον, Θεσμοθέτης, Θεσμοφόρια, Θεσμοφόρος, Θετόν, Θηλυδρίας, Θιγεῖν, Θῖνα, Θλαδίας, Θοιμάτιον, Θοίνη, Θορός, Θοῦρον, Θρῖα, Θρίαι, Θρίναξ, Θροῦς, Θρυαλλίς, Θρύλος, Θύελλα, Θυραυλεῖν, Θυρσός.* In 32 igitur glossis sub littera *Θ* Suidas testimonia exhibet, quae a Photio absunt. Idem vero sub aliis litteris cernitur, velut in 26 glossis s. lit. *I* et in 64 glossis sub lit. *T*.

Res iam satis apparet, sed nunc videamus, quid hinc sequatur.

Suidam ipsum omnes eos scriptores, ex quibus testimonia affert, legisse et ex proprio veterum scriptorum usu illa adiunxisse facile aliquis negaverit, cum tot locis constet Suidam nihil aliud fecisse nisi glossas aliunde diligenter transscripsisse. Ac si quis hoc negat, putandum ei est, illa testimonia in fonte Photio et Suidae communi exstitisse et a Suida transscripta, a Photio neglecta esse. Neque igitur Suidas videtur Photium adhibuisse.

At, cum Naber censeat, Photii lexicon antea plenius fuisse, quam nunc est, fortasse etiam illa testimonia antea in Photio exstiterunt et postea librarii cuiusdam culpa omissa sunt.

At scimus Photium eodem fere tempore, quo Suidas lexicon conscripsit, ab Etymologo M. in usum vocatum esse.[1]) Atque

[1]) Cf. Naber, proll. p. 167 sqq. et H. Heyden l. l. § 1.

contuli cum Etymologico Magno eas Photii glossas sub lit. *Θ*, quae apud Suidam testimoniis exornatae sunt, et vidi ex illis 32 glossis 13 quidem in Etymologico Magno exstare, sed in eis omnia testimonia a Suida allata deesse. Unde efficitur ea testimonia in Photii lexico nunquam scripta fuisse.

Tamen hinc non concludo, Suidam Photio non usum esse. Nam certa habemus indicia, quibus demonstretur Suidam illa testimonia non ex eis fontibus, unde glossas descripsit, hausisse, sed aut ipsum Suidam aut eius lectores illa e proprio veterum scriptorum usu adiecisse.[1])

Contemplare enim, quaeso, glossam *Θεμίσων* ex Harpocratione desumptam, videbis Photium plane cum Harpocrationis epitoma quae dicitur conspirare, Suidam autem etiam locum Herodoteum laudare. Cum autem mihi persuasum sit, Suidam ipsa illa Harpocrationis epitoma usum esse (quam rem infra accuratius tractabo), pro certo habeo Suidam hoc testimonium non una cum glossa e fonte descripsisse, sed aut ipsum Suidam aut eius lectores illud adnotasse.

Eodem modo e comparatione Eudemi apparet Suidam multa testimonia ipsum adiecisse. Nam in ea parte litterae *Π*, quam Boysen l. l. p. 93 sqq. edidit, etsi omnes glossae exstant, in quibus Suidas a Photio adiectis testimoniis differt, tamen omnes illis testimoniis carent. Cf. apud Photium, Eudemum, Suidam glossas: *Πάγας, Πάγοι, Παιάν, Παίει, Παιπάλη, Παλαμναῖος, Παλαμωμένων, Παλεῦσαι, Παλιμβολία, Παλινδικεῖ, Παλίωξις, Πάλλει, Πάλος, Παλτά, Παναγές, Πανδήμου.*

Nulla opera permulta alia exempla afferre possum, sed vel his satis demonstrari arbitror multa testimonia aut a Suida aut ab eius lectoribus esse addita.[2])

[1]) Idem iam censuit Bernhardy, praefat. ad Suidae lexicon pag. 58 sqq.

[2]) Idem de locis Sophocleis apud Suidam laudatis sensit P. Iahn: „quaestiones de scholiis Laurentianis in Sophoclem", diss. inaug. Berolini 1884 p. 20.

III.

Quinam fontes Photio et Suidae communes fuerint, quaeritur.

Cum altera parte commentationis meae satis demonstravisse mihi videar Suidam non Photio usum esse, sed conspirationem inter Photii et Suidae lexica intercedentem e fontium communium usu originem ducere, nunc, quinam illi communes fontes fuerint, quaerendum est. Atque quoniam supra iam vidimus apud Suidam nullas exstare Photii glossas nisi quae etiam apud Harpocrationem, aut apud Eudemum, aut in lexico Bachmanni invenirentur, facile conieceris et Photium et Suidam ex illis lexicis hausisse.

Sed de hac re accurata quaestione opus est. Quare primum de eis Photii et Suidae glossis, quae apud Harpocrationem quoque exstant, deinde de eis, quae etiam in Eudemo aut in lexico Bachmanni inveniuntur, quid statuendum sit diligenter et accurate videamus.

Atque Photium in componendo lexico fere omnes glossas Harpocrationeas recepisse nemo adhuc negavit. Patriarcham autem glossas Harpocrationeas non aliunde, sed ab ipso Harpocrationis lexico[1]) accepisse vel inde potest intellegi, quod eis locis, ubi in Photio apparet duplex glossarum series, glossae Harpocrationeae in utraque serie occurrunt. Velut sub *Κο Κοινὸν γραμματεῖον* et *Κοινωνικόν* in priore serie leguntur, *Κοβαλεία* autem in posteriore. Hinc enim manifestum est Photium duo maiora lexica in unum conglutinasse et postea glossas ex Harpocratione desumptas adiecisse. Quae quin ex ipso Harpocratione, non e maiore quodam lexico, in quo praeterea multa alia continerentur, fluxerint, iam nunc neminem dubitare puto.

Suidam autem ipsum quoque Harpocrationis lexicon adhibuisse primus, quantum equidem scio, censuit Reinesius.[2])

---

[1]) Et Photius et Suidas in glossis Harpocrationeis sequuntur eam Harpocrationis recensionem, quae codicibus Palatino E et Parisino D nobis servata est et quae, quia brevior est quam altera, vulgo epitome nominatur.

[2]) Cf. M. C. G. Müller, praefatio ad Thomae Reinesii observationes in Suidam in Suidae editione Gaisfordiana, p. 35.

Idem pronuntiant Bernhardy[1]) et M. Schmidt.[2]) Quibus viris doctissimis etiam G. Dindorf[3]) astipulatur, qui, quamquam putat Suidam Photii lexicon in usum vocasse, tamen „ubi Suidas aut apposuerit quae Photius omiserit, aut, quod saepissime factum videamus, aliter ac Photius scripta exhibuerit, nihil causae esse arbitratur, cur ea Suidam aliunde atque ex epitoma sumpsisse credamus."

Contrariam sententiam Cobet et Naber protulerunt[4]) rati Suidam omnes glossas Harpocrationeas a Photio accepisse. Sed hanc sententiam optime refutavit Boysen[5]), cuius argumentationi non multa habeo quae addam, nisi quod nonnullas glossas inveni, quibus ipsis quoque demonstratur Suidam glossas Harpocrationeas non e Photio, sed ex ipso Harpocratione sumpsisse, et quod de Photii et Suidae codicibus Harpocrationeis aliquid observavisse mihi videor.

Atque *Ἀγωνιᾶν* et *Ἀγωνιῶντες* apud Harpocrationem duae glossae sunt. Photius autem eas in unam glossam conglutinavit. Suidas vero glossam *Ἀγωνιῶντες* non cum *Ἀγωνιᾶν*, sed cum *Ἀγωνιῶ* coniunxit. Hoc intellegi potest, si Suidas ipso Harpocratione usus est, non potest, si Suidas glossas Harpocrationeas e Photii lexico hausit.

Inprimis vero contemplare, quaeso, tres glossas, in quibus Suidas congruit cum codice D epitomes Harpocrationeae, Photius autem aut eadem praebet atque epitomes codd. E et T[6]), aut ab reliquis omnibus recedit.

1. S. v. *Προτέλεια* Photius cum Harpocrationis codicibus E et T haec exhibet: *Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ τῆς ἱερείας· τὰ πρὸ τοῦ τελεσθῆναί τι τῶν εἰς ῥόθιον ἀναφερομένων γιγνόμενα ἢ διδόμενα.*

Harpocrationis codex D pro *ῥόθιον* praebet *θεῖον,* Suidas *τὸ θεῖον.*

---

1) Praef. ad Suidae lex. cap. II p. 43 sq.
2) In Fleckeiseni annalibus 1855 p. 483.
3) Praef. ad Harpocrationis lex. p. 20.
4) Cobet, Mnemosyne IX (1860) p. 411 sqq. Naber, proll. p. 166.
5) Boysen, l. l. p. 37.
6) Codicem T ex E descriptum esse omnium consensu constat.

Suidae lectio vera videtur esse, neque enim *ῥόθιον* aptum est ad enuntiati sententiam. Suidas autem hanc lectionem certe non Photio debet, cum cogitari nequeat Photii glossam postea casu in eundem modum corruptam esse atque in codd. E et T corrupta est. Sed Suidas meliore Harpocrationis codice videtur usus esse quam Photius; hac enim una ratione res explicari potest. In eo igitur codice, quo Suidas utebatur, vera lectio exstabat, quae etiamnunc in codice D (neglecto tantum articulo *τό*) servata est. Ipso autem codice D vel eius patre, avo, proavo Suidam usum esse idcirco putare non licet quod permultis locis Suidas cum codice E conspirat, ubi D plura praebet quae sine dubio ex Harpocrationis codice minus decurtato descripta sunt.[1])

Quare Suidas aut codicem adhibuit et vetustiorem et minus corruptum eo apographo, unde et cod. E et Photii glossae Harpocrationeae derivatae sunt, aut in Suidae codice Harpocrationeo a correctore quodam nonnullis locis vera lectio e meliore exemplari adnotata erat.

Unum haud scio an obici possit: etiam in Suidae exemplari Harpocrationeo fortasse scriptum fuisse *ῥόθιον* et aut ab ipso Suida aut a lectore ingenioso veram lectionem coniectura restitutum esse. Sed mihi hoc non veri simile est. Cum enim omnes quos tenemus Suidae codices *τὸ θεῖον* praebeant, necesse est iam in archetypo hanc lectionem exstitisse. Itaque aut ab ipso Suida aut ab homine qui non multo post Suidam in vivis esset, illa coniectura profecta esse deberet. Homines autem illius aetatis non tanto fuisse puto ingenii acumine aut tam versatos in emendandis libris Graecis, ut hanc optimam coniecturam facerent.

2. In initio glossae *Πεφοριῶσθαι* (Photius et Suidas *Περιφοριῶσθαι*) Harpocrationis codex D cum optimis Suidae libris praebet *ἢ τῶν ὀφθαλμῶν τὸν ἕτερον,* codices E et T autem cum Photio *ἢ τὸν ὀφθαλμὸν τὸν ἕτερον.*

3. S. v. *Ῥυτὰ* in Harpocrationis codicibus E et T haec leguntur: *Ῥυτά· συνεσταλμένως· εἶδός ἐστι ποτηρίου· Δημοσθένης κατὰ Μειδίου· ἐκτεταμένως πάβην λεγόμενα.*

---

1) Cf. Dindorf, praef. ad Harpocr. lex. p. 17 sq.

In Photio pro *πάβην* scriptum est *παρ' ἡμῖν*. Harpocrationis codex D praebet *παρήβην*. Suidae optimi codices A et V exhibent *παρήβην*, alii Suidae libri manu scripti *παρ' ἥβην*.

Ex his lectionibus *πάβην* sine dubio corrupta est, cum idem aut simile verbum nusquam alibi inveniatur. Ac ne *παρ' ἡμῖν* quidem vera lectio videtur esse, quoniam in legenda glossa exspectamus post verbum *ἐκτεταμένως*, quod oppositum est verbo *συνεσταλμένως*, aliam vocis Ῥυτὰ afferri significationem. *Παρήβην*, ex quo facillime lectio *παρ' ἡμῖν* oriri potuit, quid valeat non satis perspicio, sed fortasse haec genuina lectio est.

Hoc tam lata disputatione exposui, ut probarem Suidam alio Harpocrationis codice usum esse atque Photium. Sed quamquam alius erat codex, tamen arta ut ita dicam propinquitate cum Photii codice Harpocrationeo coniunctus erat et communem cum illo originem habebat. Hoc enim apparet multis locis, ubi Photius et Suidas inter se conspirant, cum omnes Hurpocrationis codices, qui ad memoriam nostram pervenerunt, ab illis recedant. Cuius rei haec exempla profero:

1. S. v. *Ζεῦξις* codices epitomes Harpocrationeae: *ἄριστος κατὰ τὸν Ἰσοκράτους χρόνον ζωγράφος*, Photius et Suidas: *Ἀριστοτέλης κατὰ τὸν Ἰσοκράτους χρόνον ζωγράφον*.

Inspecta pleniore Harpocrationis recensione intelleges Photii et Suidae lectionem falsam esse. Itaque Photius et Suidas hoc loco eandem corruptelam exhibent.

2. S. v. *Ἡγήσιππος* codices epitomes *Φιλιππικός*, Photius et Suidas *Φίλιππος*.

3. S. v. *Παραγραφή* Photius et Suidas in fine addunt *ὅπερ ἐστὶ περιγεγραμμένου*, quae verba in codicibus epitomes desunt. (In pleniore Harpocrationis recensione tamen similia leguntur.)

4. S. v. *Περιθοῖδαι* Photius et Suidas afferunt locum ex Ephoro historico, qui ab Harpocrationis codicibus abest.

5. Pro lemmate *Πεφοριῶσθαι*, quod in epitomes codicibus exstat, apud Photium et Suidam legitur *Περιφοριῶσθαι*.

Cum igitur appareat Photii et Suidae exemplaria Harpocrationea et ex uno eodemque codice esse derivata et, id quod Dindorf l. l. demonstravit, eidem familiae atque codices E et T esse adnumeranda, ex illis duabus sententiis quas supra posuimus

(Suidae codicem Harpocrationeum aut antiquioris meliorisque fuisse originis eo codice quo Photius usus esset, aut ex meliore Harpocrationis codice fuisse correctum) ex his, dico, sententiis sine dubio posterior vera est. Itaque Suidae exemplari Harpocrationeo quamquam inhaerebant corruptelae e fonte cum Photii codice communi transscriptae, tamen, antequam Suidas eo uteretur, corrector quidam multis locis veras lectiones e meliore Harpocrationis codice adscripsit.[1])

Sed satis sit de Harpocratione. Videamus nunc de reliquis glossis, quae Photio et Suidae communes sunt. Atque primum quaeramus, unde Photius eas sumpserit, deinde constituere studeamus, qua via in Suidae lexicon pervenerint.

Atque harum glossarum magna pars exstat in lexico Bachmanniano, quod in codicibus Coisl. 345 et 347 servatum est Hoc autem non ex Photio excerptum esse, id quod Naber vult, sed aut ipsum aut apographum eius nonnullis glossis auctum Photio fontem fuisse Boysen satis dilucide demonstravit[2]), cui ego in hac re plane assentior. Neque enim illud lexicon e Photio excerptum esse potest, quia glossae ex Harpocratione, Timaeo, Aelio Dionysio, Pausania desumptae in eo (excepta littera *A* in codice Coisl. 345) desiderantur[3]); quas in exscribendo Photio omnes omitti potuisse nemo sanus credet.

---

[1]) Has veras lectiones a correctore non Suidae codici Harpocrationeo sed libro archetypo nostrorum Suidae codicum adscriptas fuisse, quod haud scio an aliquis putaverit, mihi non veri simile est. Nam si hoc factum esset, certe etiam in uno alterove nostrorum Suidae librorum mss. lectio in archetypo pr. m. scripta, opinor, exstaret supra scripta fortasse correctura in archetypo alia manu adnotata. Cum autem hoc non ita se habeat, sed illis locis aut omnes aut optimi Suidae codices inter se consentiant, puto illas correcturas iam Suidae codici Harpocrationeo adiectas fuisse, praesertim cum per se probabile sit, Suidam eos libros, quibus in componendo lexico uti vellet, antea correxisse aut corrigendos curavisse.

[2]) l. l. p. 34 sqq.

[3]) Cum Timaeo quattuor glossas lexici Bachmanniani plane aut ex parte conspirantes inveni: *Θαλλός, Θεσμοθέτης, Θῶπες, Πρανές*. Qui consensus quomodo ortus sit, certo definire non possum. Sed suspicor eum inde originem ducere, quod in Timaeum et in lexicon Bachmanni nonnulla ex eodem fonte fluxerint.

Cum autem omnes glossae lexici Bachmanniani apud Photium exstent ac saepe apud utrumque eodem modo corruptae legantur, dubium esse non potest, quin lexicon Bachmanni vel apographum eius nonnullis glossis auctum a Photio adhibitum sit.

Hoc, ut dixi, iam Boysen vidit. Sed neque exposuit, cur non ipso lexico Bachmanni sed glossario paulo pleniore Photium usum esse putaret, neque quaesivit, unde illae glossae quibus Photii apographum lexici Bachmanniani auctum fuisse putat, sumptae essent. Nos in utramque rem accuratius inquiramus.

Atque ex ea re, quod non omnes glossae, quae praeter Harpocrationeas Photio et Suidae communes sunt, in lexico Bachmanni continentur, duae res effici possunt. Aut enim Photius et Suidas praeter Harpocrationem et lexicon Bachm. etiam alio communi fonte usi sunt, aut plenius lexici Bachmanniani exemplar usurpaverunt. Posteriorem autem sententiam veram esse intellegemus inspectis eis lexici Photiani locis, ubi apparet duplex glossarum series. Hinc enim, cum utraque series satis bene secundum litterarum ordinem decurrat nonnullis tantum locis glossis Harpocrationis aut Timaei interrupta, clarissime elucet Photium duos maiores fontes transscripsisse et postea glossas Harpocrationis et Timaei interiecisse. Altera autem quaeque series apud Suidam exstat, altera deest. Atque in ea, quae apud Suidam quoque invenitur, omnes glossae lexici Bachmanniani leguntur. Cum autem praeter has glossas etiam complures aliae in illa insint, quae quamquam absunt a lexico Bachmanni, tamen litterarum ordinem non turbant, sed suo quaeque loco leguntur, manifestum est eam seriem e lexico quodam fluxisse, quod paulo plenius esset lexico Bachmanniano.

Inspiciamus e. g. apud Photium initium litterae *P*. Hic in posteriore serie, quae apud Suidam quoque exstat, hae glossae leguntur: *Ῥά, Ραγδαῖος* B, *Ῥαγδαίους, Ῥαδαμάνθυος ὅρκος, Ῥάδαμνος* B, *Ῥάδιον* B, *Ῥαδιουργός* B ex parte, *Ῥαδίως* B, *Ῥάζειν καὶ ῥύζειν, Ῥαθάμιγγες, Ῥαθυμία* B, *Ῥαΐσας* B, *Ῥαΐσας* Harp., *Ῥαθυμεῖν*.

Omnes glossae optime ordinatae sunt (una excepta *Ῥαθυμεῖν*, quae cur non suo loco legatur nescio). Eis quae etiam in lexico Bachmanni inveniuntur, adscripsi litteram B. Vides

igitur in hac parte eius lexici, quo Photius usus est, lexico Bachmanni adiectas fuisse has glossas: *Ῥά, Ῥαγδαίους, Ῥαδαμάνθυος ὅρκος, Ῥαδιουργός* (maxima ex parte) *Ῥάζειν καὶ Ῥύζειν, Ῥαθάμιγγες, Ῥαθυμεῖν.*

Eadem est condicio duplicis seriei sub *Κο.* Hic enim in priore serie, quae apud Suidam quoque legitur, has glossas scriptas vides: *Κόγχη, Κόγχην, Κόθορνος* B, *Κοῖλον* B, *Κοῖλα, Κοινὰ τὰ φίλων, Κοινὸν γραμματεῖον* Harp., *Κοίθουρον, Κοινεῖον* B, *Κοινολογία* B, *Κοίρανος* B, *Κοινωνικόν* Harp., *Κοῖτος* B. Glossae *Κοινὸν γραμματεῖον* et *Κοινωνικόν* ex Harpocratione sumptae sunt, glossa *κοίθουρον* postea interpolata est[1]), reliquae vero glossae optimo ordine se excipiunt. Itaque hoc loco insertae fuerunt lexico Bachmanni glossae: *Κόγχη, Κόγχην, Κοῖλα, Κοινὰ τὰ φίλων.*

Iam oritur quaestio, unde illae glossae lexico Bachmanni additae fluxerint. Sed hoc nondum certo cognosci potest, cum adhuc parum cognita habeamus illa lexica vetustiora lexico Bachmanniano (Pamphili, Diogeniani, Aelii Dionysii, Pausaniae, similia). Pauca tantum, quae observavisse mihi videor, proferam.

Atque primum quidem nego inter illa additamenta quaequam fuisse ex Aelio Dionysio et Pausania atticistis aut e Timaei lexico Platonico.

Ac de Timaei glossis, ut ab his initium sumam, pauca modo dicenda sunt. Has enim, quamquam in Eudemo exstant[2]), nondum in illo Photii fonte, quem ampliorem fuisse dico lexico Bachmanni, exstitisse, sed a Photio ex ipso Timaeo haustas esse vel e glossa *Νωειν* intellegi potest, quam Photius aliunde atque e Timaeo habere nequit[3]). Atque idem inde efficiendum est, quod Photiana glossa *Ὁμόγνιοι,* quae e Timaeo deprompta est, in media ea serie legitur, quae apud Suidam deest neque glossas lexici Bachmanniani continet. Nam in Photio p. 332, 18—333, 3 (ed. Porson Oxon. 1822) duplex cernitur glossarum series; prior series complectitur 7 glossas (*Ὁμόδουλος — Ὁμοθύμως*), posterior 4 (*Ὁμογάλακτες — Ὁμόθεν*). In media posteriore serie

1) Cf. supra p. 25.

2) Puto enim etiam Eudemum e lexico Bachmanni adiectis aliis glossis ortum esse. Quam sententiam infra breviter exponam.

3) Cf. supra p. 36 sqq.

Timaei glossa exstat. Unde sequitur Timaei glossas non in fonte a Photio priore loco transscripto, qui glossas lexici Bachmanniani complecteretur, scriptas fuisse, sed a Photio ex ipso Timaeo post transscriptos duos maiores fontes esse additas.

Quae sententia optime ea re confirmatur quod multae Timaei glossae in Photii lexico non suo loco leguntur. Cf. glossas: *Παράστασις, Παρίεμαι, Πειρῶντα, Περιεῖπον, Πεττεία, Πρέμνον, Προσέπαισεν, Πρωΐ.*

Sequitur, ut de Aelio Dionysio et Pausania verba faciam. Quorum lexica paene tota a Photio recepta esse, ut iam supra vidimus[1]) inde efficitur, quod ea, quae apud Eustathium atticistis nominatim tribuuntur, fere omnia apud Photium exstant. Quare puto has glossas eis locis, ubi in Photio duplex series apparet, efficere atque explere alteram seriem, nempe eam, quae apud Suidam desideratur. Liceat mihi exponere, quibus causis ad hanc sententiam adductus sim.

Meminerimus primum eas Photii glossas, quae apud Eustathium atticistis tribuantur longe maxima ex parte apud Suidam deesse[2]). Nam ex eis 43 glossis, quas supra commemoravimus, 7 tantum apud Suidam exstant atque ex his 3 modo apud Suidam eisdem verbis atque apud Photium scriptae sunt. Itaque 36 apud Suidam omnino desiderantur. Cum autem eis locis, ubi apud Photium duplicem seriem exstare vidimus, altera series tota legatur apud Suidam, altera tota ab eo absit, necesse est eas 36 glossas ei Photii fonti tribuere, e quo alteram seriem, quae apud Suidam deest, descripsit. Et profecto initio litterae *P* glossa *Ῥαδιουργός,* quam Eustathius Aelio Dionysio nominatim tribuit, in ea serie legitur, quae a Suida abest.

Atque hanc seriem totam ab atticistis originem ducere etiam inde veri simile fit, quod aliae quoque huius seriei glossae apud Eustathium inveniuntur quamvis non diserte atticistarum esse dicantur. Cf. glossam *Ῥαθαπυγίζειν,* quae laudatur apud Eust. p. 1818, 57, id quod Naber adnotare praetermisit, et glossam *Ῥαικούς* laudatam apud Eust. p. 890, 14.

Sed scio, quid dicturus sis. Cum enim nonnullae Photii

---

[1]) Cf. supra p. 19.
[2]) Cf. supra p. 20 sq.

glossae, quas ab atticistis profectas esse teste Eustathio sciamus, etiam apud Suidam legantur, tuo iure putare tibi videris, secundum meam sententiam necesse esse, has in eo fonte Photii exstitisse, qui glossas lexici Bachmanniani contineret totaque apud Suidam rediret, minime autem cogitari posse atticistarum glossas et in hunc et in illum Photii fontem esse distribuendas.

Libenter concedo hoc minime cogitari posse. Sed nunc demonstrabo illa sententia supra a nobis prolata nullo pacto nos cogi, ut hoc cogitemus.

Inspice enim, quaeso, iterum initium litterae *P* apud Photium: videbis in ea quoque serie, quae apud Suidam redit, exstare glossam *Ῥαδιουργός*. Atque haec glossa cum ea, quae in priore serie sub eodem lemmate legitur, exceptis primis verbis prorsus congruit.

Prioris enim seriei glossa haec est: *Ῥᾳδιουργός· οὐχ ὁ γράμματα παραποιῶν, ἀλλ' ὁ κακοῦργος ἁπλῶς· καὶ ῥᾳδιουργία ἡ περὶ πᾶν ὀλιγωρία καὶ εὐκαιρία καὶ θρασύτης· Ξενοφῶν δὲ καὶ ἐπὶ εὐκολίας ἐχρήσατο τῇ λέξει.*

Posterioris seriei autem haec: *Ῥᾳδιουργός· πλαστογράφος καὶ ὁ κακοῦργος ἁπλῶς· καὶ ῥᾳδιουργία ἡ περὶ πᾶν ὀλιγωρία καὶ εὐκαιρία καὶ θρασύτης· Ξενοφῶν δὲ καὶ ἐπὶ εὐκολίας ἐχρήσατο τῇ λέξει.*

Illa apud Suidam deest, haec apud eum exstat. Vides igitur Suidam, quamvis simillima praebeat atticistis ac paene ad verbum cum illis congruat, haec non ex atticistis deprompsisse, sed ex eo fonte, qui ei communis erat cum Photio et qui Bachmanni lexicon complectebatur (Eudemo).

Ut autem Suidas hanc glossam atticistis simillimam non ab atticistis accepit, ita ne alias quidem glossas, quae ei cum atticistis communes sunt, eum ex ipsis atticistis hausisse necesse est. Sed ab Eudemo, quo Suidam usum esse infra docebimus, eas depromere potuit. Atque cum hoc ita factum esse liquido probare mihi proposuissem, rogavi Boysenum, ut mecum communicaret, utrum glossae *Ἐς κόρακας, Ἔφυγον κακόν, Θετταλικαὶ πτέρυγες, Θετταλῶν σόφισμα, Θριπηδέστατον, Ἰδιόξενος, Ταρροί,* quae solae sub litteris *E, Θ, I, T* apud Suidam cum atticistis conspirant[1]), et glossae *Ἤγαλλεν, Ἤλεκτρον,*

[1]) Cf. supra p. 20.

Ἡμιολία, Ἤνυστρον, quae e 9 glossis rhetoricis, quas Etymologicum Magnum sub lit. H exhibet, solae apud Suidam inveniuntur [1]), etiam in Eudemo Parisino exstarent, necne. Atque ille benignissime mihi obsecutus respondit inde a glossa *Θεμιστεύσαντος* usque ad finem litterae *K* in eo codice, unde derivatus esset Eudemus Parisinus, manifesto lacunam fuisse, quae postea variarum glossarum farragine expleta esset; itaque deesse glossas *Θετταλικαὶ πτέρυγες, Θετταλῶν σόφισμα, Θριπηδέστατον, Ἰδιόξενος*, reliquas vero glossas de quibus quaesivissem legi in Eudemo Parisino. Atque has, quas Boysen mihi exscripsit, hic adnotabo, ut quivis eas cum Photio et Suida conferre possit.

Ἐς κόρακας· Βοιωτοῖς ὁ θεὸς ἔχρησεν ὅπου ἂν λευκοὶ κόρακες ὀφθῶσιν ἐκεῖ κατοικεῖν. περὶ δέ τὸν παγασιτικὸν κόλπον ὑπὸ παίδων ἀκάκων γυψωθέντας κόρακας ἰδόντες περιπετομένους τοῦ ἀπόλλωνος ᾤκησαν χωρίον κόρακας, ὕστερον δέ αἰολεῖς ἐκβαλόντες αὐτοὺς τοὺς φυγαδευομένους εἰς αὐτὸ ἔπεμπον. οἱ δέ ὡς τοῦ ζώου ἀναιδοῦς καὶ δυσοιωνιστικοῦ ὄντος. Ἀριστείδης δέ φησι λοιμοῦ κατασχόντος καὶ κοράκων πολλῶν γινομένων τοὺς ἀνθρώπους θηρεύοντας αὐτοὺς καὶ περικαθαίροντας ἐᾶν ζῶντας καὶ ἐπιλέγειν τῷ λοιμῷ· φεῦγ' ἐς κόρακας. ὁ δέ αἴσωπος μυθικῶς κολοιὸν μέγαν νομίσαντα τοῖς κόραξιν ὅμοιον εἶναι πρὸς αὐτὰς πολευθῆναι (sic!) *ἡττηθέντα δέ πάλιν εἰς τοὺς κολοιοὺς ὑποστρέψαι· τοὺς δέ ἀγανακτήσαντας πταίειν αὐτὸν λέγοντας· φεῦγ' ἐς κόρακας. ἀριστείδης δέ ἀποδίδωσι διὰ τὸ ἐν τοῖς τράχεσι τόποις καὶ κρημνώδεσιν νεοσσοποιεῖσθαι λέγειν ἡμᾶς· φεῦγ' ἐς κόρακας· ἤγουν εἰς σκότος εἰς ὄλεθρον.*

Ἔφυγον κακὸν εὗρον ἄμεινον· ὅτι τὴν ἀγρίαν καὶ παλαιὰν δίαιταν φησὶν ἀπρῶσθαι (sic!), *εὑρῆσαι δέ τὴν ἥμερον τροφήν· τὸ γὰρ ἐκ τῶν δρυῶν καὶ ἀκανθῶν στέμμα κακὸν ἔλεγον· νόμος ἀθήνησιν ἀμφιθαλῆ παῖδα ἐστεμμένον ἀκάνθαις μετὰ δρυΐνων καρπῶν λείηνον* (sic!) *βαστάζοντα ἄρτων πλέον τοῦτο λέγειν αἰνισσόμενον τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖσσον μεταβολήν.*

Ταρροὶ τάλαροι καὶ ταρσοί· καὶ τὰ πλατύσματα τῶν κωπῶν· αὐτὸ τὸ πτέρωμα καὶ Θουκυδίδης οὕτως.

---

[1]) Cf. supra p. 24.

Ἤγαλλεν· ἐθεράπευεν δίαιν.

Ἤλεκτρον· ἀλλότυπον χρυσίον μεμιγμένον μετὰ ὑλέου (sic!) καὶ λίθου.

Ἡμιολίαν· τὸ ἥμισυ τοῦ κεφαλαίου.

Ἤνυστρον· τὸ παχὺ μέρος τῆς κοιλίας ἐν ἐντέρῳ· εἰς τρία γὰρ τέτμηται ἡ γαστὴρ ἤνυστρον ἐχῖνον καὶ καρόφαλον (sic!).

Videmus igitur ex illa re, in qua supra offendimus — nempe quod ex atticistarum glossis apud Photium exstantibus, quamquam longe plurimae a Suida absunt, tamen nonnullae etiam apud illum leguntur — minime sequi atticistarum glossas in utrumque maiorem Photii fontem fuisse distributas. Sed non solum hoc ex illa glossa Ῥᾳδιουργός concludere licet, sed etiam aliud, quod, cum ad atticistarum fontes pertineat etiam pluris nostra interest cognoscere. Nam illae duae glossae Ῥᾳδιουργός quamvis maximam partem ad verbum inter se conspirent, tamen primis verbis una ab altera recedit. In posteriore enim legitur πλαστογράφος, in priore οὐχ ὁ γράμματα παραποιῶν. In priore igitur glossa id ipsum impugnatur, quod in posteriore legitur.[1]) Unde sequitur hanc antiquioris originis esse quam illam. Itaque Ael. Dionysius quoque aliud lexicon fere ad verbum transscripsit et in transscribendo ea tantum videtur immutavisse, quae cum attica dialecto pugnarent.[2]) Cum hac re optime convenit, quod ῥᾳδιουργός ab Atticis scriptoribus, quantum quidem nos eorum libros novimus, nunquam notione falsarii usurpatur, sed illi ῥᾳδιουργόν intellegunt omnino hominem maleficum.

Ex eodem autem lexico, quo atticistae utebantur, nonnullae glossae fluxerunt in illum Photii fontem, qui lexicon Bachmanni

---

[1]) Eustathius in laudanda Aelii Dionysii glossa omisit illam glossae partem negativam et pugnacem. Dicit enim p. 1509, 43: ἐκ μέντοι τοῦ ῥᾴδιου ῥᾳδιουργὸς κατὰ Αἴλιον Διονύσιον ὁ κακοῦργος. καὶ ῥᾳδιουργία φησίν ἡ περὶ πᾶν ὀλιγωρία καὶ θρασύτης. Ξενοφῶν δὲ καὶ ἐπὶ εὐκολίας ἐχρήσατο τῇ λέξει. Ita Eustathius scribere potuit si priorem, non si posteriorem glossam apud Aelium Dionysium inveniebat, nam illud negativum enuntiatum omittere potuit, non potuit omittere verbum πλαστογράφος.

[2]) Cum constet Pausaniam et Aelium Dionysium saepe simillima tradidisse (cf. Naber proll. p. 18 et 39), sine dubio Pausanias ex eodem fonte atque Aelius Dionysius hausit.

continebat et quem etiam aliis additamentis auctum Suidas quoque in usum vocavit.

Itaque iam apparere puto, quo modo factum sit, ut nonnullae glossae apud Suidam cum atticistis conspirarent, quamquam Suidas eorum lexica non usurparet.

Item nunc facile intellegimus, cur illa glossa Ῥᾳδιουργός apud Photium bis legatur. Naber putat duas illas glossas ex duplici recensione Aelii Dionysii fluxisse, quam Photius in bibliothecae cod. 152 commemorat.[1]) Sed vel per se minime probabile est Photium eiusdem lexici duplicem recensionem ita adhibuisse, ut utramque seiunctim exscriberet. Nostro vero loco etiam pugnat haec glossa cum illa, neque facile cogitari potest Aelium Dionysium ipsum se impugnavisse. Quare hoc quoque loco a Nabero dissentio et censeo hanc glossam ut multas alias in utrumque maiorem Photii fontem diversa via venisse.

Sed priusquam ab atticistis discedamus etiam exponendum est, quale atticistarum exemplar, quo Photius usus est, fuerit.

Atque cum eis locis, ubi apud Photium duplex occurrit glossarum series, utriusque atticistae glossas in una eademque serie exstare mihi persuasum sit, quia uterque a Suida neglectus est et glossae a Suida neglectae illis locis apud Photium semper unam efficiunt seriem, suspicor eo tempore quo Photius lexicon conscriberet, iam Aelii Dionysii et Pausaniae lexica in unum conglutinata fuisse, id quod idem Photius in bibliothecae, quam ante lexicon conscriptam esse constat[2]), cod. 153 utilissimum fore dixerat: *εἰ δέ τις ἐκείναις ταῖς δυσὶν* (scilicet Aelii Dionysii) *ἐκδόσεσιν καὶ τὴν Παυσανίου ἐγκατατάξας ἓν ἀπεργάσαιτο σύνταγμα, ῥᾷστον δὲ τῷ βουλομένῳ, οὗτος ἂν εἴη τὸ κάλλιστον καὶ χρησιμώτατον τοῖς ἀναγινώσκουσι τὰς Ἀττικὰς βίβλους σπούδασμα εἰσενεγκάμενος.*[3])

Photius igitur unum tantum atticistarum lexicon, non duo usurpavit, nedum duplici Aelii Dionysii recensione uteretur. Ubi autem in atticistarum lexico et in altero, quo utebatur, maiore fonte eandem glossam inveniebat, unam tantum ex eis recipiebat

---

[1]) Cf. Naber, proll. p. 25.

[2]) Cf. Boysen l. l. p. 66 sq.

[3]) Photius videtur hoc munus aut ipse suscepisse aut discipulo cuidam suscipiendum mandasse.

exceptis eis locis, ubi glossae inter se non paucis modo verbis sed tota dictione discreparent aut ubi neglegentia quadam utrumque fontem separatim exscribebat.

Sed redeamus, unde digressi sumus. Quaerere voluimus, unde illa additamenta lexico Bachmanni adiecta fluxissent. Huc usque vidimus nonnulla ex eodem fonte, quo atticistae Aelius Dionysius et Pausanias usi essent, esse profectas. Iam de aliis additamentis videamus.

Atque ille fons atticistis et amplificatori lexici Bachmanniani communis qui fuerit certo dicere nequeo. Sed iam Stoientin [1]) suspicatus est atticistas e Pamphilo hausisse; neque mihi hoc a veri similitudine videtur abhorrere. Cum enim in Pamphili lexico praeter multa alia etiam Didymi vel Theonis *λέξεις κωμικαὶ καὶ τραγικαί* continerentur [2]) neminem puto, qui Hadriani tempore lexicon Graecum conscriberet, illum copiosissimum thesaurum neglexisse.

Pamphili igitur lexicon [3]) fortasse pro illo communi fonte habendum est. Atque e Pamphilo etiam aliae glossae lexico Bachmanni additae haustae esse possunt. In eis enim haud paucae insunt glossae comicae, quas Pamphilus e Theonis vel Didymi lexico comico depromere potuit, velut in initio litterae *P* *Ῥαγδαίους*, ubi laudantur comici poëtae Antiphanes, Diphilus, Teleclides, Aristophanes, et *Ῥάζειν καὶ Ῥύζειν*, ubi laudantur Hermippus comicus et Cratinus.

Utrum eae quoque glossae, quae Photio communes sunt cum quinto Bekkeri lexico, e Pamphilo originem ducant, an ex antiquo lexico rhetorico, hoc etiamnunc in dubio relinquendum est. Neque enim cum L. Cohnio [4]) omnino negaverim eas per atticistarum lexica e Pamphilo in Photii lexicon fluxisse. L. Cohn enim Photium eas ab atticistis accepisse idcirco non putat, quod sola rhetorica dictio in eis respiciatur, cum constet atticistas non in illa acquievisse, sed maxime comicos et tragicos poëtas respexisse. Sed cum viderimus ne atticistas quidem proprio studio suas glossas fabricasse, sed mutatis mutandis aliunde transscripsisse,

[1]) in Fleckeiseni annalibus 119 (1879) p. 124.
[2]) Cf. Naber, proll. p. 18.
[3]) vel epitome ex eo facta.
[4]) Cf. L. Cohn l. l. p. 825 sqq.

nonne cogitari potest aut probabile est diversas glossas et ad poëtas et ad oratores denique ad omnes scriptores Atticos spectantes apud eos exstitisse? Mihi quidem hoc non videtur non esse veri simile. Quare fortasse illae glossae, quae apud Photium et in quinto Bekkeri lexico simili modo scriptae sunt et ex parte etiam apud Suidam leguntur, omnes e Pamphilo originem ducunt et in Photium per Aelii Dionysii et Pausaniae lexica aut per alterum maiorem fontem, in Suidam autem per hunc eundem fontem etiam aliquot glossis auctum (Eudemum), in quintum Bekkeri lexicon denique alia via, quam non novimus, pervenerunt. Sed bene scio me coniecturam tantum protulisse neque certo hoc affirmari licere.

Praeterea in illis additamentis lexici Bachmanniani numerandae sunt nonnullae glossae Platonicae. Cf. *Ῥαδαμάνθυος ὅρκος* (schol. Plat. Apolog. 21 E), *Κοινὰ τὰ φίλων* (schol. Plat. Phaedr. 279 C).

Naber has glossas ut permultas Platonicas e Boetho haustas esse putavit. Sed iam L. Cohn [1]) demonstravit Photium e Boetho non tantum glossarum numerum transscripsisse, quantum vellet Naber; quamquam constare putat v. d. Photium Boetho usum esse, hoc enim inde elucere Cohn existimat, quod glossa *Ἦ δ' ὅς*, quae in lexico anonymo [2]) *Περὶ τῶν ἀπορουμένων παρὰ Πλάτωνι λέξεων* nominatim Boetho tribuatur, cum Photio consentiat.

Sed contemplare accuratius, quaeso, hanc glossam.[3])

Lexicon anonymum p. 339: *Τὸ ἦ δ' ὅς σημαίνει, ὥς φησι Βοηθὸς ὁ Στωϊκὸς φιλόσοφος, τὸ ἔφη. τὸ δὲ ἦν δ' ἐγὼ τὸ ἔφην. ἔστι δ' ὅτε καὶ Ὁμηρικώτερον τῷ ἦ χρῆσθαι ἀντὶ τοῦ ἔφη, ὡς ἐν ἀρχῇ τῆς Πολιτείας ὁ Πλάτων· ὡσαύτως καὶ ἦ δ' ἐγὼ ἀντὶ τοῦ ἔφην ἐγώ. Ἀρίσταρχος δὲ τὸ ἦ δ' ὅς ἀντὶ τοῦ ἔφη δέ, τὸ δὲ ἦν δ' ἐγὼ ἔφην ἐγώ· τὸ δὲ ἦ τῶν ἀρχαίων εἶναι φησὶ λεξειδίων.*

Photius: *Ἦ δ' ὅς· οἱ μὲν περὶ Ἐρατοσθένην ἀντὶ τοῦ*

---

[1]) l. l. p. 794 sqq.

[2]) ed. Miller, Mélanges de littérature grecque p. 399 sqq. — Zarncke l. l. p. 58 hoc lexicon Didymi Arei esse dicit.

[3]) Cf. etiam ea, quae de voce ἦ δ' ὅς A. Ludwich dicit in Mus. Rhen. tom. XLI p. 437—453.

ἔφη δὲ ὅς· διὸ καὶ δασύνουσι τὴν ἐσχάτην· ἐντετάχθαι γὰρ ἄρθρον τὸ ὅς· καὶ ἦ ἀντὶ τοῦ ἔφη· ἀλλὰ περιμενοῦμεν ἦ δ' ὅς ὁ Γλαύκων· καὶ ἦν δὲ ἐγώ· ἀντὶ τοῦ ἔφην δὲ ἐγώ· παρὸ δὴ καὶ Ἕρμιππος ἐν Ἀθηνᾶς γοναῖς ἠσὶν ἀντὶ τοῦ φησίν. Ὁ Ζεύς, δίδωμι Παλλάς, ἠσί, τοὔνομα. Ἀρίσταρχος δὲ τὸ μὲν ἦ δ' ὅς ἀντὶ τοῦ ἔφη δὲ ὅς· τὸ δὲ ἦν δ' ἐγὼ ἔφην δ' ἐγώ· τὸ δὲ ἦ τῶν ἀρχαίων ἔφη εἶναι λεξειδίων. Ὅμηρον δὲ οὐ κατὰ πάντα χρῆσθαι αὐτῷ· οὐδὲ σχηματίζειν ἀπ' αὐτοῦ τὸ ἀνάλογον μέν, ὡς ὅτ' ἂν λόγου τελευτὴν σημαίνῃ. Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι· καὶ· Ἦ καὶ ἐπ' Ἀντινόῳ· τοὺς δὲ μεθ' Ὅμηρον ἀδιαφόρως αὐτὸ τάσσειν.

Vides glossas non inter se consentire nisi eo enuntiato, ubi de Aristarcho sermo est. Minime autem e lexici anonymi glossa apparet hoc enuntiatum ipsum quoque tribuendum esse Boetho. Immo videtur Aristarchi sententia opponi Boetho. Quare ex hac glossa non sequitur, Photium Boetho usum esse. Neque omnino hoc liquido demonstrari potest. Contra, opinor, si Photius Boetho usus esset, certe non quadraginta fere glossas [1]), sed plures ex eo deprompsisset. Hoc enim putare licet, quoniam Photius reliquos fontes, Harpocrationem, lexicon Bachmanni, alios, fere totos transscripsit.

Atque, cum glossae Platonicae (exceptis Timaei glossis) eis locis, ubi apud Photium duplicem seriem exstare animadvertimus, in eadem serie atque glossae lexici Bachmanniani legantur neque ordinem interrumpant, videntur in Photii lexicon ex eodem fonte fluxisse atque glossae lexici Bachmanniani.

Ne tamen ex paucis illis locis, ubi duplex series apparet, nimium concludam, non dico omnes glossas Platonicas hac via in Photium pervenisse. Sed — ut omittam eas glossas Platonicas quas atticistae exhibebant et quae a Suida absunt — fortasse etiam e scholiis Platonicis nonnulla Photius mutuatus est.[2]) Sed certum hoc non est, nam consensus ille inter Photium et scholiastam Platonis intercedens potest etiam inde ortus esse, quod uterque eundem fontem adiit.

Repeto hoc loco, quod iam supra dixi, me non id agere,

---

1) Cf. Cohn l. l. p. 794 sqq.

2) Cf. Blomfield, Review of Hermanns Photius in Photii editione Porsoniana, Lips. 1823 p. 740 et 742.

ut de omnibus illis additamentis, quibus Photii exemplar lexici Bachmanniani auctum fuisse arbitrer, statuam unde fluxerint. Neque enim hoc iam nunc fieri potest. Sed pauca tantum protuli, quod observavisse mihi videor.

Hoc autem existimo me non temere ex illis locis, ubi duplex series apud Photium exstat, conclusisse: Photium fere omnes glossas, quas praeter Harpocrationis et Timaei glossas communes habet cum Suida, deprompsisse e lexico quodam, in quo lexicon Bachmanni cum haud paucis additamentis contineretur.

Iam videamus unde Suidas eas glossas, quas communes habet cum Photio, acceperit. Atque, ut paucis dicam quid sentiam, puto Suidam ipsum quoque Harpocratione usum esse, Timaei autem glossas cum omnibus eis glossis, quas Photius sumpsit e lexico paulo pleniore quam lex. Bachm., e lexico quodam hausisse Eudemo Parisino persimili.[1])

De Suidae glossis Harpocrationeis quid iudicandum esset, iam supra exposuimus. Restat, ut nostram de Eudemo sententiam proferamus.

Atque Eudemo Suidam usum esse iam Boysen censuit, sed non satis firma argumenta attulit neque viris doctis persuasit.[2]) Nihil enim docuit nisi Suidam plures glossas cum Eudemo communes habere quam cum Photio et ex eis glossis, quae apud omnes tres invenirentur, Suidae glossam *Παναθήναια* magis cum Eudemo quam cum Photio conspirare.[3]) Prorsus autem neglexit Naberi sententiam, qui putat Eudemum totum excerptum esse e Suida (cf. proll. p. 131 sq.); quam sententiam postea etiam Stoientin, quamvis paululum immutatam, protulit.

Itaque nos primum quaeramus, quare negandum sit Eudemum e Suida esse excerptum.

---

[1]) Eudemi codices Florentinus et Vindobonensis adeo a Parisino differunt, ut paene pro aliis lexicis habendi sint.

[2]) Velut Stoientin, censor libelli Boyseniani, l. l. Boyseni argumenta improbat.

[3]) In enumerandis eis glossis, quae initio litterae *Π* apud Suidam et Eudemum exstarent, apud Photium autem deessent, erravit Boysen in glossis *Παιδιά*, *Παλάθαι*, *Παλιγκάπηλος*, *Παλιλλογία*, *Παλίλλογα*, quae omnes etiam apud Photium leguntur. Contra Boysen addere debebat illis glossis: *Παιόλημα*, *Παλίγκυρτος*, *Παλίμβολον*.

Atque primum quidem omnes Harpocrationis glossae in eis partibus Eudemi Parisini, quas adhuc cognitas habemus, desiderantur.[1]) Unde clarissime elucet, Eudemi lexicon non e Suida originem ducere. Nam in describendo Suida omnes glossas Harpocrationeas omitti potuisse nemo erit qui putet; neque enim quisquam eas ipsis oculis a reliquis internoscere potuit, neque cur omitterentur ulla causa erat.

Eodem modo atque Harpocrationis glossae etiam omnes Suidae glossae geographicae velut *Παγασαί, Παγασιτικὸς κόλπος, Πάγγαιον, Παγχεντῖτις, Πάδος* ceterae et omnes glossae, quae ad viros illustres pertinent, velut *Παγκράτιος* I, *Παγκράτιος* II, *Πάκατος, Πάκορος, Παλλάδιος* ceterae apud Eudemum desunt. Neque tamen his, cum consulto omissae esse possint, argumento utar.

Sed argumentum illud ex Harpocrationis glossis petitum firmissimum est, et optime illo probatur, Eudemum non e Suida excerptum esse.

Atque idem sequitur e singulis quibusdam glossis, quas nunc mecum, quaeso, percense.

1. S. v. *Ἀγώγιμος* in lexico Bachmanni et apud Photium exstat: *ἄγων, ἀγόμενος.*

Apud Suidam respondet glossa: *Ἀγώγιμον καὶ Ἀγώγιμος· ἄγων, ἀγόμενος, φερόμενος.*

Eudemus autem in hac glossa plane cum lexico Bachmanni et Photio conspirat, quod fieri non posset, si Eudemus Suidam exscripsisset. An putas hanc glossam, quam Suidas amplificaverat, ab Eudemo casu in pristinam formam esse redactam?

Idem atque in glossa *Ἀγώγιμος* etiam in his glossis animadverti potest: 2. *Ἀγχίνοια.* 3. *Παγκρατιασταῖς.* 4. *Παλάθαι.* 5. *Πανάκεια,* quae apud Eudemum eodem modo scriptae sunt atque in lexico Bachmanni, cum apud Suidam additamentis auctae sint.

6. S. v. *Παλεῦσαι* haec exhibet Suidas: *Παλεῦσαι· ἐξαπατῆσαι, ὑπαγαγέσθαι. καὶ παροιμία· Παλεύει καλῶς τὴν ἀλώ-*

---

[1]) Quamquam Boysen sub *Αγ* glossas *Ἀγυιεύς* et *Ἀγυιά* I Harpocrationi tribuere vult, tamen hae glossae parvam tantum partem eius glossae efficiunt, quam Harpocration sub *Ἀγυιᾶς* exhibet, ac fortasse ex eodem fonte et in Harpocrationem et in Eudemum fluxerunt.

πεκα. καὶ Παλεύτρια, περιστερὰ πλάνος. Ἀριστοφάνης Ὄρνισι cetera.

Apud Photium eadem glossa exstat, sed desunt verba καὶ παροιμία — ἀλώπεκα et Ἀριστοφάνης usque ad finem.

Eadem verba autem, quae a Photio absunt, etiam apud Eudemum desiderantur.

7. Suidas cum glossa Παλινοδία glossam Παλινῳδία in unam coniunxit.

In lexico Bachmanni autem et apud Eudemum glossa Παλινῳδία eo loco scripta est, quo secundum elementorum ordinem scripta esse debet.

8. Lexicon Bachmanni et Photius hanc praebent glossam: Παῖσαι, τύψαι. Eudemus Parisinus: Παῖσαι· τύψαι ἢ παῖξαι Ἀττικῶς. Suidas: Παῖσαι· παῖξαι, τύψαι.

Hoc loco manifestum est Eudemum in uno fonte invenisse Παῖσαι· τύψαι et ex altero fonte addidisse ἢ παῖξαι Ἀττικῶς. Suidas deinde verba ἢ et Ἀττικῶς tamquam inutilia omisit et scripsit: Παῖσαι· παῖξαι, τύψαι.

Quare neminem esse puto, qui arbitretur, hanc Eudemi glossam e Suida esse profectam.

9. S. v. Ἐς κόρακας Suidas in priore parte glossae cum Zenobio congruit, qui alia praebet atque Pausanias apud Eustathium et Photius. Eudemus autem omissis paucis scripturae discrepantiis prorsus cum Photio conspirat, non cum Suida.[1])

Quare hanc glossam Eudemus nullo pacto e Suida descripsit.

10. S. v. Ἔφυγον κακόν inde a verbis νόμος Ἀθήνησιν Eudemus ad verbum conspirat cum Photio[2]), Suidas autem multis verbis ab utroque discrepat.

Has igitur decem glossas Eudemum e Suida transcripsisse certo negari potest. Quare sine dubio falsa est Naberi sententia, qui suspicatur Eudemi opus totum e Suida esse excerptum.

Quod item efficitur ex alia quadam re, quam paucis tangere mihi liceat. Notissimum enim est Suidam in ordinandis glossis non secutum esse veterem illam elementorum seriem, sed ordinem

¹) Cf. supra p. 13 et p. 54.

²) Cf. supra p. 54.

elementorum immutasse secundum eam litterarum appellationem vel pronunciationem, quae ipsius tempore in usu erat.

Quodsi Eudemus suum lexicon excerpsisset e Suida, mirum esset, quod non eundem quem Suidas, sed vulgarem illum litterarum ordinem sequitur. Ergo hac quoque re Naberi sententia refellitur.

Sed ne id quidem, quod Stoientin opinatur, verum esse puto: permultis locis Eudemum interpolatum esse e Suida. Quoniam enim vidimus Eudemum cum certas quasdam glossas lexici Bachmanniani, tum alias glossas, quae non in lexico Bachmanni leguntur, sed Eudemo communes sunt cum Photio, non Suidae debere, nulla est causa cur arbitremur eum reliquas utriusque generis glossas non ex eodem fonte hausisse atque illas.

Itaque eae solae glossae restant, quas unus Suidas communes habet cum Eudemo. Quae glossae ab Eudemo e Suida transscriptae esse possent, nisi in hac quoque sententia permirum esset, quod omnes glossae Harpocrationeae ab Eudemo absunt.

Quare censemus Eudemum omnino non e Suida pendere, quantum quidem in nostra Eudemi cognitione de hac re iudicium fieri potest. Sed putamus Eudemi lexicon ita ortum esse, ut Photii illi fonti paulo pleniori quam lex. Bachm. aliae glossae ex aliis fontibus adiungerentur.

Quibus in glossis eae videntur numerandae esse, quas Eudemus e Timaei lexico Platonico desumptas habet. Nam in illo Photii fonte has nondum exstitisse supra vidimus.[1]) Suidas autem e Timaeo nullas videtur habere glossas nisi quae etiam in Eudemo leguntur.[2]) Quamquam enim Timaei glossa *Ἄγγροικος,* quae apud Suidam legitur, hodie in Eudemi codice Parisino deest et nonnullae glossae Timaei in Eudemo Florentino paulo aliter scriptae sunt atque apud Suidam (cf. glossas *Παράστασις, Παρόν, Πατρούχου παρθένου*)[3]), tamen hae discrepantiae fortasse vitiis codicum Eudemianorum tribuendae sunt. Sed plane certum iudicium de hac re non ante editum a Boyseno Eudemum fieri poterit.

---

[1]) Cf. supra p. 51 sq.

[2]) Cf. Boysen l. l. p. 43.

[3]) Cf. Boysen l. l. p. 104.

Aliae glossae, quae soli Suidae cum Eudemo communes sunt, unde in Eudemum manaverint, nondum intellegi licet, neque ad nostram quaestionem hoc interest, cum illae glossae non in Photii lexico exstent.

Restat ut paucis demonstrem Suidam Eudemo usum esse. Atque primum Suidas quae cum Photio communia habet exceptis glossis Harpocrationeis omnia ex Eudemo depromere potuit, apud quem eadem exstant. Quamvis enim initio litterae *Π* quinque glossae Photio et Suidae communes non legantur apud Eudemum[1]) (*Παλαιόν, Παλίωξις, Παντὶ σθένει, Πάντοσε, Πανύστατον*), tamen glossa *Παλαιόν* in optimo Suidae codice deest atque ideo in Suida postea videtur adiecta esse; reliquae autem quattuor glossae omnes in lexico Bachmanni (cod. Coisl. 345 aut 347) inveniuntur, quare incuria librarii eas in Eudemo Parisino omissas esse putandum est.

Ac re vera Suidam eas glossas, quae ei cum Photio et Eudemo communes sunt, ab Eudemo accepisse inde intellegitur, quod Suidas multis locis magis cum Eudemo quam cum Photio conspirat. Cf. glossas *Νωειν, Πελάτης, Ἀγχιστίνδην, Ἀγωγεῖ, Παῖσαι, Παλαμῶν, Παλιμβαλής*, quas supra[2]) tractavi.

Praeterea autem, ut iam Boysen docuit, multae glossae Suidae cum solo Eudemo communes sunt, quae nusquam alibi leguntur.

Quare iam satis apparere puto Suidam Eudemi lexicon transscripsisse.

Hoc tantum monendum est Suidam codicem Eudemi usurpasse, qui minus corruptus erat Eudemo Parisino nonnullisque locis videtur ex aliis lexicis correctus fuisse.

Nam in Eudemo Parisino non solum nonnullae glossae librariorum neglegentia totae omissae[3]), sed etiam quaedam contractione breviores factae sunt. Cf. glossas *Παιδικά* (cod. Coisl. 345 totam glossam exhibet, cod. Coisl. 347 et Eudemus contractam), *Παιῶνας* (codd. Coisl. 345 et 347 cum Suida consentiunt, Eudemus pauciora exhibet), *Πάμπαν* (in Eudemo totum enun-

---

[1]) Cf. supra p. 39 sqq.

[2]) p. 36 sqq.

[3]) Cf. supra.

tiatum omissum est, quod in lexico Bachmanni mutilatum, in Suida integrum exstat).

Saepius etiam pro casu quodam obliquo, quo lemma glossae apud Suidam scriptum est, in Eudemo casus nominativus numeri singularis legitur. Cf. glossas: *Παγκρατιαστής, Πανδαισία, Πανδερκής.*

Sed has omnes discrepantias facillime in scribendis codicibus oriri potuisse nemo negabit. Aliis vero locis Eudemus et Suidas soli veram lectionem exhibent, cum lexicon Bachmanni et Photius corrupta praebeant. Cum autem Eudemus ex ipso illo Photii fonte paulo pleniore quam lexicon Bachmanni videatur profectus esse, puto in Eudemo quoque illos locos antea corruptos fuisse et a correctore quodam veras lectiones fuisse adnotatas. Quod ut intellegatur inspiciendae sunt glossae *Θεοπροπία* et *Παλαιστάς.*

1. S. v. *Θεοπροπία* in lexico Bachmanni et apud Photium perperam legitur *ἁμαρτία* pro *μαντεία.* Suidas veram lectionem praebet. Cum autem minime probabile sit Suidam ipsum coniectura veram lectionem invenisse[1]), conicio in eo quo uteretur Eudemi codice veram lectionem ex alio lexico (fortasse e meliore lexici Bachmanniani libro) adscriptam fuisse.

2. S. v. *Παλαιστάς* cod. Coisl. 347 et Photius haec exhibent: *σπιθαμὰς ἢ ἔμπαλιν.* Suidas cum codice Coisl. 345: *σπιθαμὰς ἢ ἐν πάλῃ.*

Veram lectionem praebere videtur Eudemus: *Παλαιστάς· σπιθαμὰς ἢ ἐν πάλῃ ἀνταγωνιστάς.*

Sed in Eudemo quoque, opinor, quippe qui ex illo Photii fonte paulo pleniore quam lex. Bachm. exstiterit, olim *ἢ ἔμπαλιν* scriptum fuit, sed antequam Suidas Eudemo uteretur, hoc a correctore mutatum est in *ἐν πάλῃ,* posteriore demum tempore verbum *ἀνταγωνιστάς* a nescio quo adiectum est, qui sententiam glossae sanam reddere volebat.

Itaque veri simile est, Suidae exemplar Eudemianum ex alio lexico correctum fuisse. Cum autem supra de Suidae codice Harpocrationeo idem statuerimus, suspicor Suidam ipsum antequam lexicon componeret eos fontes, quibus uti vellet, cor-

---

[1]) Cf. supra p. 33 sq.

rigendos curavisse, id quod paene necessarium est ei, qui e compluribus fontibus lexicon componere sibi proposuit.

Iam ut finem faciam commentationis meae liceat mihi paucissimis verbis responsum dare quaerenti, quae ratio inter Photii et Suidae lexica intercedat. Videor igitur mihi demonstravisse consensum inter Photium et Suidam intercedentem inde originem ducere, quod uterque Harpocratione usus sit et quod Suidas easdem glossas, quas Photius e lexico paulo pleniore quam lexicon Bachmanni et e Timaeo hauserit, ab Eudemi lexico, quod ex illo Photii fonte paulo pleniore quam lexicon Bachmanni additis Timaei glossis et nonnullis aliis ortum esse censeo, acceperit.

AUGUSTUS NEBE:

DE MYSTERIORUM ELEUSINIORUM TEMPORE ET ADMINISTRATIONE PUBLICA.

De mysteriis Eleusiniis quae olim composuerunt cum alii tum Hicesius[1]) et Melanthius[2]) quia aetatem non tulerunt, si quis mysteria illa sanctissima tractare vellet, fieri non potuit, quin materiam per omnes antiquitatis partes latissime fusam indagaret, disponeret, coniungeret. Quod negotium exoptatum illud quidem sed per se molestissimum eo maioribus implicatum erat difficultatibus, quod grammatici fere soli illam praebuerunt silvam, quos persaepe errare, hariolari, commenta proferre, denique *τὰ πλεῖστα ἀποφαινομένους ὀλίγιστα εἰδέναι* vix est quod dicam, neque iam reclusi erant inscriptionum uberrimi fontes ac limpidissimi. Quare quid mirum I. Meursium[3]), qui primus illud periclitatus est plenum opus aleae, ut monumentum exegit, quod miremur propter industriam diligentiam, eruditionem acumen, haud sane indignum, ita neutiquam pertractasse quaestionem et protulisse omnibus numeris absoluta? Inter eos autem, qui post Meursium coeptam pertexere telam studuerunt, Sainte-Croix[4]) haud dubie primum tenet locum non tam propter ipsius operis pretium quam propter eam, qua nimis diu floruit, auctoritatem; etenim pro Francogallorum more ingenioso sed qui libentius indulgentiusque modum excedat verseturque in vanis illis phantasmatum regionibus, *ἀεροβατεῖ* nisi infirma claudicantium fulcra, ut iocer cum Godofredo Hermanno, nil sibi praesto esse oblitus. Nihilominus quam sic effecit cum ceterorum mysterio-

---

[1]) Müller, frg. h. gr. IV p. 429. *περὶ μυστηρίων.*

[2]) l. c. IV, 444. *περὶ τῶν ἐν Ἐλευσῖνι μυστηρίων.* — Menander ille, quem de mysteriis scripsisse ferunt, numquam omnino fuit, sed coniectura natus est inepta, qua ex cod. Ven. schol. Arist. av. 1073 *Μέλαν δὲ* eliciebatur *Μένανδρος δὲ*, immo *Μελάν(θιος) δὲ* intellegendum est.

[3]) Eleusinia, Lugd. Bat. 1619.

[4]) Recherches historiques et critiques sur les mystères du paganisme 1784; sec. éd. par Silvestre de Sacy, Par. 1817.

rum tum Eleusiniorum imago specie quadam ac splendore allectos omnium aliquamdiu tenuit animos, donec Ch. A. Lobeck [1]), qua erat doctrina sagacitateque ornatus, „cum priorum errores per omnes ambages et latebras persequendas et exagitandas sibi putasset, horum quidem eam stragem fecit, ut hic Aglaophami liber intellegentiae ut mirifice errantis ita falsa redarguentis et pervincentis monumentum quoddam et quasi tropaeum splendidissimum exstet.“ At Tenedia securi — liceat enim Ciceronis verbis uti — cum omnia praecideret et liberius interdum procederet, mysteriis omnem ademit non solum sucum et sanguinem sed etiam colorem et speciem pristinam, reliquitque truncum miserrimum, cui novum iniecisse vigorem eos qui novissimis temporibus hanc retractarent quaestionem cave credas. Immo neque O. Muellero [2]) aut L. Prellero [3]), cum de Eleusiniis componerent titulos encyclopaediis inserendos instituti operis cancellis nimis arcte circumscriptis, neque A. Mommseno [4]) — nam ceteros, quamvis multi sint qui praeter illos attigerint mysteria, missos facere iuvat — ut rem absolverent contigit; et omnino qui tantum velit exantlare onus, ei strenue per totam vitam est agendum priusquam ab imis denuo fundamentis aliquid exaedificare audeat. Nec meos ego huic labori pares duxi humeros etiamnunc tenues et eum subire insuetos, sed duo mihi selegi capita singularia, quae pro virili parte absolvam quaeque tractata subsidia spero fore eis, qui totam aliquando redintegrabunt opus, quaestiones dico de Eleusiniorum tempore et administratione publica. Quae quoniam ad externas cultus Eleusinii spectant rationes neque in vagis positae sunt coniecturis vanisque commentis, sed vel maxime monumentis nitantur lapidibus incisis [5]), haud ita difficiles videantur cuipiam neque tamen flocci sunt pendendae. De altera enim quaestione adhuc sub iudice

---

[1]) Aglaophamus sive de theologiae mysticae Graecorum causis libri tres. Regim. 1829.

[2]) Allgemeine Encycl. von Ersch und Gruber I, 33 p. 268 sqq. = O. Müller, kl. deut. schr. II, 242 sqq. — „A. E.“

[3]) Pauly, Real-Encycl. III, 83 sqq. — „R. E.“

[4]) Heortologie. Lpz. 1864. — „Mommsen.“

[5]) quorum quae in Dittenbergeri Sylloge inscr. Graec. exstant commodum duxi locum indicare (= „Dittbg.“).

lis est, cum quot eam ingressi sunt viri eruditi, tot prolatar invenias opiniones diversas, quas ad unam omnes falsas esse et ineptas si probavero, haud scio an effecisse aliquid videas, etiamsi novam proferre rationem non ausim, de altera autem tantum abest ut crambem renovem, ut nunc primum tractetur; neque enim prius tractari potuit cum aliqua probabilitatis specie, quoniam nuperrime in lucem prodierunt rationes magistratuum delubri Eleusinii Cephisophonte archonte ol. 112, 4 (329/8 a. Chr. n.) redditae [1]), quibus in hac quaestionis parte utimur adminiculis gravissimis. Sunt sane etiamnunc haud ita pauca, quae in occulto abdita delitescunt neque ego is sum, qui haec omnia restituere coner, sed fore spero, ut singula quaedam instituta paulo clarius e tenebris emergant.

[1]) „Rat. El.", quae publici iuris factae sunt a Chr. Tsunta Ἐφ. ἀρχ. περ. III, 1, 1883 p. 118 sqq., col. I et II exstant etiam in C. I. A. II, 2 p. 516 sqq., no. 834 b.

Pars prior.

I. Mysteriorum Eleusiniorum historia adumbrata.

In lubrica illa de Eleusiniorum tempore quaestione et doctorum hominum mirum quanta dissensione ante omnia id studendum videtur, ut fundamenta iaciamus quam firmissima. Quod ut efficiatur, haud alienum puto a re, mysteriorum Eleusiniorum historiam lineamentis quamvis brevibus circumscribere. Nam tum demum cum constat, quomodo eorum cultus, celebratio, auctoritas immutata sint per saeculorum decursum, recte diiudicari potest, quae ineunda sit ratio disputationi nostrae, quidque tribuendum singulis auctoribus testimoniisque, quibus si confusis uteremur, nihil certe efficeremus, quia utique non eiusdem omnia farinae sunt.

De mysteriorum origine tot et tam diversae circumferuntur fabulae [1]), vix ut certi quicquam ex iis elicere possis, id tantum apparere videtur fuisse tempus, quo Cereris et Proserpinae cultus Eleusine idem erat atque in ceteris Graeciae urbibus eaeque colerentur ut *θεσμοφόροι*, neque prius adiuncta esse mysteria quam ad cultiorem homines progressi essent humanitatem, quippe quorum vis et argumentum praecipuum versaretur in immortalitatis spe excitanda et fovenda. Accedit ad hoc argumentum ex rerum natura depromptum aliud, quod Nisseni [2]) debetur ingenio, qui idem probavit ex templi Eleusinii situ. Coniunctum vero fuisse cum deabus chthoniis in antiquissimis illis mysteriis Plutonem, non Iacchum si non constat, attamen admodum est probabile [3]); quae cum ita sint, etiam ritus minime respondisse

---

¹) Preller, R. E. 86 sqq. 92 sqq.

²) Ueber Tempelorientierung. Rh. Mus. XXXX, 1885 p. 346 sq.

³) Cf. quae disputavit Foucart in commentatione eruditionis plena: „le culte de Pluton dans la réligion Éleusinienne“ in Bull. de corr. hell. VII, 1883 p. 397 sqq.; Preller, Dem. et Per. p. 389 sqq.; A. Mommsen, Heort. p. 64 sqq.; G. Busolt, griech. Gesch. I p. 421 sqq.

ei quae postea invaluit rationi, sponte patet. Utebatur autem tum Eleusiniorum urbs suis ipsius legibus institutisque nondum subacta Atheniensium imperio regesque ipsi sacerdotum munere fungebantur: quapropter hierophantae postea sublata regum potestate splendorem tamen speciemque servabant, pristinae dignitatis vestigia quaedam satis perspicua.[1]) Neque enim fieri potuit, ut resisterent diu vicinae urbis opibus magis magisque auctis; et habet sane quandam historiae speciem celeberrimum illud inter Eumolpum Erechtheumque bellum quamvis fabularum multitudine paene oppressam[2]), nec est cur dubitemus, quin re vera bello peracto ita coaluerint in unam civitatem Athenae et Eleusis, ut concederentur Eleusiniis cum alia privilegia[3]) tum sacerdotia mysteriorum utrique urbi iam communium futurorum, summa administratio moderatioque et urbis et cultus Atheniensium reipublicae traderetur.[4]) Qua consociatione factum est, ut magnopere efflorescerct sanctissima mysteriorum religio Cererisque Eleusiniae cultus Atheniensium opibus crescentibus paulatim ad alia Graeciae Asiaeque oppida propagaretur, neque vero illius belli tempus certius definiri potest, quamvis haud ita multum ante Solonis aetatem gestum id esse non recte statuisse videantur et Grote (tr. Fischer III p. 25) et A. Mommsen (Heort. p. 63), contra quos magnopere gaudeo, quod Boeckhii et O. Muelleri stat auctoritas, argumento gravissimo confirmata. Constat enim priusquam magna illa Ionum colonia deduceretur, Eleusiniorum sacra iam probata esse omnibus Atheniensibus publiceque recepta. (Strabo XIV, 1, 3. A. E. 274). Nec minus est dubium, quo factum sit tempore, ut peregrini quoque initiarentur, nam fuisse tempus, quo non participes essent nisi Athenienses cives, recte si quid video et inde efficitur, quod Herculem initiatum ferunt per adoptionem (Ister fr. 20. Müll. fr. hist. Gr. 421 et Apollod. XI, 5, 12) et ex proverbio admodum vulgato

[1]) R. Schoell, die Speisung im Prytaneum. Herm. VI, 1872 p. 17.

[2]) Lobeckii epimetrum I p. 205 sqq.

[3]) W. v. Wilamowitz-Möllendorff, Phil. Untersuch. I p. 126 sqq. et 277. Foucart, Bull. de corr. hell. IV, 1880, p. 233 sq. W. Dittenberger Herm. XX, 1885, p. 30. G. Busolt, griech. Gesch. I p. 420.

[4]) H. Sauppe, Attica et Eleusinia, Göttg. ind. lect. 1880 p. 8 sq. Dittenberger l. c. p. 9.

(Zenob. II, 26): Ἀττικοὶ τὰ Ἐλευσίνια· ὅταν καθ' ἑαυτοὺς συλλεγέντες τινὲς πράττωσί τι.[1])

Paulo fortiore gradu incedere licet inde ab Solonis temporibus. Constat enim Epimenidis statuam exstitisse ad templum Eleusinium sub arce situm[2]) (Paus. I, 14, 3) et Solonis legibus praescriptum fuisse, ut peractis Eleusiniis senatus haberetur in Eleusinio urbano. (Andoc. de myst. 111.) Quibus coniunctis testimoniis nescio an recte possit colligi, tum totum Eleusiniorum cultum redactum esse in novam formam certisque circumscriptum legibus, quod vel optime quadrat ad universam illius aetatis indolem, quae fervidissimo rerum divinarum emendandarum instincta erat studio.[3]) Atque illam, quae tum constituta est, Eleusiniorum rationem non ita multum abhorruisse putaverim ab vulgata posteriorum aetatum. Id quidem certe apparet ex Herodoti de pugna Salaminia narratione (VIII, 65), quinti saeculi initio magna cum mystarum frequentia celeberrimam illam Iacchi

---

[1]) Nitzsch, de Eleusiniorum ratione publica. Kiel ind. lect. 1843.

[2]) Sanequam plerumque referri Pausaniae verba non ignoro ad templum Agraeum (A. Mommsen, Heort. pp. 52. 63. 377; E. Curtius, Gr. Gesch. I⁵, 311. 664; Ribbeck, Anfänge des Dionysoscultus in Attica, Kiel 1869 p. 17; Schultess, de Epimenide Crete, Göttg. 1877, p. 32), quod num omnino exstiterit, dubium est, cum nusquam eius fiat mentio aut apud scriptores aut in titulis; nam Pausaniam spectare Eleusinium Ungeri disputatione sagacissima (Sitzungsber. der Münchener Akad. 1874 p. 288 et Phil. Anz. IX, 1878 p. 26; cf. etiam Gerhard, Rh. Mus. XVIII, 1863, p. 300) effectum puto, quoniam unde hauserit Schultess nescio illud: templi illius (Agraei) statuaeque Epimenideae locus nunc etiam conspicitur. Neque vero statuam illam sacram fuisse Epimenidis herois Attici, qui primus boves aratro iunxisse credebatur confundebaturque postea cum Buzyga, eidem viro docto (cf. etiam G. Loeschcke, die Enneakrunosepisode bei Pausanias, Dorpat 1883 p. 26) concedere possum priusquam argumentis firmis Pausaniam errasse constet. Cuius ex verbis plus aequo collegisse nunc in propatulo est et Mommsenum Ribbeckiumque, qui Epimenidem minorum mysteriorum auctorem fuisse fingerent, quorum originem ad eam potius aetatem referendam putaverim cum O. Böttichero, Phil. Suppl. III, 320, qua Eleusis subacta est Atheniensibus, et Strubium, Studien p. 52, K. Franckium, de hymni in Cererem homer. compos., Kiel 1881, qui primum eum Eleusinia sacra cum rebus Atheniensium coniunxisse arbitrantur.

[3]) Haud ita multum differt Wilamowitzii sententia, cf. Homer. Untersuch. 1884 p. 209.

pompam deductam esse quotannis Athenis Eleusinem eodem quo postea die. Nec mirum, illa victoria, quam vel maxime deberi Iacchi auxilio fama increbuit (cf. Herod. l. c. cum interpr.) nihil antiquius fuisse ad mysteriorum auctoritatem et stabiliendam et ceteris commendandam Graecis, quamquam artissimam illam templi Eleusinii Delphicique consociationem amicitiamque etiam ad hanc rem multum valuisse in propatulo est. (Dittbg. 13, 5, 26, 34; C. I. A. II, 948, 3. 949, 4. 950, 6; Isocr. IV, 31; Demon apud Athenaeum III p. 96 d; Aristid. I, p. 168 (Dind.); Preller, Dem. et Per. 295).

Cuius rei testimonium haud spernendum praebet vetustissimum illud Atticarum inscriptionum exemplar (C. I. A. I, 1 cf. IV p. 3 sq. [Dittbg. 384]), quo cum alia decreta continentur paulo post pugnam Salaminiam facta [1]) „de templi Eleusinii sacris ceterisque rebus omnibus, quae ad cultum eius pertinent, administrandis atque ordinandis" tum de feriarum Eleusiniarum sacris indutiis praecepta. Neque vero eam decreti fuisse causam statuerim, quae Sauppio videbatur p. 11, intermissam esse nonnullos per annos totam sollemnitatem, quae ut denuo restitueretur, populo curae fuisset, cum neque ex tituli verbis nimis mutilatis neque ex aetatis illius indole nec belli deceleënsis comparatione, quam vir ille doctus instituit [2]), hanc probare possis opinionem, immo cum „in universum agi de civitatum earum iuribus officiisque facile perspiciatur, quae templi Eleusinii festorum caerimoniarumque participes esse voluissent" (Kirchhoff, C. I. A. IV p. 4) [3]), nulli alii rei deberi hoc decretum coniciendum erit nisi dilatato Atheniensium imperio atque mysteriorum religioni iam a multis civitatibus exteris sociorum potissimum pie

---

[1]) Sauppii enim opinioni (de inscriptione El. ind. schol., Göttg. 1861/62 p. 10) non nisi post indutias triginta annorum cum Lacedaemoniis pactas sanciri potuisse illas constitutiones refragatur litterarum forma; fortasse tum decretum factum est, cum templum post pugnam Plataeensem incensum (Herod. IX, 63) instauraretur quam ornatissime.

[2]) p. 11; at ne tum quidem sacra Eleusinia prorsus intermissa sunt, sed nonnullae tantum celebrationis partes omissae; cf. paulo infra.

[3]) Quod enim Schoemann, Jhrb. f. Ph. 85, 1862 p. 33, dicit: „ich halte solche Betheiligung (auswärtiger Städte) auch für unvereinbar mit dem Wesen der Mysterien" errasse virum eruditissimum facile cognoscitur adhibito C. I. A. II, 442.

cultae. Quid, quod iisdem temporibus morem illum, ut hordei triticique primitias Cereri Eleusiniae offerrent civitates cum Atheniensibus foedere iunctae, invaluisse apparet ex inscriptione gravissima nuper reperta[1]), in qua exstat decretum aliquot decenniis post Pericle fortasse auctore factum[2]), quo usus ille patrius aliquamdiu neglectus redintegratur. Quibus in monumentis id vel summi est momenti ad nostram quaestionem, quod nullum fere exstat vestigium, ex quo aliis temporibus cultuque celebrata esse Eleusinia, cum aliqua probabilitatis specie colligi possit, pauca quibus administrata esse evincitur alia ratione mysteria atque temporibus insequentibus.

Periclis autem aetate quanta visentium frequentia concursuque acta sint mysteria, demonstrat etiam Cereris et Proserpinae cella „immani magnitudine" ab Ictino eiusque sociis confecta (Vitruv. VII praef. 12; Plut. Per. 13; Strabo IX, 1, 12; V. Blavette, Fouilles d'Éleusis, in Bull. de corr. hell. VIII, 1884, 255 sqq.). Quare mirum vix est, quod Athenienses bello cum premerentur Peloponnesiaco adeo non rite sacra facere neglexerunt, ut officia diis Eleusiniis debita pro parte virili praestare studerent, cum Iacchi pompam Decelea occupata *κατὰ θάλασσαν* Eleusinem deducerent, donec Alcibiades redux cum communi civium plausu pristinam restituit rationem. (Xen. Hell. I, 4, 20; Plut. Alc. 34). Erant sane etiamtum, qui non sine lento risu omnes huiusmodi caerimonias despicerent aut acerrime impugnarent, neque tamen contagio latius serpsit transiitque ad volgus etiamtum *δεισιδαιμονίᾳ* insigne; neque qui gubernacula

---

[1]) De qua praeter ea quae Dittenberger attulit Syl. 13 cf. G. Loeschke, die Enneakrunosepisode p. 18 sqq.; Ad. Schmidt, das eleusinische Steuerdecret, Jahrb. f. Ph. 131, 1885, p. 681 sqq.; K. Schäfer, zum eleus. Steuerdecret, Jhrb. f. Ph. 133, 1886, p. 173 sqq.

[2]) H. Sauppe, Attica et Eleusinia, ind. lect. hib. Göttg. 1880/81 p. 9. Quae autem E. Curtius in oratione, cui inscribitur: Athen und Eleusis Berl. 1884, p. 12 sq. de tituli vi Periclisque consilio disputavit, pace viri ingeniosi, nimis longe repetita videntur, immo Pericles in hac quoque re ut in multis aliis maximam ostendit liberalitatem munificentiamque, nam recte se habet, quod Bergk, de rel. com. att. p. 89, de eius dixit indole ingenioque. A quibus dissidens G. Löschcke cum ab adversariis Periclis latam esse legem statuit p. 19, vereor ne litus arasse videatur.

tenuerunt reipublicae, quantum inde redundaret ad urbis gloriam amplificandam, ignorabant, immo non solum Lycurgus, ut erat ex vetere Eteobutadarum gente oriundus, et nova monumenta exstruxit Eleusine et ritus quosdam restituit pridem abolitos [1]), sed etiam Demetrius Phalereus, cum rerum potiretur, porticum ante cellam templi magni Eleusinii in fronte a Philone perficiendum curavit (Vitruv. VII, 17), cuius rationes adhuc exstare videntur C. I. A. II, 834 c.[2]) Quin etiam mirum illud accidit, ut quo magis corruerent Athenarum opes, eo maiora incrementa caperent mysteriorum cultus sanctitasque et eo perveniret rerum status, ut praeter epheborum instituta nihil nisi initia Eleusinia pristini splendoris servarent indicia (Aristid. I p. 415 Dind.) atque peregrinos undique allicerent mysteriorum gloriam ad ultimas usque regiones propagaturos.

Et constat sane missas esse sacras legationes etiam post eversam libertatem ad sacra Eleusine agenda, velut Milesiorum architheorus et tres theori afficiuntur honoribus, utpote qui Eleusiniis interfuerint sacraque fecerint pro populi Attici salute, titulo quodam alterius, ut videtur, saeculi initio concepto (C. I. A. II, 442 p. 216). At frugum primitias, quae quin usque ad Demosthenis aetatem religiosissima observatione ab nonnullis certe civitatibus oblatae sint deis Eleusiniis, ne in dubitationem vocemus impedimur cum Isocratis testimonio (IV, 31) tum rationibus Cephisophonte archonte ol. 112, 4 (329/8) ab magistratibus Eleusiniis redditis, etiam posteris temporibus Atheniensium potestate infracta missas esse Eleusinem vix crediderim [3]), quamvis Hadriani sane imperio consuetudinem illam resuscitatam „rectius speciem vitae quam vitam in breve tempus recuperasse“ appareat ex C. I. A. III, 85 (Sauppe l. c. p. 7; Mommsen, Roem. Gesch. V, 257). Omnino quantopere subiecta fuerint omnia mysteriorum instituta principum arbitrio ut sponte patet ex miserrima Atheniensium statu ita vel luculentissime inde intellegitur,

---

[1]) cf. P. Foucart, Bull. de corr. hell. VII, 1883, p. 390.

[2]) cf. E. Spangenberg, de Atheniensium publicis institutis aetate Macedonum immutatis, Halle 1884, p. 20.

[3]) Aristid. or. panath. 168 (Dind.): *αἱ παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἀπαρχαὶ δεῦρ' ἀφικνούμεναι καθ' ἕκαστον ἔτος τῶν σπερμάτων ἐπὶ τῶν προτέρων χρόνων*, cf. 417 (Dind.).

quod Demetrius Poliorcetes (Plut. Dem. 26, cf. A. Mommsen, Chronol. p. 114) uno refragante daducho obtinuit, ut uno eodemque mense et minoribus initiaretur mysteriis et maioribus.

Neque tamen ex tam singulari facto totam tum immutatam esse Eleusiniorum rationem tuo iure colligas, sed in universum etiam illis temporibus pristinam servatam esse consuetudinem dicendum erit, quamvis unum alterumve usum ritumque aut omnino omissum esse gliscentibus saeculis aut in novam redactum formam, consentaneum sit neque equidem negaverim. Velut sensim inveterasse apparet ex titulis, ut ephebi armati in pompa incederent Iacchumque deducerent et sacerdotes adiuvarent in sacris faciendis [1]), sed ne horum quidem officiorum semper eadem erat ratio, quippe antiquiore tempore pompae illi, qua sacra ad urbem deferebantur ante feriarum initium, obviam tantummodo veniebant ephebi ad locum aliquem viae sacrae, Hadriani aetate Eleusinem ipsam petebant, unde deducerent pompam Athenas.[2]) Atque Herodis Attici liberalitate factum est, ut nigrarum vestium loco albas induerent in Iacchi pompa (C. I. A. III, 1132; Philostr., vit. soph. p. 58, 15 [Kays.]). Sed iam vides, quam levia et nullius fere momenti fuerint omnia, quae de Eleusiniorum ratione commutata memoriae sint prodita. Id certe et ex titulis et ex scriptorum testimoniis intellegi potest. ad infimam usque aetatem acta esse Eleusinia mense Boëdromione (Aristid. I, 422), constitisse antiqua sacerdotum munera, mysteria Hadriano Antoninisque faventibus summa viguisse laude. Etenim quamquam veram religionem paene sublatam esse [3]) luculentissime demonstrat Sabinae, Hadriani uxoris, cultus cum mysteriis coniunctus (C. I. A. III, 12; 899), nonne etiamtum magnam fuisse eorum vim ad hominum animos divino quodam afflatu incitandos, statuendum erit ratione habita foedissimarum criminationum, quibus inter tot paganorum cultus apologetae christiani vel maxime impugnabant sacra illa augustissima? At cum saepius scriptores illi ecclesiastici in unum quasi cinnum confundunt diversissima paganicorum sacrorum genera et sive de industria sive abrupti sacro studio sive ignari omnino rerum

[1]) W. Dittenberger, de ephebis atticis, Göttg. 1863 p. 61 sqq.
[2]) idem, Syll. 387, not. 2.
[3]) Wilamowitz-Möllendorff, homer. Untersuchg. 1884 p. 208.

status a severa veritate deflectant, magnopere cavendum est, ne illorum narrationibus nimium tribuamus nedum aliis praeferamus testimoniis. (Lobeck 196 sqq.; O. Iahn, Herm. III, 1869, 327.)

Neque vero vano conatu aggressi sunt mysteria, dummodo Aristidi credendum sit quamvis magnificentius querenti templum Eleusinium ab hominibus nefariis consceleratisque incensum et paene deletum; cui quid sit cur fidem abrogemus, equidem non video nec dubito, quin homines illi, in quos debacchatur rhetor p. 415 oratione Eleusinia, existimandi sint Christiani, quamquam certis probari argumentis nequit.[1]) Sed nondum adeo corroborata erat doctrina christiana, ut funditus everteret mysteria immo usque ad quarti saeculi finem stabant, sed vix stabant arboris instar suco carentis, ab imperatoribus christianis modo impugnata modo cum sublatis iis non ferenda vita videretur, tolerata[2]), quoad Gothi Alarico duce totam pervagati Graeciam, ab monachis incitati fanaticis immani furore aggrederentur templum Eleusinium soloque aequarent a. 396; paulo post „sacerdotium consiluit post edictum Theodosii non nisi clandestino usu celebratum". (Franzius ad C. I. G. 4770.)

II. De ludis Eleusiniis.

Placidis adhuc undis nos devectos excipit mare aestuosum, in quo strenue est agendum, ne in vadis haereat navicula vel scopulis allisa dissolvatur, venimus enim ad ludos Eleusinios clarissimos, quos pro antiquissimis totius Graeciae vulgo habitos esse cum aliunde constat (Aristid. I, 168, 308, 417; schol. Pind. Ol. IX, 150) tum ex Aristotelis (Müll., frg. h. gr. II p. 189, 282) et marmoris Parii (l. 30) testimoniis consentientibus. Hucusque silentio eos prorsus praeterii atque hanc consulto secutus sum rationem, quoniam num omnino eodem quo mysteria tempore acta sint, adhuc sub iudice lis est, nusquam enim certi quicquam de eorum tempore memoriae est traditum ac toto coelo

[1]) Aristid. Dind. not. p. 423; Welcker, griech. Götterlehre II 568 sq.

[2]) Zosim. IV, 3: *τοῦτον — τὸν νόμον ἀβίωτον τοῖς Ἕλλησι καταστήσειν τὸν βίον, εἰ μέλλοιεν κωλύεσθαι τὰ συνέχοντα τὸ ἀνθρώπειον γένος ἁγιώτατα μυστήρια κατὰ θεσμὸν ἐκτελεῖν.* cf. Lasaulx, der Untergang des Hellenismus, p. 84 not. 242.

differunt inter se doctorum hominum sententiae, velut Boeckh Pind. III p. 195 confidenter proferre non dubitat: „Eleusinia duplicia nemo ignorat: maiorum septimo die ludi acti", nec minus definite O. Müller A. E. 382 mysteriis non adiuncta esse certamina gymnica contendit, sed statim post messem factam celebrata. At quo ex fonte manaverint hae opiniones pugnantes secum adversis frontibus, cum neque ipsi dixerint auctores ceteroquin gravissimi neque iurare in verba magistri liceat libeatque neque qui post eos rem attigerunt[1]), subtilius disputaverint, aliud nihil restat nisi ut quaestionem illam denuo tractem. Quod ego si in tanto virorum eruditissimorum dissensu faciam, etiamsi certissima et omnibus numeris absoluta proferre non possim, tamen non vereor, ne in simplo fluctus excitare videar.

Primum igitur ludorum Eleusiniorum mentio fit apud Pind. Ol. IX, 150; XII, 157; Isth. I, 81, qui priore loco Epharmostum luctatorem clarum summis effert laudibus, quippe quem et aliae ornaverint victoriae *εἰναλία τ' Ἐλευσὶς ἀγλαΐαισιν,* institutum nimirum erat etiam Eleusine luctae certamen[2]); cum autem altero loco cursus certamen intellegendum esse recte notaverit Boeckh, atque tertio haud dubie significentur certamina ibi facta equestria *ἐν γναμπτοῖς δρόμοις* (cf. etiam schol. ad hunc locum), ad maiorem iam ambitum excultos esse quinti saeculi initio ludos Eleusinios et gloria viguisse magna perlucide apparet, neque vero quae tum eorum fuerit ratio, accuratius potest explorari. Paulo certiore iudicio uti licet de quarti saeculi fine respectis magistratuum Eleusiniorum rationibus, ubi legitur inde ab versu β 45: *ἕκτην*[3]) *τριετηρίδα τῶν Ἐλευσινίων ἐπὶ τὸν γυμνικὸν ἀγῶνα καὶ τ[ῆς ἱπποδρομίας] | καὶ τοῦ πατρίου*

[1]) Boeckhii sententiam quamvis ex parte quidem mutatam probaverunt: L. Preller, Zimmermanns Zt. f. Altert. (1835) 1008; gr. Myth. I, 618, aliter R. E. p. 102; Hermann, got. Alt. 55, 39; Lenormant, rech. arch. 88; A. Mommsen, Heort. 263 sq.; Mannhardt, mythol. Forsch. 209. Mülleri: Schoemann, gr. Alt. II, 539; in medio reliquerunt Palmblad, Jhrb. f. Ph. Suppl. XI, 397, et P. Foucart, Bull. VIII, 1884, p. 200.

[2]) Ex hac igitur parte nihil obstat fabulae ab Aulo Gellio XV, 20, 3 de Euripidis pueritia tradita: post Eleusino et Theseo certamine pugnavit et coronatus est.

[3]) Corrigendum videtur ex editoris graeci coniectura admodum probabili: *εἰς τὴν* cf. *Ἐφ. ἀρχ. περ.* III, 1, 1883, p. 258.

ἀγῶνος καὶ τῆς μουσικῆς μέδιμνοι ΓΔΔ· εἰς τὴν πεντετηρίδα τ[ῶν Ἐλ]ε[υσινίων ἐπὶ] | τὸν γυμνικὸν ἀγῶνα καὶ τῆς μουσικῆς καὶ τῆς ἱπποδρομία[ς] καὶ τοῦ πατρίου μέδιμνοι .... | *εἰς τὴν ἱπποδρομίαν τὴν προςτεθεῖσαν κατὰ ψήφισμα ἆθλα μέδιμνοι ΓΔΔ· σύμπαν κε[φά(λαιον) ἱερεῦσι καὶ] | ἱερείαις εἰς τὴν τριετηρίδα τῶν Ἐλευσινίων καὶ εἰς τὴν πεντετηρίδα [μ]έδιμ[νοι] ΗΗΗΗ* ..... Agebatur igitur Eleusine ludorum trieteris et penteteris, quarum in utraque celebrabantur certamina et gymnica, quae primo loco commemorari ea de causa diserte dicere e re puto, quod sollemnis formula est *Ἐλευσινίων ὁ γυμνικὸς ἀγών* (Mommsen p. 263), et equestria et musica et patria, quorum quae ratio fuerit formaque, equidem ignoro, at probare nequeo P. Foucarti sententiam, qui „suppose qu'ils (Eleusinii) avaient tenu à maintenir leurs fêtes nationales à côté des grandes fêtes d'Éleusis, communes à tous les Athéniens“ (l. l. 201).[1]) Illam autem *ἱπποδρομίαν τὴν προςτεθεῖσαν* pertinere ad quinquennium et decretum esse propter frumenti inopiam, qua tum Athenienses premerentur, Lycurgo fortasse auctore, recte colligi videtur, cum praesertim etiam tertio saeculo *[ἐπί]θετον ἀγῶνα* institutum videamus *τε̃ι Δήμ|[ητρι καὶ τε̃ι Κόρε]ι* ex Dittenbergeri supplemento probabilissimo (C. I. A. II, 314; Dittbg. 143, 43). Quod si quis tituli verbis supra laudatis nisus non quotannis ludos actos esse statuat cum Foucarto p. 200, vereor ne a recta abducatur via, immo tantummodo maiore pompa ac splendore tertio quoque anno et quinto ornata esse Eleusinia[2]) inde elucere puto, quod iis qui ante-

---

[1]) Neque enim Reischii opinionem in libello „de musicis Gr. certaminibus“, Vindob. 1885 p. 55, prolatam persuasisse mihi fateor, qui a solis Eleusiniis Baccho celebratum esse illud patrium certamen statuit nec diversum esse ab illo quod exhibet Cerycum Eumolpidarumque decretum (*Ἐφ. ἀρχ. περ.* III, 1, 1883 p. 83, 7) *ἀναγορεύειν τοῦτον | τὸν στέφανον Διονυσίων τῶι πατρίωι ἀγῶνι | Ἐλευσῖνι ἐν τῶι θεάτρωι.* Concedo respici hoc loco ludos ab Eleusiniorum demo actos, sed quomodo confundi possint ac comparari cum Eleusiniorum certamine patrio, frustra quaeras. Nec mirum. Sunt enim Dionysia haud dubie feriae demi Eleusiniorum, Eleusinia universi populi Atheniensium.

[2]) Ita ut intercedat quaedam eorum similitudo cum Panathenaeis (Hermann, gott. Alt. 46, 13. 54, 11; Schoemann, gr. Alt. II, 471), Asclapiëis Cois (Dittbg. 398 not. 2), ludis Deliis (G. Gilbert, Deliaca, Göttg.

cedunt versibus impensa quattuor annorum insequentium numerantur in ludos, ut videtur, facta: v. 42 *ἀπὸ τούτου* (scil. frumenti *Ῥαρίας*) *ἐδόθη ἱερεῦσι καὶ ἱερείαις κατὰ τὰ πάτ[ρι]α ἐπ[ὶ Νικήτου ἄρχοντ(ος)]* [1]) | *μέδιμνοι ΓΔΙ· ἐπὶ Ἀριστοφάνους ἄρχοντος μέδιμνοι ΓΔΙ· ἐπὶ Ἀριστοφῶντος ἄρ[χο]ντος [μέδιμνοι ΓΔΙ]* | *ἐπὶ Κηφισοφῶντος ἄρχοντος μέδιμνοι ΓΔΙ· κεφάλαιον ἱερεῦσιν καὶ ἱερεί[αι]ς [ἐπὶ τοὺς ἀγῶνος μέδι-] μνοι ΗΗΔΔΔΔΜΜΜΜ*. Duplicia igitur fuisse Eleusinia rectissime statuas: altera minora sive anniversaria, altera maiora sive triennalia et quinquennalia; etenim quamquam nullum unum comparet apud scriptores huius discriminis indicium, tamen omnia inveniuntur vestigia, unde cogi id posse probabiliter Dittenberger concedit (de sacris Rhodiorum, ind. lect. Hal. 1886 p. VI). Nam sic tantum quid sibi velit illud *τὰ μεγάλα Ἐλευσίνια* [2]) Dittbg. 400, 5; C. I. A. III, 663 (fortasse etiam C. I. A. III, 682, cf. infra) intellegitur. Accedit aliud argumentum iam a Chresto Tsunta p. 258 allatum, quod mirum esset, si in titulis honorariis pronuntiari iuberentur coronae Eleusiniis, cum illa non nisi tertio quoque anno celebrarentur. Quae inscriptiones inde ab tertii saeculi initio usque ad ultimi finem exaratae ut summam ludorum gloriam demonstrant, ita ad eorum tempus definiendum nihil prorsus valent: coniunguntur enim Eleusinia cum celeberrimis quibusque Atheniensium feriis, sed non mutato ordine,[3]) quocumque tempore facta sunt decreta, semper sic exstat: *ἀνειπεῖν* (vel *ἀναγορεῦσαι*) *τὸν στέφανον Διονυσίων τε τῶν ἐν ἄστει καινοῖς τραγῳδοῖς καὶ Παναθηναίων καὶ Ἐλευσινίων καὶ Πτολεμαίων τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν* (C. I. A. II, 444, 32;

1869), quae ita erant anniversaria, ut quinto quoque anno magnificentia praestaret sollemnitas.

[1]) Siquidem recte statuit P. Foucart, Bull. VIII, 1884, p. 199.

[2]) Quod ne idem esse statuamus ac mysteria maiora (cf. infra) titulorum ratione impedimur, utpote quorum altero agitur de victoria Eleusine reportata — semper autem dicitur *νικᾶν τὰ Ἐλευσίνια*, non *μυστήρια* —, altero de ludorum agonotheta.

[3]) Modo C. I. A. II, 341, 9 excipias, ubi Eleusiniorum mentionem praecessisse Panathenaeorum statuatur necesse videtur: *καὶ ἀνειπεῖν τὸ[ν στέφανον Διονυσίων τε τῶν ἐν ἄστει καινοῖς τραγῳδοῖς καὶ Ἐλευσ]ινίων καὶ Παναθηναίων κτλ.*

445, 6; 446, 29; 451, 2; 466, 41; 467, 48, 99; 468, 31 similiterque Ἐφ. ἀρχ. περ. III, 3, 1885, p. 143, 14) aut omissis verbis *καὶ Πτολεμαίων* (C. I. A. II, 402, 13; 438 b, 22; 465, 17, 51; 469, 35, 69; 470, 26, 48; 471, 42, 93; 479, 37; 480, 28; 481, 63; 482, 53). Atque etiam in cleruchorum qui Hephaestiam incolebant decreto C. I. A. II, 592, 7 [1]), circa 220 facto exstitisse videntur Eleusinia, ad quae theoros quotannis esse missos conici fortasse licet ex versu 10.

Rarius eorum fit mentio saeculis insequentibus, at exstant nonnulla temporum Romanorum testimonia, quibus etiamtum superstites fuisse ludos demonstratur, quorum antiquissimum videtur Dittbg. 400, 5: *[Ἐλε]υσίνια τὰ μεγάλα ἄνδρας πένταθλον*; 17 *Ἐλευ|σίνια τὰ καὶ Καισάρηα ἄνδρας πέντα||[θλον]*, sequitur titulus prioribus Hadriani imperatoris annis, si quid video, vindicandus C. I. A. III, 663, 6 *ἀγωνοθετήσαντα τῶν μεγάλων Ἐλευσινίων*, tum exstat in catalogi ephebici frustulo vix initio saeculi tertii recentiore C. I. A. III, 1168, 5 *[Ἐ]λευσείνια*, et eidem tribuo aetati Bull. de corr. hell. VI, 1882, p. 436, 10 *ἀγωνοθετήσαντος Παν[αθηναίων] | καὶ Ἐλευσινίων*, quod spectat ad Claudium Demostratum, qui Marco Aurelio floruit imperatore, denique inscriptio Megarica C. I. G. 1068 exhibet *Ἐλευσείνια ἐν Ἀθήναις γ'*, qua sola significatione iam recens eius origo luculentissime indicatur (Mommsen p. 264) Ne afferam Dittenbergerum (de eph. att. p. 62) secutus C. I. A. III, 119, 4 inter 156 et 165 post Chr. n. factum, in quo exstat *σωφρονιστὴς Ἀθηναῖος Σπένδοντος Ἐλευσίνιος τοῖς ἐφήβοις τὸν Ἡρακλέα ἀπὸ τῆς ἐν Ἐλευσῖνι νείκης*, ea prohibitus sum ratione, quod nullum inveniri potest certum vestigium, ex quo utrum ad mysteria an Antinoëa Eleusine peracta referenda sint inscriptionis verba appareat, sed fortasse ansam aliquam praebet

---

[1]) *[Διονυσίων τε τῶν ἐν ἄστει] τραγωιδῶν τῶι καινῶι ἀγῶνι [κ]αὶ Παναθη[ναίων καὶ Ἐλευσινίων τοῖς γυ]μν[ι]κ[οῖ]ς ἀγῶ[σ]ιν*; eadem ludorum Dionysiacorum significatio insolentior exstat in decreto quodam paucis decenniis antiquiore: Ἐφ. ἀρχ. περ. III, 3; 1885, 143, 14 *[ἀνειπεῖν δὲ τὸν στέφα]νον Διονυσίων τε τῶν ἐν ἄστει τραγωιδῶν τῶι και|[νῶι ἀγῶνι]*, quare Koehleri supplementum reieci: *τῶν μεγάλων*, quod nisi literarum spatio exstinctarum non commendatur, cui satisfacere etiam nostram restitutionem non est quod dicam.

illa inscriptio. Etenim titulorum paucitas ne mira cuipiam videatur, sic rem expediendam censeo, Hadriano initiato a populo Atheniensium adulationi turpi et abiectae nimis proclivi immutatum esse Eleusiniorum nomen in Antinoëa ἐν Ἐλευσῖνι, quae saepissime inveniuntur in illius aetatis titulis. Neque id abhorret ab illius saeculi indole (C. Bötticher, Phil. Suppl. III p. 314 sqq. Lenormant, rech. à Él. 180), quo non modo imperator ipse quovis modo celebrabatur colebaturque (C. I. A. III. 900), sed etiam Sabinae uxori ut νέᾳ Δήμητρι sive νεωτέρᾳ divini tribuebantur honores eiusque cultus adiungebatur mysteriis (cf. C. I. A. III. 12. 899; Lenormant l. c. 34. 185). Et constat in Antinoi honorem cultum conditum esse, cuius sacerdos semper e numero epheborum fuit (Dittenberger, de eph. p. 73) diciturque formula sollemni ἱερεὺς Ἀντινόου ἐφήβου (C. I. A. III, 1120. 1131), nec non certamina duplicia ἐν ἄστει et ἐν Ἐλευσῖνι „statim post Antinoum in Aegypto defunctum (fere a. 130 p. Chr.) instituta“ (C. I. A. III, 1 p. 284); quae cur „imprimis epheborum propria fuisse“ (Dittenbg., de eph. l. c.) negemus, nihil video, cum praesertim eorum agonothetae saepissime recenseantur in titulis ephebicis. At haec coniecturae meae omnino non possunt refragari, dummodo tam arte coniuncta esse tum mysteriorum cultum celebrationemque cum epheborum institutis teneamus, ut non modo magnae essent eorum partes in pompa deducenda sacrisque faciendis, sed etiam agonothesia Eleusiniorum commemoretur in inscriptione ephebica C. I. A. III, 1168. Iam si ludorum, quibus nomen est Ἀντινόεια ἐν Ἐλευσῖνι, formam spectamus, quae accurate cognoscitur ex titulis C. I. A. III, 1129; 1147; 1223 — commemorantur autem hic πάλη, δόλιχος, ἐγκώμιον, στάδιον, δίαυλος, παγκράτιον, ὅπλα, ποίημα, quibus vicisse se ephebi nuntiant — quominus nomine solo diversos eos fuisse credamus ab certaminibus Eleusiniis, nihil profecto adversantur ludorum genera. Quam nuncupationis mutationem etiam probabiliorem reddit, quod in Bacchi theatro sellae cuidam inscribitur C. I. A. III, 280 ἱερέως | Ἀντινόου | χορείου ἐκ τεχνιτῶν, unde Antinoum Dionysi suscepisse partes suo collegisse iure nemo infitiabitur Boetticherum, Phil. Suppl. III, 315 (Mommsen p. 266), cum praesertim Antinoi statuam exstructam fuisse veri simile sit in templo Eleusinio (Lenormant, rech. 185 sq. et

414).[1]) Quae vestigia secutus si sic statuimus iam apparet, quid sibi velit illud „plane singulare, quod Eleusiniorum agonothesia in titulo ephebico commemoratur" (C. I. A. III, 1168), irrepsit nimirum denuo vetus ludorum nomen pro Antinoëis, quorum agonothetae sexcenties sunt in huiusmodi titulis, idemque valet de Bull. de corr. hell. VI, 1882, 436. Ac confirmatur quodammodo haec coniectura inscriptione, quam supra tetigi C. I. A. III, 119, 4 *ἀπὸ τῆς ἐν Ἐλευσῖνι νείκης*, quod sic nude dici potuisse vix crediderim, si tum Eleusine et *Ἐλευσινίων γυμνικὸς ἀγών* ageretur et *Ἀντινόεια*, sed tum semper accuratior adderetur ludorum definitio necesse fuisse mihi quidem videtur. Ea ipsa de causa fortasse offensioni esset C. I. A. III, 1129, 20, ubi invenitur *ἐν Ἐ|λευσῖνι στάδιον* nisi antecedentibus verbis *Ἀντινό|εια στάδιον* demonstraretur intellegenda esse sine dubio Antinoëa. Quid, quod ne analogia quidem caret haec nominis immutatio? An non feriarum significationem, quae exstat Dittbg. 400, 7 *Ἐλευ|σίνια τὰ καὶ Καισάρηα* simili deberi putas Atheniensium adulationi? Nonne id quoque vim quandam addit sententiae nostrae, quod ne *Ἀντινόεια ἐν ἄστει* quidem novae videntur feriae, dummodo recte statuisse A. Mommsenum concedas (Heort. 61 not. 2; 332; 397) hoc nomen magnis tum impositum fuisse Dionysiis. Omnino quod in titulis ephebicis priorum post Christum natum saeculorum, quibus „Grae-

---

[1]) Quod ne quis prorsus inauditum putet, haud abs re videtur epigramma quoddam paulo recentius — nam altero potius an tertio adscribendum sit saeculo dubium — Lernae inventum laudare (Conze et Michaelis, Annal. inst. 1862 p. 20 sqq. = G. Kaibel, epigr. gr. ex lap. conl. 821 p. 335), quod initium capit hisce:

Βάκχῳ μ[ε] Βάκχον καὶ προςυμναίᾳ θεῶι
στάσαντο Δηοῦς ἐν κατηρεφ[εῖ] δόμω[ι,
τὸν Ἀρχε[λά]ου πα[ῖ]δα ὁμά'ν[υ]μ[ον] πατρί.

Quorum versuum G. Kaibelio teste (de mon. aliquot Gr. carminibus, Bonn 1871, p. 37) Buecheler sensum extricavit hunc: „Archelaum sub Bacchi imagine a mystis Eleusiniis in templo deae Eleusiniae, quae sancto nomine *Δηώ* (v. 2) audit, consecratum fuisse Cereri Lernaeae (v. 1—3)." Aliter sane interpretatus est ipse Kaibel, sed ne tum quidem, cum illum secutus Lernae signum illud Archelai Bacchi specie inducta consecratum esse in Cereris fano, statuis, testimonii minuitur auctoritas. An quae Lernae fiebant, etiam Eleusine fieri tum potuisse neges? Equidem affirmo nec Kaibelio assentiri dubito.

eorum in gymnicos ludos studia creverant in immensum. hoc est ab Hadriano inde potissimum" (Boeckh, C. I. G. I p. 46) inter tot victorias reportatas nulla usquam mentio fit Eleusiniorum et in catalogis magistratuum gymnicorum numquam fere comparent Eleusiniorum, mihi semper suspicionem movebat.[1])

[1]) At obiciat fortasse quispiam, totam vacillare et claudicare disputationem ad irritumque cadere meam de Antinoëis ἐν Ἐλευσῖνι coniecturam, quoniam omnia quae in titulis ephebicis recensentur certamina non universi populi Atheniensium fuisse videantur, sed ephebornm propria peculiariaque. Concedo admodum firmis inviti adminiculis hanc sententiam, quamquam intricata illa adhuc nondum ad finem perducta est quaestio, immo vix tacta. Sed utut est ne sic quidem litus arasse neque hilum profecisse mihi videor. Primum enim etiam ad ludos ephebicos admissos esse alios praeter ephebos homines quominus contendamus nihil refragatur. Ac ludis illis, qui in Hadriani honorem conditi sunt ab ephebis, re vera factum id esse luce clarius apparet, si inspicis C. I. A. III, 20, 24, ubi exstat τού[ς] Ἁδριάνεια νικήσαντας καὶ ἆθλα λαβόντας ἐκ [τῆς συνόδου τῆς περιπο[λ]ιστικῆς, qua imperatoris — nescio cuius — alterius saeculi „epistola dici de privilegiis quibusdam, quorum participes esse iubeantur ei ex technitarum Dionysiacorum numero qui in Hadrianēorum certaminibus vicissent", iure meritoque statuit Dittenberger l. c., quare per se minime offendendum puto in titulis supra allatis, quibus Eleusiniorum victoriae insunt reportatae non ab ephebis, ut videtur: Ditthg. 400. C. I. G. 1068. An plane novum inauditumque videatur, quae olim Atheniensium fuerant ferias saeculis gliscentibus epheborum institutis adiunctas esse statuere? Nonne sic immutatam esse Theseorum rationem quivis concedat, ratione habita Gellii XV, 20 (Theseo certamine pugnavit, scil. Euripides. cf. Plut. Thes. 36; schol. Arist. plut. 627; Suid. s. v. Θησείοισιν), nisi forte iis quae in ephebicis titulis commemorantur saepissime Theseis nullam intercedere rationem cum prioribus probatur? Accedit autem quod etiamnunc vestigia quaedam inveniri possunt, unde elicias, quomodo factum sit, ut ad ephebos transirent certamina Eleusinia. Etenim ex titulo C. I. A. III, 2 (de quo infra cap. III) primis Hadriani imperatoris annis finitas esse mysteriorum ferias die Boëdromionis vicesimo secundo vel primo constat, unde enodare licet tum non iam adiunctam fuisse certaminum celebrationem. Sed Hadriano initiato cum denuo effloresceret mysteriorum gloria, restitutos esse etiam ludos illos Eleusinios sponte patet, et aliter tum fieri vix potuit, quam ut ephebis eorum traderetur actio, quorum instituta quanto splendore laudeque praestiterint tum, Hadriano ipso igniculos illos pristinae virtutis magis magisque decrescentes quam maxime fovente, satis superque constat. Quo concesso quam bene omnia quadrent, supra exposui.

At quomodocunque res se habet, id pro certo affirmare non dubito ac quovis pignore sponderi posse puto, Eleusiniorum ludos gymnicos adiunctos fuisse mysteriorum celebrationi. Nam si utrorumque administrationem fuisse penes eosdem magistratus sacerdotesque Eleusinios (cf. Rat. El. partem supra exscriptam et huius quaestiunculae partem alteram), utraque eadem floruisse laude, intra sacros templi Eleusinii fines fuisse *δρόμον* (C. I. A. I, 332, 2)[1]) et *δόλιχον* (Rat. El. I, 25), Telesidromo immolatum esse mysteriorum sacris (C. I. A. I, 5, 4 cum Lenormanti nota rech. 88), haec omnia si accuratius perpendimus, nonne etiam tempore conexa fuisse Eleusinia mysteriaque probabile fit? An paucorum mensium intervallo, ut O. Mueller Schoemannusque vult, duo tam celebres et undique frequentatas actas esse ferias putas Eleusine? Quodsi revera factum esset, severissimo nuncupationum discrimine eas seiungi exspectandum certe esset et desiderandum. At exstant testimonia satis multa, ex quibus aliter rem se habuisse luce apparet clarius, velut exhibet titulus sub ultimi saeculi initio incisus C. I. A. II, 476, 48 *τὸν δὲ ἐν Ἐλευσῖνι* (scil. *καθεσταμένον κολαζόντων*) | *ὅ τ[ε] ἱεροφάν-[τη]ς [καὶ οἱ κα]θ[εσ]ταμένο[ι] ἄ[νδρ]ες καθ' ἕκαστον |τὸν ἐνιαυτὸ]|[ν] ἐπὶ τὴν παν[ή]γυριν* et alter ad Augusti aetatem referendus C. I. A. III, 649, 4: *προνοηθέντα το[ῖ περὶ] τὴν | πανήγυριν κόσ[μου]*, quorum prioris verba quin spectent ad mysteriorum curatores (*ἐπιμεληταὶ τῶν μυστηρίων*), dubium vix est[2]), posterioris ad Eleusiniorum ludorum agonothetam revocanda videntur, sed minus accurate dicta essent, si non una tantummodo panegyris celebrata esset Eleusine. Multo autem maioris momenti id esse puto, quod saepius ponitur pars pro toto, i. e. Eleusiniorum significatio pro mysteriorum, nam A. Mommsenum p. 263[3]) recte statuisse Eleusinia prioribus proprie tem-

---

[1]) Quem quid sit cur Kirchhoff seorsim indicans ab Boeckhio, C. I. G. I, 27 intellegat „ambulationem eorum usibus destinatam, qui ad sacra celebranda convenissent", equidem ignoro. — Theatrum quod exstitisse Eleusine constat, consulto hoc neglexi loco. cf. infra p. 25 sq.

[2]) Cf. Koehlerum l. c. et Fränkelium ad Boeckhii Staatshaushalt[3] I, pag. 330.

[3]) Eodem loco refutata est sagacissime opinio Pindari scholiis propagata et a plerisque credita, certamina nuncupata esse etiam *Δη-*

poribus nihil aliud notasse quam ludos, et ex vulgari vocis usu et ex grammaticorum notis colligi potest. (Harp. Suid. Et. mag. 329, 41 s. v.; schol. Pind. Ol. IX, 150; schol. Aristid. III p. 55 Dind.).

Ac primum[1]), quod sciam, hic liberior vocis *Ἐλευσίνια* usus statuendus est in titulo C. I. A. II, 741 (Dittbg. 374) anno 330 exarato v. 66, 75 *ἐξ Ἐλευσινίων παρ' ἱεροποιοῖς*, tum exstat apud Dinarchum I, 25: *Θεμίστων δὲ τὸν Ἀφιδναῖον, διότι τὴν Ῥοδίαν κιθαρίστριαν ὕβρισεν Ἐλευσινίοις, θανάτῳ ἐζημιώσατε.* Recentiora exempla, quorum satis magnam copiam inveniri in Stephani thesauro vix est quod dicam, omitti possunt praeter duo Romanae aetatis inscriptionibus servata: C. I. A. III, 916, 8 *κανηφορή*|*[σασ]αν Ἐλευσινίοις*, C. I. G. 4770 a 1 *δᾳδοῦχος τῶν Ἐλευσινίων*, cui respondet 4770 b 1 *ὁ [δ]ᾳδοῦ[χ]ος τῶν [ἁ]γιω[τά]τ,ων Ἐλευσῖνι μυστηρίων*. Quid, quod tanta novissimis antiquitatis temporibus duorum illorum nominum fuit confusio, ut dici posset *τὰ μεγάλα Ἐλευσίνια* schol. Arist. Pl. 1014 pro mysteriis magnis Eleusine factis et usurparetur haec vox etiam de minoribus, quamvis Agris celebratis, ab Lycophronis scholiasta quodam (1327) *ἐμυήθη* (Hercules) *τὰ Ἐλευσίνια τὰ δι' αὐτὸν λεγόμενα μικρὰ μυστήρια*?

Quod si quis hac argumentatione sibi non persuadeat, duobus aliis indiciis allatis iam nulla omnino dubitatio exstare potest, quin re vera artissime connexi fuerint ludi cum mysteriis. Etenim in eisdem templi Eleusinii rationibus, quibus de ludorum trieteride et penteteride docemur, leguntur inde ab versu 28: *[εἰς μυστήρια]* | *τὰ μεγάλα*[2]) *ἔδωκαν ταμίαιν τοῖν θεοῖν, οὐ*

μήτρια, quod quidem nomen aliis sane adhibebatur locis pro Cereris ludis. (Poll. on. I, 37).

[1]) Titulum multo vetustiorem C. I. A. I, 5, 2 *τοὺς ἱεροποιοὺς Ἐλευσινίων καὶ* .... quamquam non ignoro, omittendum censui, quoniam *Ἐλευσινίων* fortasse masculini est generis; quod si recte restituisset A. Mommsen p. 63, 242, 257: *καὶ [Ἀθηναίων]* dubium non esset, at neutiquam certa est illa coniectura, immo repugnat iis, quae de Eleusiniorum administratione cognitum habemus. (Dittenbg. 13 not. 4). confer infra.

[2]) scil. *ἐπὶ Κηφισοφῶντος ἄρχοντος*. cf. Tsuntas, *Ἐφ. ἀρχ. περ.* III, 1, 1883, p. 257; altero igitur et quarto uniuscuiusque olympiadis anno mysteriorum maior erat splendor, agitabanturque ludorum *τριετηρίς* et *πεντετηρίς*.

μερισ[άντ]ων τῶ[ν ἀποδεκτῶν, ἀπὸ μισθωμάτων τῶν τεμενῶν] [1] || *ἃ ἐμίσθωσαν ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ πάρεδροι καὶ οἱ ἐ[πισ]τάτ[αι οἱ Ἐ]λε[υσινόθεν καὶ οἱ ἐπιμεληταὶ τῶν] | μυστηρίων Εὐθυκράτης Δρακοντίδου Ἀφιδναῖ(ος), Κ[α]λλικράτης [Κ]αλλι . . . [εἰς μυσ]τήρια τὰ μεγάλα ἐπ' Ἀριστοφάνους ἄρχοντος μισθωμάτων, ὧν ὁ βασιλε[ὺς καὶ οἱ πάρεδροι καὶ οἱ ἐπι]|στάται οἱ Ἐλευσινόθεν καὶ οἱ ἐπιμεληταὶ τῶν μυστηρίων ἐμίσθωσαν, [ἔδωκεν ταμίαιν τοῖν θεοῖν] | Αἰσχύλος Ἱππίσκου Παιονίδης ΗΠΔΔ οὐ μερισάν[τω]ν τῶν ἀποδεκτῶν· κεφά(λαιο)ν [λήμματος . . . . . κεφά(λαιον)] | ἀναλώματος ΧΧΓᴴΗΗΗΠΗΓΔΔΔΔⱵⱵΤΧ.* Haec si spectamus verba, maioribus impensis sumptibusque praestitisse illo quadriennio duorum annorum mysteria perlucide apparet [2]) nec licet dubitare, quin iis ipsis hoc factum sit annis, quorum ludi quoque magnificentiores erant et splendidiores. (Tsuntas l. c. 257 not. 1). Quam enim huius rei causam fuisse putas, si certamina alio ac mysteria acta tempore aliisque circumscripta essent legibus; equidem nullam invenire potui.

Restat ut paucis de synodi artificum scaenicorum decreto agam C. I. A. II, 628 (Mommsen p. 266), quo ultimi a. Chr. n. saeculi initio [3]) certe coniuncta esse Eleusine probatur *θυσίας (δὲ) καὶ μυστ[ήρια καὶ ἀγῶνας γυμνι|κοὺς καὶ μουσι]κούς τε καὶ σκηνικούς,* quamquam eorum verborum qui connexus fuerit cum ceteris ratioque grammatica neutiquam satis est perspicuum. — At Eleusinia „ludis scaenicis [4]) celebrata esse ex hoc titulo

---

[1]) Editor graecus supplevit *ἀπὸ τῶν μισθωμάτων τῶν ἱερῶν.*

[2]) Quadrat igitur quodammodo ad verum rerum statum Poll. VIII, 107; *ἱεροποιοί· δέκα ὄντες οὗτοι ἔθυον θυσίας τὰς πεντετηρίδας, τὴν εἰς Δῆλον, τὴν ἐν Βραυρῶνι, τὴν τῶν Ἡρακλείων, τὴν Ἐλευσῖνι,* licet minus accurate nimisque in universum sit dictum.

[3]) Lenormant, rech. 118 sq.; Sauppe, de colleg. art. scaen. att. in ind. lect., Göttg. 1876, U. Köhler litteratura nisus, — ad alterum saeculum ascendere non dubitabant Lüders, die dionysischen Künstler, p. 68, et quos ibi ille citavit.

[4]) Plane semovendum duxi ab hac quaestione ne dicam furca expellendum testimonium Hesychii s. v. *Ἐλευσίνια· ἀγὼν θυμελικὸς ἀγόμενος Δήμητρι,* utpote quod num omnino spectet ad Eleusinia Eleusine facta admodum sit dubium. (Preller, Dem. et Pers., p. 72 not. 34, et Reisch, de musicis Gr. certaminibus, Vindob. 1885, p. 51.) Sequitur

probari posse" Koehler negat suo ut videtur iure, dummodo de publica Eleusiniorum celebratione haec verba accipias. Constat sane ab Alexandri Magni inde temporibus inveterasse consuetudinem, ut etiam aliis ac Dionysiis feriis agerentur fabulae (Lüders l. c. p. 110 sqq.), nec synodum illam reapse Eleusine non solum *σπονδὰς* et *παιᾶνας* (v. 10, 19), sed etiam ludos perfecisse scaenicos equidem negaverim, at nihil inde redundare ad publicam vulgaremque universi populi Atheniensium consuetudinem, satis demonstrari puto eo quod ex vv. 17. 38 licuisse apparet synodi epimeletae duos addere dies suo arbitrio. Neque enim si publice sollemniterque acti essent scaenici ludi, nescio cuius arbitrio subiecti essent sed populi. Quare facere non possum, quin quamvis invitus adverser P. Foucartio l. c. p. 200, cui inter musicos lūdos quos Eleusiniis factos scimus, etiam scaenicos editos esse admodum probabile videtur. Fallitur sanequam vir ille doctus, cum confirmari ratus est sententiam suam titulo in Bull. de corr. hell. III, 1879, p. 121 (Dittbg. 345) expresso, ubi exstat v. 9 *ἀνειπε||ῖν τὸν στέφανον Ἐλευσῖνι ἐν τῶ|ι θεάτρωι τραγωιδῶν τῶι ἀγῶνι*[1]), quae verba quin referenda sint potius ad Dionysia item Eleusine peracta, nunc dubium esse vix potest[2]), cum nuper in lucem prodierint et Cerycum Eumolpidarumque decretum (Ἐφ. ἀρχ. περ. III, 1, 1883 p. 83, 7) *ἀναγορεύειν τοῦτον | τὸν στέφανον Διονυσίων τῶι πατρίωι ἀγῶνι | Ἐλευσῖνι ἐν τῶι θεάτρωι* et Eleusiniorum (eodem loco τευχ. 2, 1884 p. 71, 19) *ἀνειπάτω δ' αὐτὸν ὁ μετὰ Γνᾶ[θ]ιν δήμα||ρχος Διονυσίων τῶν Ἐλευσῖνι τοῖς τραγωιδοῖς*, in qui-

enim *παρὰ Λάκωσι*, quod nunc fere coniungunt cum verbis antecedentibus; recte, si quid video. Etenim in decreto illo ficticio (apud Boeth., de musica ed. Friedlein, p. 182 sq., de quo praeter Reischium l. l. et eos quos ille affert, cf. O. Müller, Dor.[2] II p. 316), quo Spartani Timotheum notasse dicuntur, exstat: *παραχληθεὶς δὲ καὶ ἐν τὸν ἀγῶνα τᾶρ Ἐλευσινίαρ Δάματρος ἀπρεπῆ διεσκευάσατο τὰν τῶ μύθω διασκευάν*. Ac profectum esse illud decretum ab falsario artis musicae non imperito ne Reisch quidem infitiari ausus est. Quare re vera Spartae ludi scaenici Cereris quin acti sint, addubitare non ausim.

[1]) Commemoratur hoc theatrum etiam C. I. A. II, 574, 7 *τὸ θέ[ατρον τὸ Ἐλευσ]ινίων* et Rat. El. I, 45.

[2]) Idem fere Reischium, de musicis Gr. certaminibus, Vindob. 1885 p. 55, statuisse gaudeo.

bus accuratior inest illius certaminis definitio. Plane igitur in dubio adhuc relinquendum censeo, utrum aliquando Eleusiniis publicis sumptibus actae sint fabulae necne, at de prioribus temporibus, quoniam nec vola exstat nec vestigium, prorsus negare non dubito.

Sed redeamus iam unde defleximus. Puto igitur etiam ex hoc effici decreto mysteriorum ferias excepisse certamina atque in universum omnibus me persuasisse spero, quamquam singula fortasse novis repertis titulis paulo aliter se habuisse dicendum erit. Ceterum non statim post mysteria Eleusine revertisse mystas Athenas, ne afferam multa, perlucide patet ex Plut. quaest. symp. II, 2, 1: *ἐν Ἐλευσῖνι μετὰ τὰ μυστήρια τῆς πανηγύρεως ἀκμαζούσης εἱστιώμεθα.*

At iuvat paucis meam de ludis Eleusiniis sententiam amplecti. Antiquitus nimirum coniuncta erant certamina cum mysteriis, quae tum non nisi tertio quoque anno et quinto celebrabantur — id quod cum alii statuerunt (cf. Lobeck 34 sqq.; O. Müller, A. E. 278; Lenormant, rech. 88) tum A. Mommsen pag. 65 sqq. ex ipsa cultus natura et origine verissime evincit.[1]) Sed cum mirum quantum evolaret mysteriorum gloria multique initiarentur, brevi factum est ut quotannis ea agi placeret, sed mansit pristinae celebrationis vestigium, cum ludi maiore sollemnitate illis tantum temporibus etiam saeculis posteris ederentur. Valuit autem hic usus, quamvis mutaretur per aliquid temporis nomen, constititque sibi ad infimam usque aetatem, auctus fortasse in saeculorum decursu ad ambitum ampliorem. Nec quin non prius quam mysteria ipsa evanuerit haec certaminum actio, tum sane minore praedita splendore, est cur dubitemus. Agebantur autem Eleusine antiquitus *ἀγῶνες* et *γυμνικοί* et *ἱππικοί* nec non *μουσικοί*, quorum priores certe quotannis fiebant postea.

Desideratur sane certum ludorum musicorum testimonium

---

[1]) Recte igitur se habet, quod dicit Aristides in Eleusinio I p. 420 Dind.: *πανηγύρεις τοίνυν αἱ μὲν ἄλλαι δι' ἔτους πέμπτου καὶ τρίτου πληροῦνται, μόνη δὲ ἡ τῶν μυστηρίων παντὸς ἔτους ἐνίκησεν εἶναι,* quamvis ad probandam meam opinionem, quia spectasse oratorem pristinam mysteriorum rationem etiamtum notam non constat, utique nihil valere ipse concedam.

templi Eleusinii rationibus i. e. ol. 112 antiquius, neque tamen quominus ad priora ascendamus tempora, eo impediri nos posse putaverim, cum praesertim non sine veritatis specie hymnum in Cererem homericum, quo respici cultum Eleusinium in propatulo est, quemque si minus ab sacerdote Eleusinio, quod placuit Vossio, attamen ab Atheniense factum (Voss, Hymne an Demeter, 1826 p. 1; O. Müller, gr. Lit. I p. 134; Baumeister, hymn. hom. 278 sqq.; Wilamowitz-Möllendorff, phil. Untersuch. I, 125; Mannhardt. mythol. Forsch. p. 211) atque certaminis alicuius in Attica instituti destinatum fuisse usui nemo non videt, vel ut modestius loquar — nam aliter sentire F. Dittmarum, prol. ad hym. in Cer. hom., Hal. 1882 p. 17, non ignoro — vidit Welcker, ep. cycl. I, p. 392 not. 627, vidit Preller, Dem. et Pers. 69 sqq., Baumeister l. c. p. 280, Bergk, gr. Lit. I, 679, — Eleusiniis ipsis (Voss, p. 1) cantatum esse conicias, neque alia erat causa, cur Preller Baumeisterque hanc probare opinionem dubitarent, atque „quia musica certamina cum iis coniuncta non fuisse“ pro certo habuerunt. Ceterum de huius hymni origine audacius quam verius disseruisse mihi videtur Baumeister, cum Pisistratidarum eum aetati assignandum censuit; nempe omnia quae quidem ex hymni argumento sermoneque elicere possimus, ita sunt comparata, ut ad tempora priora aut necessario referenda sint aut certe sine ulla difficultate referri possint (cf. Wilamowitz-Möllendorff l. c. et H. Franckium, de hym. in Cer. hom. compositione, dictione, aetate, Kiel 1881 p. 26; Mannhardt l. c. p. 210 sq.). Quod addidisse in transcursu satis habeo, quia tam intricatam ad finem perducere quaestionem equidem non ausim nisi redintegratam ab omni parte.

III. De mysteriorum Eleusiniorum tempore.

Quoniam nunc via munita est, ut firmo nisi fundamento aggredi possimus ad illam de mysteriorum tempore quaestionem[1]), primum mihi quam secuturus sim rationem paucis dicendum vi-

---

[1]) Meursius l. c. p. 61 sqq.; Sainte-Croix I, p. 312 sqq.; L. Preller, Zimmermanns Zt. f. Altert. 1835, p. 1001 sqq.; O. Müller, A. E. l. c. pg. 279 sq.; L. Preller, R. E. l. c. p. 95 sqq.; A. Mommsen p. 223.

detur. Neque enim singulas deinceps virorum eruditissimorum sententias proferre prolatasque reicere in animo mihi est, cum praesertim omnes uno eodemque laborent ad irritumque cadant vitio vel gravissimo, quod temporum sane iniquitati potius tribuendum est; etenim una, ut dicitur, pertica uniuscuiusque anni mysteria tractare non dubitaverunt atque repugnantia inter se testimonia conciliare conati suis ipsorum se laqueis irretiverunt. Nunc autem perprospere accidit, ut invenirentur monumenta, ex quibus alia ratione celebrata esse Eleusinia tertio quoque anno et quinto necessario effici capite priore omnibus persuasisse me spero. Quod si re vera factum est, eorum finem non semper in eundem incidisse diem sed pro ludorum pompa aut maiore aut minore producta esse mysteria aut contracta intra temporis spatium cancellis quamvis angustis circumscriptum, facile est intellectu. Unde falsam esse Meursii p. 62 opinionem, ex coniectura ineptissima ne dicam ex mera libidine pendentem sponte patet, qua ex Polyaeni loco III, 11, 2 novem fuisse mysteriorum dies elicere studebat. Quam perversitatem, quae Meursio sane, quippe qui primus sine duce mysteriorum latebras investigaverit, condonari potest, infecisse alios tuo mireris iure, nam etiamsi raptae Proserpinae fabulam accuratissime expressam esse mysteriorum ritibus concedamus — quod ut statuamus ne umbra quidem est causae[1]) — nulla illi auctoritas additur coniecturae, cum plus novem diebus efficiantur. Satis igitur habebo proprio usus Marte meam de mysteriorum tempore opinionem comprobare argumentis additis, quorum pleraque deberi priorum industriae, acumini sagacitatique sine gratissimo animi sensu dicere nolim neque tamen nomina auctorum unoquoque loco apponere e re visum est, nec non respectis inscriptionibus, quarum de nonnullis ut planius fusiusque exponerem et res postulare videbatur et voluntas adhortabatur. Et erunt sane haud ita pauca, quae tamquam primoribus labris attacta esse videantur.

---

[1]) Nullum enim unum huius sententiae apud scriptores exstat testimonium, nam Ov. fast. X, 431 (Preller, R. E. 100) omnino non pertinet ad ieiunium novem dierum neque ad mysteria et Ov. l. c. IV, 535, quod fere citant, nihil aliud demonstrat nisi in universum rationem quandam intercessisse inter fabulam cultumque, id quod per se probabile est; cf. Ov. l. c. 494.

Expositurus autem eam sum mysteriorum rationem, quam inde ab Periclis aetate non nisi levissimis mutationibus factis valuisse usque ad imperatorum Romanorum tempora pro certo habeo, quamque admodum probabiliter iam initio quinti saeculi ascribi supra dixi ac probare studùi. Tantum autem abest, ut de novissimis Eleusiniorum saeculis praefracte diiudicari possit, ut contra propter testimoniorum paucitatem utique sit cavendum, ne ex pannis nimium laceratis ac dispersis aliquid firmi consuere studeamus, praesertim cum etiam ipsa temporum ratio omnium rerum ruina insignis hominumque indoles dominorum adulatione et assentatione satis superque assueta ac foedata refragari videatur huic conatui. Facile nimirum fieri potuisse ut pro imperatorum ingenio mysteriis propenso aut infenso augerenter dies festi aut diminuerentur, quemvis concessurum arbitror, quamquam certa sane exempla non exstant.

Sed priusquam ad ipsam rem accedamus pauca praemonere opus duxi de mysteriorum appellationibus, quoniam ab Sauppio, de inscript. Eleus., ind. lect. Göttg. 1861, p. 8 sq„ altera tantum pars absoluta est. — Duo enim erant Athenis mysteriorum genera religionis cultusque intima cognatione quam artissime inter se cohaerentia, quorum alterum celebrabatur Agris menso Anthesterione, alterum Eleusine Boëdromione. Ex qua locorum differentia altera manavit mysteriorum distinguendorum ratio, etenim dicebantur priora *τὰ πρὸς Ἄγραν μυστήρια,* cf. C. I. A. II, 315, 9 (Dittbg. 386 not. 3), vel ut plerumque exstat apud scriptores *τὰ ἐν Ἄγρας μυστήρια* (Sauppe l. c.), posteriora nomine proprio peculiarique significari non opus erat, sed sufficiebat vox *μυστήρια* nude posita (cf. schol. Aesch. Or. att. ed. Tur. II, 35 *τὰ τῶν Ἐλευσινίων λέγει ἅπερ ἐξαιρέτως μυστήρια ἐκάλουν*), quia multo prius iam floruerunt Eleusinia quam minora orirentur mysteria ac tum accuratior definitio prorsus erat supervacanea. Neque enim persuasisse mihi Meursii sententiam (l. c. p. 1 sq.) ab omnibus fere probatam libenter concedo, sic ratiocinantis: „erant Eleusinia nominis tanti et dignitatis, ut maioris in antiquitate omni nulla essent: adeo ut, cum plura etiam plurium deorum haberentur, *κατ᾽ ἐξοχήν* sola *μυστήρια* sint vocata“, quamquam ad servandam etiam posteris temporibus simplicem Eleusiniorum nuncupationem quantum valuerit haec

sanctissima dignitas non est quod moneam.[1]) — Sed cum non solum celebrationis loco diversa essent duo illa mysteria, sed etiam dierum festorum splendore, multitudine, gloria, facillime apparet, quid fuerit cur distinguerentur adiectis *τὰ μεγάλα* (Rat. El. I, 4; α 29; β 28, 31; C. I. A. II, 315 (Dittbg. 386), 21; 442, 1; 446 sqq.) et *τὰ μικρά* (Sauppe l. c.) vel quae antiquior consuetudo videtur, comparativis horum nominum, velut etiamnunc exstat in C. I. A. I, 1, 75 (Dittbg. 384) *τοῖς δὲ ὀλ|είζοσι μυστε|ρίοισιν,* apud Polyaenum V, 17 *παρὰ τὸν Ἰλισσὸν, οὗ τὸν καθαρμὸν τελοῦσι τοῖς ἐλάττοσι μυστηρίοις.* Tum autem factum esse, ut *τὰ Ἐλευσίνια,* quod peculiare fuerat ludorum nomen, latius pateret et irreperet in mysteriorum significationem, supra satis est expositum.

Quare nunc quaestionem ipsam de maiorum mysteriorum tempore subire iuvat, accuratissimo discrimine facto inter ea, quae pro certis sunt habenda et ea quae coniecturis tantum quamvis probabilibus nituntur.

De priore feriarum parte Athenis ipsis agitata quamquam adhuc nulla fere dissensio fuit inter doctos viros recentioris aetatis, equidem tamen pedibus ire in vulgarem sententiam dubito. Id sane in controversiam vocari nequit, initium cepisse mysteria sub medium mensem Boëdromionem luna fere plena, quam Graeci vocabant *διχομηνίαν,* quia non solum ad celebrationis partem religiosissimam Eleusine noctu fieri solitam opus erat lunae splendore (Eur. Ion. 1082), sed etiam in tanta fastorum graecorum diversitate ac confusione plena luna una erat firmissima amussis (A. Mommsen, Chronologie p. 45), ad quam dirigere se ac conformare potuerunt ii qui undique confluebant ad celeberrima illa sacra.[2]) Atque hoc argumentum ex ipsa rerum natura repetitum vel optime confirmari puto et coniunctis Plutarchi Cam. 19 (*Ἀθηναῖοι τὴν περὶ Νάξον ἐνίκων ναυμαχίαν, ἧς Χαβρίας ἐστρατήγει τοῦ Βοηδρομιῶνος περὶ τὴν πανσέ-*

---

[1]) Illud *τὰ κατ' Ἐλευσῖνα μυστήρια* quod invenitur apud Eustath. ad Il. I, 275 et Euseb. praep. evang. III, 12, numquam fuisse videtur formula sollemnis.

[2]) Eadem fuisse videtur causa, cur indutiarum sacrarum initium *ἀπὸ διχομηνίας* (C. I. A. I, 1 [Dittenbg. 384] 60, 80) constitueretur.

ληνον) et Polyaeni III, 11 (*Χαβρίας περὶ Νάξον ναυμαχῶν ἐνίκησε Βοηδρομιῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα, ταύτην τὴν ἡμέραν ἐπιτήδειον τῇ ναυμαχίᾳ κρίνας, ὅτι ἦν μία τῶν μεγάλων μυστηρίων*) de pugna ad Naxum commissa testimoniis et loco Plut. Alex. 31: *ἡ μὲν οὖν σελήνη τοῦ Βοηδρομιῶνος ἐξέλιπε περὶ τὴν τῶν μυστηρίων τῶν Ἀθήνησιν ἀρχήν,* cuius lunae defectus tempus accuratius definire iam Meursii p. 61 contigit ingenio adhibitis verbis sequentibus: *ἑνδεκάτῃ δὲ ἀπὸ τῆς ἐκλείψεως,* scil. ad Arbelam pugnatum est, et Plut. Cam. 19, quo *πέμπτῃ φθίνοντος* hoc factum esse proelium memoriae proditur; efficitur enim decimus quintus Boëdromionis dies. Sed ne quis ex illo *περὶ τὴν τῶν μυστηρίων ἀρχήν* et inde quod, dummodo valeat aliquid Gemini VII p. 149, 151 auctoritas, *πανσέληνος γίνεται ταχίστη μὲν περὶ τὴν ιγ', βραδυτάτη δὲ περὶ τὴν ιζ'* (leg. *ιε'* Mommsen, Chron. 56), mysteriorum initium non in certum quendam incidisse mensis diem arbitretur, sed pependisse ex tempore plenae lunae, ut omittam alia, praepositionem *περί* apud Plutarchum saepius videri positam peculiari quadam significatione a vulgari abhorrente, ita ut spectet ad tempus definitum (cf. Camill. 19 *περὶ τὴν πανσέληνον ἢ καὶ πρότερον ἡμέρᾳ; περὶ τὰς εἰκάδας* cet.)[1]) primum erit monendum, deinde iam a Periclis inde aetate adeo non anxie observatas esse in feriis agendis lunae vices, ut Aristophanes serio potius quam ioco conquereretur calendarium Atheniensium plane turbatum nub. 615 sqq.; cf. pac. 414 sqq., quo efficeretur, ut coena dei fraudentur abeantque domum sacra non adepti, quae ipsis fieri debuissent iuxta statum dierum ordinem. Quae quamvis ita sint, attamen quin in universum plena luna coepisse mysteria meo statuerim iure posse dubium videri cuipiam vix putaverim.

At licet paulo longius progredi certiusque iudicare de mysteriorum initio. Elucet enim Boëdromionis diem decimum quartum non festum fuisse ex decreto C. I. A. II, 470, quod illo factum die solum tulit aetatem v. 3: *Βοηδρομιῶνος τετράδι ἐ[πὶ] δέκα, τετάρτηι καὶ δεκάτηι τῆς π[ρυτ]ανείας· ἐκκλησία κυρία [ἐν τῶι θεάτρωι] κτλ.,* nam ad quodcunque tempus hic re-

[1]) Quod si recte sic statuimus, etiam hoc argumento nostra de mysteriorum initio ab decimo quinto Boëdromionis die capto sententia firmatur.

ferendus est titulus — quae quidem est quaestio admodum intricata — quamquam diebus festis fieri decreta contionesque non prorsus est inauditum (cf. Mommsen p. 93; Aeschin. III, 67), tamen hunc diem non pertinere ad mysteriorum tempus multo est. verisimilius ratione praesertim habita quaestorum Minervae tabulae (fere ol. 93, 2 exsculptae) C. I. A. I, 190, 22 et 24, in qua duo exhibentur expensa hoc ipso die facta, etsi haud ita multum huic tribuendum esse rei ipse ultro concesserim. Accedit quod diem decimum sextum unum fuisse ex festorum numero, *ἅλαδε μύσται* nuncupatum in propatulo est. Ergo ipse hic dies primus statuatur necesse esse puto feriarum aut is qui antecessit decimus quintus. Quam posteriorem opinionem ut probemus duplex est ratio, altera ex titulo quodam Eumolpidarum gentis (C. I. A. III, 5 [Dittbg. 387] v. 8) deprompta, quo ephebi, iuventutis flos, *τῆι τρίτηι ἐπὶ δέ*[*κα*] *τοῦ Βοηδρομιῶνος* proficisci Eleusinem iubentur, [*ἵ*]*να τῆι τετράδι ἐπὶ δέκα πα*|[*ραπέ*]*μψωσιν τὰ ἱερὰ μεχ*[*ρὶ*] *τοῦ Ἐλευσινίου τοῦ ὑπὸ* | [*τῆι π*]*όλει.* Quibus ex verbis cum olim propter mutilam tituli condicionem non posse „amplius initium Eleusiniorum ad quintum decimum Boëdromionis diem referri“ (Dittenberger, de eph. att. p. 61), enuclearent viri docti, nunc felicissime supplementis, quorum magna pars debetur Dittenbergeri acumini, inventis in contrariam disputare licet partem [1]), eo nimirum consilio fiebat pompa illa qua deducebantur (v. 4) *τὰ ἱερὰ* | [*εὐκόσμω*]*ς Ἐλευσινό*[*θεν εἰς ἄστυ*] [2]), ne mysteriorum celebrationis dies priores Athenis ipsis agitati carerent sanctissimis simulacris (Dittbg. 360 not. 4) Eleusiniis, quae paulo post frequentissima Iacchi pompa

[1]) Lenormanti enim halucinationes (Voie sacrée Éleusinienne 1864, p. 283), quibus pompam die *ἅλαδε μύσται* factam probare studebat, plane nihili sunt. Ceterum ad eandem referendum puto pompam Philostr. vit. soph. (Kays.) p. 262, 25 *ὄνομα μὲν δὴ τῷ προαστείῳ Ἱερὰ συκῆ· τὰ δὲ Ἐλευσινόθεν ἱερὰ, ἐπειδὰν ἐς ἄστυ ἄγωσιν, ἐκεῖ ἀναπαύουσιν.*

[2]) A. Martin, Mélanges d'arch. et d'hist. VI (1886) p. 62, demonstrare studuit, „que la présence de cavalerie à côté des magistrats était de règle dans les cérémonies de ce genre“ (*ὑπαπάντησις*); at de Eleusiniis nihil traditur hanc quod tueatur opinionem, immo argumentum illud, quo solo fulcitur, prorsus est incertum.

reduci fas erat ab universo feriarum conventu; nondum igitur coepta erant mysteria decimo quarto die Boëdromionis, sed instabat initium proximo die, nam cur unus interpositus sit dies, idonea causa non invenitur. At offendat forte quispiam in tituli origine admodum recenti, Hadriani certe imperio non antiquiore, neque vero iure meritoque, quia iam antiquiore tempore illam *ὑπάντησιν τοῖς ἱεροῖς ἐν ὅπλοις* factam esse ab ephebis intellegitur ex locis supra allatis, nec quin eodem tum die deducta sint sacra dubitandum est. Altera ratio idem quae indicat, est quod Hesychii nota *ἀγυρμός· ἐκκλησία· συγκρότησις· ἔστι δὲ πᾶν τὸ ἀγειρόμενον καὶ τῶν μυστηρίων ἡμέρα πρώτη* non fuisse *ἅλαδε μύσται* Eleusiniorum initium effici videtur. Erunt sane qui hoc flocci pendant argumentum, Prellerique ratiocinationem secuti (Zt. 1002) respici illo loco Hesychiano quaevis alia mysteria iudicent. At illis temporibus vox *μυστήρια* simplex indicat Eleusinia, mysteria *κατ᾽ ἐξοχήν* nuncupata. Accedit quod nullum adhuc in lucem prodiit decretum hoc factum die, quamquam casui fortasse id concedo tribui posse. Quae vero illo facta sint die, ut abhorret investigare ab consilio nostro, ita ne constat quidem. (Preller p. 1007).

Sequebatur alter dies festus, *ἅλαδε μύσται* nuncupatus (Hesych. *ἅλαδε μύσται* [traditum est *ἁλαδένυσται*] *ἡμέρα τις τῶν Ἀθήνησιν μυστηρίων*), quem celebratum esse die decimo sexto Polyaeni loco III, 11 optime a Meursio p. 64 sanato, extra dubitationem est positum. — Atque nunc, id quod in transcursu moneo, etiam illam de loco quaestionem, quo factae putandae sint lustrationes, ad finem perduci posse arbitror et eam faciam ob causam, quod ab nullo adhuc factum id video. Dubitabatur enim ac disceptabatur, utrum ad Rheitos [1]) fieri sint solitae an ad Piraeeum, quarum opinionum altera firmari videbatur Et. M. 469, 18 *ἱερὰ ὁδός τις ἦν ἡ εἰς Ἐλευσῖνα ἄγουσα, ἣν ἀπίασιν οἱ μύσται ἅλαδε* [2]), altera Plut. Phoc. 28: *μύστην*

---

[1]) de quibus cf. Prelleri disputationem de via sacra Eleusinia alteram. Dorp. 1841 p. 10.

[2]) quod forte depravatum esse ex *Ἐλευσῖνάδε*, quae Prelleri R. E. p. 96 erat opinio, omni caret probabilitate refelliturque titulo paulo infra exscripto, quo eadem formula usurpatur ad portam quandam significandam.

δὲ λούοντα χοιρίδιον ἐν Κανθάρῳ (libri καθαρῷ) λιμένι κῆτος συνέλαβε; scholion Aeschin. Ctes. 130: κατελθόντων τῶν μυστῶν ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἐπὶ τὸ καθαρθῆναι, neque addit neque demit vim alterutri. At loco Plutarcheo num omnino agatur de lustrationibus his, utique non est in propatulo; an nihil putas interesse inter porcelli et ipsius corporis purgationem? Opus autem fuisse omnibus mystis ad initiandum satis superque constat porco[1]), quem post diem ἅλαδε μύσται immolatum esse O. Müller recte opinor statuit A. E. 283 n. 99. Quare qui ad Piraeeum lustrationes factas esse statuerunt, quid veri esset, iis suboluisse praefracte negaverim. An decreto Ἐφ. ἀρχ. περ. III, 2, 1884 p. 163 ad quinti saeculi finem referendo: καὶ τε̃ς τάφρο καὶ τõ ὕδατος κρατε̃ν τõ ἐγ Διὸς τὸν μισθοσά|μενον ὁπόσον ἐντὸς ῥεῖ τõ Διονυσίο καὶ τõν πυλõν, ἓ ἅλαδε ἐ(χ)σελα|ύνοσι οἱ μύσται adminiculari putas illam sententiam? Cave perperam agas. Nonne E. Curtio potius concedendum est, minora illa significatione spectari mysteria[2]), quorum vel maximam partem effecisse huiusmodi lustrationes constat. (Hermann 58 n. 25 sqq.; Schoemann II p. 349.)

Restat ut eodem die propter Chabriae victoriam navalem apud Naxum reportatam ἐπινίκια quotannis celebrata esse addam. (Plut. Phoc. 6; de glor. Ath. 343.)[3])

De insequentibus diebus cum nihil certi memoriae sit proditum, caute est agendum. Id tantum constat, sacra tum facta esse in Eleusinio urbano (cf. Lys. VI, 4: ἂν νυνὶ Ἀνδοκίδης . . . . . λάχῃ βασιλεύς, ἄλλο τι ἢ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ θυσιάσει καὶ εὐχὰς εὔξεται κατὰ τὰ πάτρια, τὰ μὲν ἐν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσινίῳ, τὰ δὲ ἐν τῷ Ἐλευσῖνι ἱερῷ, et Andoc., de myst. 132: εἰσιὼν εἰς τὸ Ἐλευσίνιον καὶ θύων), deinde acta Epi-

---

[1]) Cf. I. Blass in „Grenzboten“ XXXVI, 1877, IV p. 363.

[2]) Das Neleion in Sitzungsber. der Akad. d. W. zu Berlin 1884 p. 440: Dies (Mystenthor) kann nur am Abhange des Museion, oberhalb des itonischen Thores gelegen haben. Wir lernen daraus, dass die Procession nach dem Phaleron gerichtet war, dass dieser Processionsweg auf die mystischen Heiligthümer in Agrai berechnet war.

[3]) Quod decretum subditicium (Dem. 18, 105) hoc ipso factum die finxit falsarius, inde num forte quid ad eius definiendam aetatem certe recentem redundare possit, aliis diiudicandum permittam.

dauria Athenis, Philostr. vit. Apoll. 72, 6 (Kays.): *ἦν μὲν δὴ Ἐπιδαυρίων ἡμέρα, τὰ δὲ Ἐπιδαύρια μετὰ πρόσρησίν τε καὶ ἱερεῖα δεῦρο μύειν Ἀθηναίοις πάτριον ἐπὶ θυσίᾳ δευτέρᾳ.* Nam ineptàs priorum sententias Prelleri lucubratione sagacissima Zt. f. Altert. p. 1005 sq. (cf. R. E. 96) ita reiectas constat, ut O. Müllerum illas resuscitasse nugas valde mireris. Exsistit autem quaestio, quo tandem die sacra sint celebrata quoque Epidauria [1]), quae quidem quaestio eo fit multo facilior, quod trium tantum dierum relinquitur spatium, in quod incidisse ea consentaneum est, dummodo *εἰκάσιν* Iacchi pompa Eleusinem deducta non iam Athenis fuisse mystarum turbam statuendum videatur; atque id nemo sanus infitietur. Iam contigit Prellero primo viam ingresso a Boeckhio [2]) indicatam longius procedere adhibito titulo C. I. A. III, 77, qui „Hadriani aetate non recentior" continet privatorum sacrorum catalogum, quae iisdem fere fiunt diebus atque publice oblata, exhibetque v. 6: *ζί* (sc. *Βοηδρομιῶνος*, cf. v. 4) *Δήμη|τρι, Κόρῃ δέλφακα ἀνυπερθέτως, ηί τρυγ[η]|τὸν Διονύσωι καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἀν[υπ]ερ[θέ]τως].* At inde priusquam aliquid coniectura assequi studeamus, iuvat fortasse novisse duo (vel potius tria, nisi forte restitutio mea C. I. A. II, 431 pro nihilo sit habenda v. 2: *Βοηδρο|[μι]ῶ[νος ὀγδόει ἐπὶ δέκα, τρίτει καὶ εἰ]κο[στεῖ τῆς πρυτανεί|ας]* cf. infra) adhuc servata decreta tertii saeculi initio ascribenda, ex quibus Boëdromionis die decimo octavo populi tum contiones (*ἐκκλησίας κυρίας*) habitas esse luculenter apparet, dico C. I. A. II 314 (Dittbg. 143) *[Ἐ]πὶ Εὐθί[ο]υ ἄρχοντος ἐπὶ τῆς [Ἀκαμαντίδο]ς τ[ρίτης | π]ρυτανείας, εἶ Ναυσιμένης Ναυσικύδου Χολαρ[γεὺ|ς] ἐγραμμάτευεν· Βοηδρομιῶνος ὀγδόει ἐπὶ δέ[κα ἐ|ν]άτει καὶ δεκάτει τῆς πρυτανείας· ἐκκλησία κυρ[ί]α*, et C. I. A. II, 330: *[Ἐπὶ . . . . ἄρχοντο]ς ἐπὶ τῆς Ἀντιο[χίδ]ο[ς] τ[ρ]ίτης | [πρυτανείας, εἶ . . . .]ος Δημητρίο[υ]*

---

[1]) Etiam Epidauro Asclepii cultum coniunctum fuisse cum mysteriorum administatione non sine probabilitate elicitur ex *Ἐφ. ἀρχ. περ.* III, 2, 1884 p. 21: *Ἀσκληπιῶι | λιγεώτηι | ὁ ἱεροφάντης | καὶ ἱερευς τ|οῦ σωτῆ ρος κτλ.*

[2]) Kl. Schr. V, 82: Schon beim achtzehnten Boedromion kommt ein Opfer für den Dionysos vor, welches mit den grossen Eleusinien zusammenhängt.

Ἱπποτ[ο]μ[ά]δης | *[ἐγραμμάτευεν· Βοηδρομι]ῶνος ὀγδόει ἐπὶ δέ[κα], τετά|[ρτει καὶ δεκάτει τῆς πρυτ]ανείας· ἐκκλησία.* Iam harum quae causa fuerit contionum, haud ita difficile est ad cognoscendum, modo quin ternae singulis mensibus contiones sint habitae duodecim tribuum aetate (cf. Reusch, de diebus contionum ordinariarum apud Ath., dis. Argent. III, 1880 p. 52 sqq.) dubium non sit, quarum altera, etsi neque lege neque populi decreto fixi erant dies, tamen plerumque fiebat vicesimo primo. Quo die cum mense Boëdromione mysteria agerentur Eleusine summa cum frequentia, utique fieri non potuit, ut contio haberetur ordinaria Athenis, immo differri oportebat. At cum Eleusinia nonnullis certe annis non finirentur prius quam *τετρά[δι μετ' εἰκάδας]*, cf. C. I. A. II, 372, 3, i. e. die vicesimo sexto vel septimo, consentaneum est, ut ante pompam Eleusinem deductam fierent conciones, invaluisse consuetudinem. Selectos autem ad habendas contiones eos esse dies, qui ceteris cedebant cultus religione et sollemnitate et auctoritate, admodum fit probabile, nam sollemniter omnino non illos celebratos esse, nihil est quod indicet, atque in tanta peregrinorum frequentia ne veri quidem est simile. At si eos tantum, qui initiari cuperent, sacra facere obstrictos fuisse iure meritoque statuit A. Mommsen p. 226, nonne sacrorum potissimum diebus decerni potuisse consentaneum est? Epidauria autem sat magna praestitisse pompa cum aliunde constat, tum titulorum probatur litteris, quamvis taceant, clamantibus: C. I. A. II, 453 b, 13 *τὴν ἑαυτοῦ θυγατ[έρα . . . εἰς τὰ]* | *Ἐπιδαύρια ἀῤῥηφοροῦσαν*; III, 916, 10 *κανηφο|ρήσασαν* | *Ἐπιδαυρί|οις.* Accedit quod feriae illae institutae *Ἀσκληπιοῦ ἕνεκα, ὅτι δὴ ἐμύησαν αὐτὸν ἥκοντα Ἐπιδαυρόθεν ὀψὲ μυστηρίων* (Philostr. l. c.)[1]) eo die celebratae videntur, qui ultimus Athenis festus agebatur, i. e. Boëdromionis undevicesimo. Quibus omnibus perpensis recte se habere Prelleri rationem[2]) arbitratus sic iudico, sacra esse facta diebus decimo septimo et octavo, Epidauria acta insequente; de priorum autem nominibus

---

[1]) Cf. etiam Paus. II, 26, 7: *τοῦτο μὲν γὰρ Ἀθηναῖοι τῆς τελετῆς λέγοντες Ἀσκληπιῷ μεταδοῦναι τὴν ἡμέραν ταύτην Ἐπιδαύρια ὀνομάζουσιν.*

[2]) quam Lenormant probavit rech. 181 sq., 264 sq.

dierum cum nihil constet[1]), conicere aliquid nihil aliud esse atque oleum et operam perdere.

Iam venimus ad sanctissimam Iacchi pompam, quam incedebat maxima cum religione atque festivitate mystarum ingens multitudo via sacra[2]) Athenis profecta Eleusinem. Quae processio quo facta sit die cum olim inter omnes constaret — scriptores enim ad unum omnes ad vicesimum mensis Boëdromionis diem (*εἰκάδα*) hanc referunt pompam, cf. Eur. Ion. 1076[3]); Plut. Phoc. 28; Camill. 19; Polyaen. III, 11; schol. Arist. ran. 324 — nunc aliquamdiu dubium videbatur (cf. Dittenberger, de eph. att. p. 62) ideo quod C. I. A. III. 5 (Dittbg. 387), 15 exstat: *κατὰ τὰ αὐτὰ | [δὲ τῆι] ἐνάτηι ἐπὶ δέκα τοῦ Βοηδρομιῶνος προς[τάξα]ι τῶι κοσμητῆι τῶν ἐφήβων ἄγειν τοὺς ἐφή[βους πάλιν Ἐ]λευσινάδε μετὰ τοῦ αὐτοῦ σχήματος π[αραπέμ.πον]τας τὰ ἱερά*, donec A. Mommseno repugnantia scriptorum titulique verba conciliare inter se optime contigit p. 226.[4]) Sic enim res expedienda videtur, „ut undevicesimo die Athenis profectam esse pompam statuamus, sed post solis occasum Eleusina pervenisse cum taedis ardentibus; nox vero iam proximi diei pars est“ [5]) (Dittbg. l. c. not. 5). Atqui cum fiat, ut seorsim indicare malint viri ceteroquin docti quam felicissime invento uti, addere e re puto confirmari quodammodo hanc Mommseni sententiam quibusdam scriptorum testimoniis, quibus luce clara profectam esse efficiatur mystarum turbam Athenis (Herod. VIII, 65 *ἰδεῖν*

[1]) Boeckh sane C. I. G. I, 483a cum sacrorum nomen *θύα* (cf. Hesych.) ad diei ipsius transtulit nuncupationem fallitur nec minus Preller, qui p. 1006 ex Philostrati loco supra laudato nomina iis fuisse *θυσία πρώτη* et *θυσία δευτέρα* posse colligi ratus est.

[2]) L. Preller, de via sacra El. I et II, ind. schol. Dorpat 1841, et Fr. Lenormant, monographie de la voie sacrée Él. 1864.

[3]) Apud Andocidem, de myst. 121, qui fere laudatur, ne verbo quidem significatur Iacchus, sed exstat tantum: *ταῖς δ' εἰκάσι, μυστηρίοις τούτοις*.

[4]) Nisi forte eum tenere mavis cursum, quo Lenormant voie sacrée p. 282 per has navigare studuit symplegadas prosperi expers successus; sic enim statuit: résulter du contexte — que le 19 avait eu lieu non la procession mais l'avis donné par un des ministres éleusiniens au directeur des éphèbes de les tenir prêts pour cette cérémonie.

[5]) A. Mommsen, Chronol. 1883 p. 54 sqq.

δὲ κονιορτὸν χωρέοντα ἀπ' Ἐλευσῖνος ὡς ἀνδρῶν μάλιστά κῃ τρισμυρίων κτλ.; Plut. Alc. 34 *προδρόμους τινὰς ἅμ' ἡμέρᾳ προεξέπεμψεν, ἱερεῖς δὲ καὶ μύστας καὶ μυσταγωγοὺς ἀναλαβὼν κτλ.*), Eleusinem pervenisse noctu (Eur. Ion. 1076 *εἰ παρὰ καλλιχόροισιν παγαῖς λαμπάδα θεωρὸν εἰκάδων ὄψεται ἐννύχιος ἄυπνος ὤν,* cf. etiam Arist. ran. 325 sqq.). Sanequam auctoritatem et Herodoti et Plutarchi minoris putet quispiam momenti, quod apud illum omnino non de pompa re vera facta agitur sed de miraculo, apud hunc temporum miseria potius necessitateque coactum immutasse Alcibiadem vulgatam pompae formam cogitari certe potest. Nihilominus hanc Mommseni sententiam probo, sed improbo, quod iam ante meridiem discessisse mystas Athenis idem statuit vir doctus loco Plutarchi potissimum nisus. Quamquam enim non celerius quam quattuor horis tota via absolvi potuit (Preller, de via s. II, p. 14) atque in itinere caerimoniis celebratis [1]) multo etiam plus consumptum esse temporis consentaneum est, attamen ad tam matutinum tempus esse ascendendum non satis probatum puto.[2]) Accedit quod sic Epidauria ad diem decimum octavum differenda sunt sacraque omnia uno eodemque facta esse die statuendum est refragante titulo C. I. A. III, 77. Quodsi post meridiem vel ad vesperam profecta est pompa, nihil iam offendit, nam quod uno die Epidauria celebrata, Iacchusque deduci coeptus est, mirum esse nequit, cum praesertim Epidauriorum feriae quamvis antiquis temporibus quasi supplementa quaedam mysteriis additae et tradantur et videantur.

Sollemnitatis partem alteram Eleusine inde ab vicesimo Boëdromionis die agitatam priusquam tractem, fieri non potest quin de titulis quibusdam ad idem tempus spectantibus disseram, quibus recte accurateque intellectis fore spero ut manet aliquid ad definiendas *ἡμέρας μυστηριώτιδας κατ' ἐξοχήν* nuncupatas, quae latent adhuc crassis occultatae et circumfusae tenebris.

Ante omnia autem concedendum tenendumque est, quod

---

[1]) C. I. A. III, 5 (Dittenbg. 387), 26: *καὶ θυσιῶν καὶ σπονδῶν καὶ παιάνων τῶ[ν κατὰ τὴν] | ὁδόν*; Plut. Alc. 34: *καὶ θυσίαι καὶ χορεῖαι καὶ πολλὰ τῶν δρωμένων καθ' ὁδὸν ἱερῶν, ὅταν ἐξελαύνωσι τὸν Ἴακχον.*

[2]) Cum Mommseno prorsus facit G. Busolt, griech. Gesch. I p. 433

supra dixi, diebus istis, quibus ingens mystarum multitudo Eleusine esset, neutiquam potuisse comitia haberi. Quare quod U. Koehler restituit in titulo C. I. A. II, 303 [*Β*]*ο*[*ηδρομιῶνος* | *εἰ-κοστ*]*εῖ*[1]), tolerari nequit, etsi utrum cum Reuschio l. c. p. 23 restituendum sit [*Μ*]*ο*[*υνιχιῶνος* | *εἰκοστ*]*εῖ* an cum Ad. Schmidt, Jhrb. f. Ph. 129, 1884 p. 732 [*Μ*]*ο*[*υνιχιῶνος δ*|*ωδεκάτ*]*ει*, quod supplementum confirmatur lectionis varietate, diiudicare non ausim et ad hanc quaestionem nullius est momenti.

De insequentium dierum decretis nunc admodum difficile est ad existimandum, quoniam utrum recte offenderit Usener, Rh. Mus. XXXIV, 1879 p. 388 sqq., in vulgari significationis *μετ' εἰκάδας* interpretatione necne, fluctuant adhuc opiniones. Atqui tanti acuminis, tantae perspicuitatis mihi visa est illa tractatio, ut etsi quae obiecerunt et repugnaverunt alii velut Unger, Phil. XXXIX, 1880 p. 475 sqq., A. Mommsen, Chronol. 116 sqq., Ad. Schmidt l. c. 687 sq., non ignoro, tamen ab Useneri partibus stem, quamquam eius sententiam „neque confirmare argumentis neque refellere in animo est“ nec per angustos huius libelli cancellos licet; puto igitur significationem *μετ' εἰκάδας* eodem modo ac vocem *φθίνοντος* usurpari ea scilicet computatione, ut dies lunae decrescentis retro numerarentur.

Sunt autem decreta haec:

C. I. A. II, 381 ad posteriorem tertii saeculi partem referendum: [*Ἐπὶ*] *Ἐρ*[*γοχάρους ἄρχοντ*]*ος ἐπὶ τῆς Ἱπποθωντ*[*ί*]|*δος τρί*[*της πρυτανεία*]*ς, ἧι Ζωΐλος Διοφίλο*[*υ*] | *Ἀλωπεκ*[*ῆθεν ἐγραμμάτ*]*ευεν· Μεταγειτνιῶ*|*νος ἐνάτ*[*ηι μετ' εἰκάδας δ*][2])*ευ-τέραι ἐμβολί*|*μωι, εἰκοσ*[*τῆι τῆς πρυτα*]*νείας ἐκκλησί*[*α ἐν*] | *τῶι θεάτρ*[*ωι σύγκλητος*] *κτλ.* Quae temporis definitio cum

---

[1]) Toto differt caelo, quod apud Andocidem I, 121 exstat *ταῖς δ' εἰκάσι μυστηρίοις τούτοις ἐνδείκνυσί με*, quia *ἔνδειξις* spectat ad ipsa sacra et actionis illius genus postulabat, ut statim deferantur manifesti et convicti, „qui tamen faciunt quod propter delicta iis interdictum est“. (Schoemann, de comit. Ath. p. 112; cf. Meier-Schoemann-Lipsius, att. Proc. 286 sq.)

[2]) Sic rectissime supplevit Reusch p. 28 (cf. etiam 136) et Ad. Schmidt p. 711 pro Koehleri supplemento *ἐνάτ*[*ηι καὶ δεκάτηι*], „dies enim XIX audit *ἐνάτη ἐπὶ δέκα*“. Ipse quoddam cogitaveram de: *ἐνά-τ*[*ηι ἐπὶ δέκα τῆι δ*]*ευτέραι ἐμβολίμωι*, cf. C. I. A. II, 320, 5.

neque ad communis neque ad intercalaris anni quadret rationem, quamquam id demonstrare studuit Ad. Schmidt l. c. 710 sq., mero lapicidae errori deberi videtur, cuius emendandi duplex est ratio, statuendum enim est aut *Μεταγειτνιῶνος* scriptum esse pro *Βοηδρομιῶνος*, aut *τρίτης* pro *δευτέρας*; quarum opinionum prior ab omnibus, quod sciam, recepta (Koehler l. c., Reusch l. c., Usener l. c. p. 397 (411), Unger l. c. p. 434), licet quantumvis multis consimilis erroris exemplis defendatur, quia dies vicesimus tertius certe Eleusine agebatur, nec nimium tribuendum esse puto illi, quod contio erat extraordinaria, alteram cur improbemus, nihil video; quare non prius vulgatam rationem secuturus sum, quam incorruptis titulis aut certissime restitutis persuadere mihi possim, non insolitum tum fuisse decerni illo die. Nam (Dem.) 42, 12 p. 1042 *ἐπείσθην .... τὴν μὲν σύνοδον τὴν περὶ τῶν διαλύσεων τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος τοῦ Βοηδρομιῶνος μηνὸς ὁμολογῆσαι ποιήσασθαι, τὴν δ' ἀπόφασιν τῆς οὐσίας τῇ ἕκτῃ φθίνοντος* (Meier-Schoemann-Lipsius l. c. 739) inde quominus aliquid redundare putemus ad quaestionem institutam, impedimur condicione illius synodi privata. Ac ne C. I. A. III, 2 quidem aliquid valet, utpote quod aetati multo recentiori vindicandum sit (cf. infra). Alia autem huiusmodi exempla adhuc desiderantur, coniecit sane Unger, Herm. XVI, 1879 p. 595, in titulo C. I. A. II, 431, 29 supplendum esse [*ὀγδόει μετ' εἰκάδας, πρώ*]*τει τῆς πρυτανείας*, sed ne auctor quidem coniecturae umquam de die vicesimo tertio cogitavit nec cogitare potuit, quia nondum innotuerat vera significationis *μετ' εἰκάδας* cognitio.[1]) Quare si quis ratam censeat Useneri rationem ratumque item Ungeri supplementum, in decreto illo, quod priore tituli parte continetur, expellendum certe est, quod Unger restituit [*δεκάτει ὑστέραι, τρίτει καὶ εἰ*]*κο*[*στεῖ τῆς πρυτανε*|*ία*]*ς*. Sed omnino missam facere licet illam emendationem, utpote cui litterarum vestigia quamvis mutilatarum refragentur, quae vir ille doctus aut omnino neglexit aut flocci non pependit, equidem valere aliquid puto ad pristinam integramque formam intellegendam. Quod ut fiat, eo magis est optandum, quod

[1]) Qua refutata Ad. Schmidt l. c. p. 700 sqq. supplevit [*τρίτει ἐπὶ δέκα, μιᾶι καὶ εἰ*]*κο*[*στεῖ*] priore loco, [*τρίτει μετ' εἰκάδας, τρίτ*]*ει τῆς πρυτανείας* posteriore, quod equidem probare nequeo.

hic unus ex paucis est titulus, quibus de sacri illius senatus tempore edocemur, quem postridie mysteria de iis, quae Eleusine commissa erant, Athenis fieri fas erat in Eleusinio *κατὰ τὸν Σόλωνος νόμον* (*ὃς κελεύει τῇ ὑστεραίᾳ τῶν μυστηρίων ἕδραν ποιεῖν ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ*) And. de myst. 111. — Verba autem, quae ad hanc spectant quaestionem, haec sunt:

[*Ἐπ'*] *Ἀρχ*[*ελά*]*ο*[*υ ἄρχ*]*ο*[*ν*]*τ*[*ος ἐπὶ τῆς Λεωντ*]*ίδος τρίτης πρυτανε*[*ία*]*ς, ε*[*ἶ Μόσχος Μοσχ . . Κυδα*]*θ*[*ηναῖ*(*ος*) *ἐγραμμά*]*τευεν Βοηδρο*[*μι*]*ῶ*[*νος . . . . καὶ εἰ*]*κο*[*στεῖ τῆς πρυτανείας· ἐκκλησία κτλ.*], deinde v. 27: *Ἐπ' Ἀρχελά*[*ο*]*υ ἄρχ*[*ον*]*τος* [*ἐπὶ τῆς*] *Αἰαντίδος τ*[*ετ*]*άρτης πρυτα*[*ν*]*είας, ε*[*ἶ*] *Μόσχος Μο*[*σχ . .*] *Κυ*[*δα*]*θην*(*αῖος*) *ἐγραμμάτευεν· Βο*[*η*]*δρομιῶνος* [*. . . . . . τρίτ*]*ει τῆς πρυτανείας·* | *βουλὴ ἐ*[*ν β*]*ου*[*λευτηρίωι καὶ ἐκ*] *τοῦ βουλευτηρίου ἐν τῶι Ἐλε*[*υ*]*σινίωι κτλ.* Ac primum quidem postridie Eleusinia non solum e more patrio deliberatum esse de rebus sacris apparet, sed etiam de quibusvis aliis, quae ad mysteriorum sollemnia vel nihil pertinerent, id quod iam A. Mommsen p. 231 mira divinatione veri esse simillimum arbitrabatur, deinde temporis rationem illo anno neutiquam fuisse ordinariam sed *κατ' ἄρχοντα*. Tempora autem Athenis saeculo a. Chr. n. altero ineunte valde confusa esse cum constet inter omnes, non anxie studendum est ad vulgarem rationem quam proxime accedere, quod efficiebant et Unger supplementis supra refutatis et Reusch p. 34, cuius restitutionem spatiis esse aptissimam ideo nego, quod quomodo dies XXVI, prytaniae XXIX in priore lacuna exstare potuerit, non assequor, vix enim plus duodeviginti vel undeviginti evanuerunt litterae inter *Βοηδρομιῶνος* et *καί*. Ac ne Koehlero quidem assentiri possum, qui non sine haesitatione sane protulit alterius loci supplementum [*ἑβδόμει φθίνοντος, τρίτ*]*ει,* quippe quae significatio fere inde ab Alexandro mortuo non iam inveniatur in titulis sed altera *μετ' εἰκάδας* (cf. Usener l. c. 426, Unger, Herm. XIV, 1879 p. 618). Sed tantum abest, ut in illa sententiarum discrepantia de restituenda inscriptionis integra forma prorsus desperem, ut meam non dubitem paucis exponere sententiam; sic enim statuo, in altera lacuna scripta fuisse verba [*ἕκτει μετ' εἰκάδας τρίτ*]*ει,* non modo spatio commendata sed etiam postulata litterarum vestigiis; quodsi ita res se habet, nihil fere re-

stat nisi ut priore loco suppleamus [ὀγδόει ἐπὶ δέκα, ἕκτει καὶ εἰ]κο[στεῖ κτλ. Accedit ad augendam probabilitatem, quod hac recepta coniectura iidem efficiuntur dies, quibus decreta esse facta aliunde quoque cognoscitur; de die duodevicesimo dixi supra, de vicesimo quinto (vel quarto) conferas decretum C. I. A. II, 316, ubi exstat: [Ἐπ]ὶ Νικίου ἄρχοντος (ol. 124, 4 si recte se habet Spangenbergii l. c. p. 30 fastorum species) [Ὀτρυνέ]ως ἐπὶ τῆς Ἀκαμαντίδος τρίτ[ης] πρυτανείας Βοηδρομιῶ[νος ἕκτ]ει μετ' εἰκάδας, ἕκτει καὶ εἰκ[οσ]τεῖ τῆς πρυτανεία[ς· ἐκκλη]σία, nam quin haec exstiterint quondam, cum στοιχηδόν incisus sit titulus, dubitari nequit.

Finita igitur erant Eleusinia nonnullis certe annis ante diem vicesimum quintum vel quartum Boëdromionis vel, ut definitius loquar, eo die, qui proxime antecessit illi ἕκτῃ μετ' εἰκάδας, at non ad omnes quadrare id annos concedendum erit ratione habita tituli:

C. I. A. II, 372 sub medium saeculum tertium exarati: Ἐπὶ Ἁγνίου ἄρχο[ντος ἐπὶ τῆς . . . . ίδος πρυτα]νείας, εἷ Προτίμων Λόν[αχος? . . . . ἐγραμμάτευεν]· Βοηδρομιῶνος τετράδ[ι μετ' ε]ἰκάδας, ἕκτει καὶ εἰκοστεῖ] τῆς πρυτανείας· βουλὴ ἐν [τ]ῶ[ι Ἐλευσινίωι τῶι ἐν ἄστει· τῶν] προέδρων κτλ. — Haec restitutio ex parte quidem nova — ἐν [τ]ῶ[ι Ἐλευσινίωι] Koehler iam posuit — quo nitatur fundamento, facile est intellectu; in primo enim versu exstitisse patet prytaniae et significationem et ordinem, id quod efficit satis magnum litterarum numerum oblitteratarum (ἐπὶ τῆς + prytaniae nomen 12—16 + τρίτης πρυτα = 29—33 lit.), ita ut uniuscuiusque versus, quoniam etiam haec accurate στοιχηδόν incisa est inscriptio, spatium continuisse statuere oporteat 42—46 litteras. Quod si sic ponimus, in versu quarto non scriptum fuisse βουλὴ ἐν τῶι [βουλευτηρίωι] vel huiusmodi quid dilucide apparet, sed longior ponenda est loci illius, quo senatus habitus est, significatio. Qui senatus cum sub fine Boëdromionis factus videatur, in promptu et paene manifestum est suppleri post ἐν τῶι [Ἐλευσινίωι τῶι ἐν ἄστει τῶν], quo versus spatio nihil aptius excogitari potest, efficiuntur enim litterae 46 vel 45, modo semel iota insertum esse inter ordines statuas, id quod iterum ac saepius factum est. cf. Dittb. 140, 141, 164 not.; C.

I. A. II, 303. Idem autem exstat numerus (45) in versu tertio, dummodo adhibita ingeniosa illa Useneri ratione τετράδ[ι μετ' εἰκάδας, ἔπτει καὶ εἰκοστεῖ] scribamus, eidem versus primi ambitui respondet ἄρχο[ντος ἐπὶ τῆς Πανδιον- (vel Ἀκαμαντ- vel Πτολεμα-) ίδος τρίτης πρυτα]νείας. Nec est cur offendas in accuratiore Eleusinii definitione τῶι ἐν ἄστει, quae sane neque in decreto supra tractato C. I. A. II, 431 neque in C. I. A. III, 2 invenitur, cum haec nuncupatio, quin peculiaris fuerit sollemnisque illa aetate, dubium non sit (cf. Rat. El. II, 30. 35. 47, 58, 87; α 52, γ 10) et saeculis posteris tandem immutata videatur in τὸ Ἐλευσίνιον τὸ ὑπὸ τῇ πόλει, quod exstat C. I. A. III, 5 (Dittbg. 387), 11, 38. Quare si non certam attamen probabilissimam esse eam, quam proposui, restitutionem demonstratum puto. Qua probata, illo anno Ἁγνίου ἄρχοντος, cuius tempus accuratius definiri nequit, die Boëdromionis vicesimo septimo (vel sexto) deliberatum esse in Eleusinio constat, igitur Eleusiniorum ferias proximo finitas.

At si his tantummodo titulis non modo paucissimis sed etiam miserrime contritis dilaceratisque quasi fundamentis nisus exstruere me posse aliquid firmi profiterer, vereor ne Thrasoni haud dissimilis essem, — et hercle reapse essem. Sed coniunctis iis quae supra de certaminum Eleusiniorum ratione, quae duplex est vel, si mavis, triplex, disputavi et celebratione, quae tertio quoque anno et quinto maiore cum pompa fiebat et splendore, cum his, quae ex titulis de senatu in Eleusinio urbano habito elucere videntur, id non iam posse in dubitationem vocari confidenter spero, quin non in eundem unoquoque anno mysteriorum finis inciderit diem. Atque ea de causa paulo longius versari in titulis illis tractandis e re duxi. Quominus autem qui ultimus Eleusiniorum minorum, quae proprie dicuntur, fuerit dies et ad quem producta sint mysteria triennalia et quinquennalia, definitius indicemus, admodum multa sunt, quibus prohibemur, primum quod inscriptionum condicio neutiquam constat, deinde quod mensis Boëdromio cavusne fuerit an plenus annis, quibus decreta illa facta sunt, prorsus est dubium, denique quod minime potest enucleari, quaenam singulis decretorum annis feriarum fuerit ratio, quoniam, quibus omnino insculpti sint annis tituli, ambigitur; quodsi constaret, definite diiudicare non dubitarem

utpote qui altero et quarto uniuscuiusque olympiadis anno ludorum trieteridem et penteteridem celebratas esse persuasum habeam. Quare huius quaestionis iam finem facerem diremque unde deflexi, nisi exstaret inscriptio, quae cum spectare videatur item ad senatum in Eleusinio habitum, non prorsus potest silentio praeteriri, etsi alterius p. Chr. n. saeculi initio ascribenda videtur, quo tempore Hadriano iam imperatore sed nondum, nisi fallor, initiato, quae tandem Eleusiniorum fuerit condicio celebratioque publica alias nullum unum exstat indicium.

C. I. A. III, 2 *Ἐπὶ Τίτου Κωπωνίου, ἱεροκήρυκος υἱοῦ, Μαξίμου Ἁγνουσίου ἄρχοντος, Βοηδ[ρομιῶνος] | ὀγδόῃ μετ' εἰκάδα* (sic!), *ἐπὶ τῆς Ἀντιοχίδος τρίτης πρυτανείας, πεντεκαιδεκάτῃ τῆς | πρυτανείας, ᾗ Νεικίας Δωρίωνος Φλυεὺς ἐγραμμάτευεν, βουλὴ ἱερὰ ἐν Ἐλευσινί[ῳ]*. Nam sic explendum esse, non servandum, quod A. Mommsen 232 voluit, *ἐν Ἐλευσῖνι,* nunc quidem, quamvis exstitisse Eleusine *βουλευτήριον* demonstret C. I. A. III, 5 (Dittbg. 387), 40, negari nequit, quia evanuisse aliquid constat in lapide post litteram iota, ad irritum igitur cadunt, quae Mommsen inde coegit. At tum finiebantur feriae die vicesimo secundo (vel primo)[1]), quo concesso tam exiguus exsistit mysteriorum ambitus, vix ut hanc vulgarem fuisse putaverim rationem saeculorum priorum, etiamsi spectare hunc titulum statuas ad minorum Eleusiniorum actionem anniversariorum. Constat enim celebrata esse Eleusine *θυσίας καὶ μυστήρια καὶ ἀγῶνας* (cf. C. I. A. 628, 4), tum *πλημοχόας,* unde licet unumquemque ritum unius diei spatio circumscriptum, ne dicam coartatum fuisse ponamus, usque ad diem vicesimum tertium quin porrectae sint feriae extra dubitationem positum videtur. Quare nullo alio modo rem expediri posse putaverim nisi primis Hadriani imperatoris annis valde perturbatum esse cultum Eleusinium debilitatumque concedimus, quoad ipsius imperatoris et voluntate et auctoritate factum sit, ut redintegraretur pristina forma vetustate sancita et religione.

---

[1]) Sagacissimo Useneri calculo nondum invento admodum magnos illam inscriptionem viris doctis iniecisse scrupulos, non est quod mirere; etenim nihil aliud enodare potuerunt nisi usque ad diem vicesimum septimum pertinuisse tum mysteriorum celebrationem (cf. A. Mommsen p. 232 et I. Blass, die Grenzboten XXXVI, 1877 IV p. 368). Quod quam male respondeat aetatis illius indoli, neminem sane fugere potuit.

At iuvat pauca illa, quae de mysteriorum celebratione Eleusine facta pro certo sciri possunt aut veri sunt similia, proferre. — Ac primum immolata esse sacrificia cur arbitremur ante initia, duplex est causa, altera in ipsa rerum natura posita, qua ad numinum animos placandos voluntatesque sibi conciliandas mactata esse sacra ab iis qui propediem sanctissima percepturi erant initia reclusis adytis, admodum est consentaneum, altera ordine illo nisa, quem exhibet decretum scaenicorum artificum collegii supra laudatum. Quorum sacrorum legem continet titulus Eleusinius Periclis aetate antiquior C. I. A. I, 5, ex quo, quamvis valde sit mutilatus, facile intellegitur publice tum immolatum esse non solum Cereri Proserpinae Iaccho sed etiam aliis deis et heroibus satis magno apparatu[1]) (cf. Bull. de corr. hell. V, 1881 p. 364 sqq.). Neque vero publica tantum sed etiam privata fiebant sacra *ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ ἱεροῦ*, velut ephebi ceciderunt vaccas deabus Eleusiniis C. I. A. II, 467, 15 *παρήγαγον καὶ τοῖς Ἐλευσινίοις βοῦς τροφίας δύο καὶ ἔθυσαν*, cf 466, 7; 468, 8; 469, 8 *καὶ αὐτοὶ ἐβουθύτησαν* scil. *τοῖς μυστηρίοις — ἐν Ἐλευσῖνι τῇ θυσίᾳ*, et comparet C. I. A. II, 628, 6 [*ἡ σύν*]*οδος τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν . . . . συν*]-*αύξουσα καθ᾽ ὅσον ἐστὶ δυνατὴ τάς τε θυσίας καὶ τἄλλα πάντα* (cf. etiam v. 8, 14 *τὰς*] *πατρίους ταῖς θεαῖς θυσίας κτλ.*). Quid, quod etiam ab civitatibus exteris publice missas esse theorias ad sacra facienda Eleusinem, dilucide demonstratur decreto honorario C. I. A. II, 442, quod pertinet ad theoros

---

1) Ad haec spectant sacrificia, non ad ludos, verba in titulis ephebicis trita *ἤραντο τοὺς βοῦς ἐν Ἐλευσῖνι*, nam recte Dittenberger de eph. att. p. 77 putat, id minus accurate de pugnis cum tauris commissis intellegi, cum de tauris ad aram apportandis potius agatur (cf. Mommsen 259). Prioribus autem saeculis num omnino ludis Eleusiniis pugnatum sit cum tauris ex Artemidori loco On. I, 8 *Ταύροις δ᾽ ἔτι κατὰ προαίρεσιν ἐν Ἰωνίᾳ παῖδες Ἐφεσίων ἀγωνίζονται καὶ ἐν Ἀττικῇ παρὰ ταῖς θεαῖς ἐν Ἐλευσῖνι „κοῦροι Ἀθηναῖοι περιτελλομένων ἐνιαυτῶν“* colligi profecto nequit (Creuzer, Symb. IV, 412) et mihi ne veri simile quidem videtur, atque etiam de ipsius Artemidori aetate dubium est, quippe illud *παρὰ ταῖς θεαῖς ἐν Ἐλευσῖνι* nimis dicitur in universum. E. Curtius sane, Göttg. gel. Anz. 1860, 336, epheborum fuisse officium statuit, ut cum tauris ad sacrificia destinatis pugnarent, donec eos domarent et ad aram adducerent.

Milesios, referendum autem esse hunc usum etiam ad saecula priora coniectura assequimur ex Euripidis loco iam ab A. Mommseno p. 250 citato suppl. 173 *πρεσβεύματ᾽ οὐ Δήμητρος ἐς μυστήρια.* En quam praeclara splendidaque fuerunt sacrificia, ita ut vix intra angustos unius diei fines comprimi ea posse putet quispiam, cum praesertim exstet in artificum decreto v. 8 *θύε[ιν | καὶ σπένδ]ειν τῆι Δήμητρι καὶ τῆι Κόρηι ταῖς μυστηριώτισιν ἡμέραις,* etsi ne nimium tribuamus huic plurali cavendum esse ultro concedo.

Iam cum nihil de initiorum ipsorum (*τελεταί, μυστήρια*) aut tempore aut spatio certi indagari possit, ad plemochoas transeamus, quas „*ἐν Ἐλευσῖνι τῇ τελευταίᾳ τῶν μυστηρίων ἡμέρᾳ*" celebratas esse Athenaeus XI, 93 testatur, quocum prorsus facit Pollux X, 74 nisi quod pro *πλημοχόας* praebet singularem *πλημοχόην.* Quibus testibus fidem cur abrogemus, Hesychii profecto nota (Schmidt 125) nihil valet: *πλημοχόη· τῇ ὑστεραίᾳ τῶν μυστηρίων κοτυλίσκους πληροῦσιν, οὓς καλοῦσιν πλημοχόας.* Id tantum elicere possis, minus arte coniunctam fuisse illam libationem cum mysteriorum celebratione, ita ut utrum adiungenda sit potius an seiungenda dubium esset. Vox vero *μυστήρια* in illis testimoniis pertineat ad dies *κατ᾽ ἐξοχὴν μυστηριώτιδας* nuncupatas an pateat latius, i. e. statimne factae sint plemochoae post initia an ludis interiectis, dissentiebant inter se viri docti. Nihilo secius nunc hanc absolvere posse quaestionem mihi videor. An non caerimoniam illam religiosam non fixo singulis annis factum esse die ac constituto sed quasi iactatum esse hinc illuc abhorrere a probabilitate recte ratiocinatum esse putas Mommsenum 230? Id autem reapse eventurum fuisse, si post ludos demum incidissent plemochoae, quoniam de ludorum penteteride et trieteride nunc quidem constat, in propatulo est. Quid nonne multo facilius intellegitur, qui fieri potuerit, ut artifices Dionysiaci duos adderent ludorum dies, si artissime cohaerebant libationes et initia nec ludi illis interrumpebantur? Minoris quamquam est momenti, tamen dicere non abs re est, titulum eundem rituum ordinem exhibere hunc v. 8 *θύε[ιν | καὶ σπένδ]ειν.* Iisdem adminiculis facile C. Böttticheri opinio per se admodum infirma refutari videtur, qui cum in ara Eleusinii Atheniensis plemochoam invenisse sibi videretur, diem

festum, qui ab illis nomen duxit vasibus, Athenis esse agitatum statuere non dubitavit (Phil. XXIV, 1866, p. 234 sq.).

De ludis Eleusiniis cum singulari disseruerim capite cumque inscriptiones quae ad senatum spectent sacrum mysteriis peractis in Eleusinio habitum accuratius iam tractaverim, nihil iam restat quod addam. Apparet igitur de mysteriorum parte altera admodum pauca constare, id tantum esse perspicuum, ludos maiore modo, modo minore ambitu esse actos ita, ut in nonnullis certe annis tota ante diem ἕκτην μετ᾽ εἰκάδας finiretur celebratio, in aliis dilataretur usque ad τετράδα μετ᾽ εἰκάδας. Quod effecisse, satis puto: „non enim, ut verbis utar Godofredi Hermanni op. IV, 303, artis criticae est ex nihilo aliquid producere, sed videre possitne aliquid an non erui, et, si aliquid, quid illud esse sana et sobria ratio probabili argumentatione evincat.“ Verum tamen fore ut aliquando novum lumen toti afferatur quaestioni spem dat archaeologorum illud: „dies diem docet.“

Pars altera.

I. De mysteriorum Eleusiniorum administratione publica.

Quomodo antiquissimis temporibus priusquam Eleusiniorum urbs adiungeretur Atheniensium civitati, et cultus et templa mysteriorum administrata sint atque penes quos summa fuerit moderatio, cum nihil certi memoriae sit proditum, id tantum coniectura assequi licet, sacerdotes olim ex Eumolpidarum gente oriundos regum munere functos esse ac cum totius urbis tum sacrorum instituta iis curae fuisse ac pependisse ex eorum voluntate et auctoritate. Quae opinio firmatur non solum fabulis de bello Eumolpi Erechtheique propagatis sed etiam eo, quod bello illo peracto, cum in deditionem venirent Eleusinii, „die ehemaligen Priesterkönige, ut R. Schoellii Herm. VI, 1872, 17 insistam vestigiis, Staatspriester wurden: allein die Erblichkeit der Würden in den eleusinischen Geschlechtern, die königliche Tracht mit dem Stirnband, welche sie beibehielten, vornehmlich das Recht der *ἐξήγησις*, der Weisung des sacralen Rechts nach ungeschriebenen Satzungen und die damit verbundene richterliche Gewalt der Eumolpiden in Religionssachen sind ihnen als unschädliche Erbstücke von der einstigen königlichen Macht geblieben: und ähnliche Bewandniss mag es (denn) auch mit der erblichen Speisung an der Staatstafel gehabt haben.“

Tum enim quin tota administrationis ratio immutata sit, nemo dubitat, at quomodo singula se habuerint instituta, tantis tenebris erroris et inscientiae circumfusum erat, ut novissimis demum temporibus vel maxime H. Sauppii ind. lect. Göttg. 1880, 8 sq. et W. Dittenbergeri Herm. XX, 1885 p. 9 opera clara afferretur lux. Etenim invaluerat sententia etiam post subactam Eleusinem cives *αὐτονόμους* suis usos esse legibus, sacer-

dotes gubernacula tenuisse reipublicae hereditate accepta, ita ut efficeretur: „ein staatlicher Organismus im andern, ein geistlicher im weltlichen, der versteinert stehen bleibt" (E. Curtius, Athen und Eleusis, Berl. 1884, p. 7 sqq.). Quid, quod P. Foucart, Bull. de corr. hell. VII, 1883, et nonnullos mysteriorum magistratus velut ἱεροποιοὺς Ἐλευσινόθεν et ἐπιστάτας Ἐλευσινόθεν ex Eleusiniorum numero captos esse statuit pp. 387 et 393 (confer etiam U. Koehler, C. I. A. II, 2 p. 522 et G. Busolt, griech. Gesch. 1885 p. 436) et Eleusinium urbanum „appartenait aux gentes d'Éleusis" proferre non dubitavit. Quae omnia, quamvis etiamnunc grassentur socordia propagata atque incogitantia, tantum abest ut testimoniis nitantur firmis, ut quovis pignore sponderi possit ne assis quidem esse aestimanda, „nullae enim pagi Eleusiniorum partes sunt in mysteriis Cereris et Proserpinae, quae publica sacra sunt civitatis Atheniensium" (Dittbg. 13 not. 4), i. e. ἱερὰ δημοτελῆ.[1]) Summa igitur omnium rerum, quae spectabant ad mysteria, moderatio primum erat penes reges Atheniensium; id quod confirmatur (cf. O. Müller, kleine Schr. II p. 57) iis, quae Strabo XIV, 1, 3 de Nelidarum Ephesiorum gente tradit: καὶ ἔτι νῦν οἱ ἐκ τοῦ γένους ὀνομάζονται βασιλεῖς, ἔχοντές τινας τιμάς, προεδρίαν τε ἐν ἀγῶσι . . καὶ τὰ ἱερὰ τῆς Ἐλευσινίας Δήμητρος.[2])

Sublata autem regum potestate ad senatum populumque translata est, qui ad infimam usque aetatem hoc tenuerunt officium. An non probatur id vel optime cum aliarum feriarum analogia (Schoemann, de com. Ath. p. 302 sqq.) tum gravi illo ac pretioso populiscito C. I. A. I, 1, quo sanciuntur constitutiones, de sacerdotibus, de pecuniis sacris, de ritibus quibusdam sollemnibus, de iure sacro", de indutiis ad mysteria pertinentes? Quae quamvis propter tituli condicionem nimis miseram accuratius cognosci nequeant, tamen aliunde facile intellegitur, subiectos esse sacerdotes Eumolpidarumque gentem populi legibus in mysteriis celebrandis (Dittbg. 13, 24: κελευέτο δὲ καὶ ʻο ʻιεροφάντες καὶ [ὁ] | δαιδõχος μυστερίοις ἀπάρχεσθαι κτλ.; Aeschin. III, 18: ὑπευθύνους εἶναι κελεύει ὁ νόμος . . . Εὐμολπίδας

[1]) cf. I. Blass, die Grenzboten XXXVI, 1877, IV p. 361 sq.; Wilamowitz-Möllend., Homer. Untersuch. 1884 p. 213.

[2]) cf. Mannhardt, mythol. Forsch. p. 210.

καὶ Κήρυκας; C. I. A. III, 5 (Dittbg. 387), 2: [ἐπειδὴ οἱ περὶ τῶν μυ]στηρί||[ων νόμοι προσ]τάττ[ουσι τῷ γένει τῶν Εὐ-μο]λπιδῶν κτλ.); ut de aliis quoque festis deorum celebrandis populus statuere solebat in comitiis (Schoemann l. c. p. 302), ita cum ludorum Eleusiniorum (Rat. El. β 48 εἰς τὴν ἱπποδρομίαν τὴν προστεθεῖσαν κατὰ ψήφισμα) tum sacrorum magnificentiam pependisse ex senatus populique arbitrio (C. I. A. I, 5; Dittbg. 13, 36 decretum de primitiis θύεν δὲ ἀπὸ μὲν τõ πελάνο, καθότι ἂν Εὐμολπίδαι ἐ[σε]γέ||[σο]νται, τριττοίαν δὲ βόαρχον χρυσόκερον τοῖν Θεοῖν ἑκα[τέρ|α]ι [ἀ]πὸ τõν κριθõν καὶ τõν πυρõν καὶ τõι Τριπτολέμοι κτλ.; Rat. El. β 38 κατὰ ψήφισμα δήμου [τ]ὸ [εἰς θ]υσ[ίας], 76 ἱεροποιοῖς ἐγ βουλῆς ὅσον ὁ δῆμος ἔταξεν κτλ.; γ 6 ἀρεστηρίαν θῦσαι ἱερεῖον ἑκατέραι τοῖν Θεοῖν κατὰ ψήφισμα βουλῆς, ὃ Λυκοῦργος εἶπεν; cf. etiam, quod in dermaticis C. I. A. II, 741 (Dittbg. 374) recensentur 10 [ἐγ] Διονυσίων τῶν [ἐπὶ Λ]ηναίω[ι[1]) | π]αρὰ μυστηρίων [ἐπιμ]ελητῶν; 38 [ἐκ τῆς θυσ]ίας [τῆι Δήμητρι καὶ | τῆι Κόρηι] τῆι Δαείρ[αι παρὰ || ἐπιμελητῶ]ν; 66, 74 ἐξ Ἐλευσινίων παρ' ἱεροποιῶν). Iam elucet, cur ab mysteriorum epimeletis de sacrificiis factis renunciatum sit ad senatum (C. I. A. II, 315 [Dittbg. 386], 7 περὶ ὧν ἀπαγγέλ||[λουσιν ο]ἱ ἐπιμεληταὶ τῶν μυστηρίων ὑπὲρ τῆ||[ς θυσίας] ἣν ἔθυσαν ἐν τοῖ[ς πρ]ὸς Ἄγραν μυστηρ|||[ίοις; cf. C. I. A. II, 376).

Deinde non solum magnam reditus partem aut populi decretis constitutam esse (cf. populiscitum de primitiis) aut dispensatam ab apodectis, qui „receptores omnium publicarum pecuniarum praesunt uni ac summo aerario (der Hauptkasse)“ (I. Christ, de publicis populi Atheniensium rationibus. Gryph. 1879 p. 17) scimus (Rat. El. α 39 [κ]αὶ τὸ μερισθὲν παρ' ἀποδεκτῶν ἐπιστάταις: ΓΗΗΗΗ[Γ] cf. 57), sed etiam aerarii dearum sacri dispensatio quomodo fieret (decr. de prim. v. 12 ἀπὸ τõ ἀργυρίου τοῖν θεοῖν κτλ.), quae restabant quanto venirent publice decretum videmus (β 70, 74 πραθέντων ἐξ δραχμῶν τοῦ μεδίμνου ἑκάστου, ὡς ὁ δῆμος ἔταξεν), et quomodo consumerentur pecuniae sic paratae (l. c.). Templum autem Eleu-

[1]) Has ferias vinculo qualicunque coniuncta fuisse mysteriis nunc luculentissime evincitur Rat. El. II, 46.

sinium urbanumque atque eius fundos iure meritoque subiecta fuisse colligere possumus senatus populique constitutionibus et curae inde, quod magistratus publici sacros elocant agros (Rat. El. β 29, 32) et inde, quod senatus non solum ipse pilas statuasque ibi erigere decernit (Ἐφ. ἀρχ. περ. III, 2, 1884, 135, 27 *ποιήσασθαι αὐτοῦ εἰκόνα χ[αλ|κῆ]ν καὶ στῆσαι ἐν Ἐλευσῖνι ἐν τῆι αὐλῆι τοῦ ἱεροῦ,* C. I. A. II, 315 [Dittbg. 386], 31 [*σ*|*τῆσαι ἐν τῶι*] *Ἐλευσ*[*ινίωι*] scil. *στήλην λιθίνην*), sed etiam aliis velut ephebis id facere permittit (C. I. A. II, 481, 36 *παρακαλοῦσι τὴν β*[*ουλὴν ἐπιχ*]*ωρῆσαι* [*ἑαυτοῖ*]*ς ποιήσασθαι γραπτῆς εἰκόνος* | [*ἐν*] *ὅπλωι ἀνάθεσιν ἐν* [*τῶι*] *ἐν Ἐλευσῖνι ἱερῶι*), atque ex decreto attico nuperrime reperto Ἐφ. ἀρχ. περ. III, 2, 1884, 165, quod intra Pompei Hadrianique tempora factum videtur quoque agitur *περὶ τῆς καταστάσεως τῶν ἱερῶν καὶ τεμενῶν,* et exstant v. 20 haec *τὰ δὲ ὄρη τὰ δημόσια καὶ τὰς δημοτελεῖ*[*ς* | *Δήμη*]*τρο*[*ς καὶ*] *Κόρη*[*ς*] et paulo infra *ἐπισκευὴ*[*ν τ*]*οῦ* [*Ἐλε*]*υσῖνι ἱεροῦ.*

Iam de ratione noxae quam quis festis diebus nocuisset, resarciendae atque puniendae praeceptum esse ab populo Atheniensium quivis cognoscit et ex titulo I, 1 et ex loco illo Andocideo I, 116, quo haec inveniuntur: *ἔπειτα δὲ νόμον πάτριον λέγεις, ἡ δὲ στήλη παρ' ᾗ ἕστηκας χιλίας δραχμὰς κελεύει ὀφείλειν, ἐάν τις ἱκετηρίαν θῇ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ.* Atque in udiciis si qui in rebus sacris deliquisse viderentur, etiamsi Eumolpidarum praecipua quaedam erant iura (cf. Dem. 22, 27 cum Meier-Schoem.-Lips., att. Pr. p. 131), tamen plerumque ab populo et apud iudices atticos actum esse remotis iis, qui non initiati erant (cf. Andoc. de myst. I, 12 *ἔδοξε τοῖς πρυτάνεσι τοὺς μὲν ἀμυήτους μεταστήσασθαι,* 28, 31; Poll. VIII, 123, 114, att. Proc. p. 158), dicere vix operae pretium puto, cum satis sint clarae orationes Andocidis de mysteriis Lysiaeque in Andocidem habitae. Quodsi plura desideras testimonia, conferas quaeso etiam Bekk. an. 288, 18: *προβολὴ — τὸ παράγειν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τὸν βουλόμενον καὶ ἀποφαίνειν ὡς ἠδίκησεν — τοὺς περὶ τὰ μυστήρια — ἀδικοῦντας*; Lys. VI, 34; Isocr. XVI, 6. Huc spectat etiam iudicium, quod die post sacra sollemnia proximo Athenis in Eleusinio a senatu quingentorum exerceri Solonis cautum erat legibus quodque priore quaestiunculae parte tractavimus.

Gravissimum autem documentum summam omnium quae ad sacra pertinerent Eleusinia administrationem factam esse ad populi voluntatem, id mihi quidem videtur esse quod omnes magistratus, quorum curae aut in universum cultus Eleusinius mandatus erat aut singulae administrandae provinciae, a populo sunt creati eique rationes reddere obstricti. Tota autem mysteriorum administratio in tres dividi potest partes, quarum prior continet cultum celebrationemque curanda, altera ius sacrum exercendum, tertia templi reditus sumptusque custodiendos, cui universae una cum epimeletis mysteriorum ita praefectus erat archon rex, ut iurisdictio peculiare eius esset officium, hieropoeorum sacra facienda, pecuniae sacrae accipiendae et expendendae epistatarum et quaestorum. Quos magistratus singulos deinceps persequi eo magis puto e re, quod tota illa quaestio „adhuc intacta remansit" (Koehler ad C. I. A. II, 834 b), quamvis nonnulla sane leviter perstringerent praeter alios et A. Mommsen 240—243 et Ch. Tsuntas, rationum Eleusiniarum editor graecus, l. l. p. 255 sqq.; et P. Foucart in Bull. de corr. hell. VIII, 1884, p. 194 sqq. — Ac quam severissimo iudicio usus id tantum allaturus sum, quod extra dubitationem positum videtur neglectis vanis illis coniecturis, quae etiam in hac quaestionis parte offecerunt nonnunquam rerum perspicuitati. (cf. Mommsen p. 246; U. Köhler C. I. A. II, 2 p. 522).

a. Ὁ βασιλεύς.

Archontem regem sive regem sacrorum Eleusinia curasse constat et ex scriptorum testimoniis et ex titulorum. Servantur Aristotelis verba etiamnunc apud Harpocrationem: *ἐπιμελητὴς τῶν μυστηρίων παρ' Ἀθηναίοις ὁ λεγόμενος βασιλεύς· Δημοσθένης κατὰ Μειδίου* (§ 171 p. 570), *Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ φησὶν οὕτως· ὁ βασιλεὺς πρῶτον μὲν τῶν μυστηρίων ἐπιμελεῖται*; cf. Poll. VIII, 90, unde fluxit schol. Plat. Eutyph. II A; Bekk. an. 219, 19; Hesych. *βασιλεύς· ἄρχων τις Ἀθήνησιν μυστηρίων προνοῶν*; Suid., Et. M. s. v. *ἐπιμελητής*. Eodem modo C. I. A. II, 597 (Dittbg. 385), 6: *τ[ῶ]ν περὶ τὰ μυστήρια* eum curam gessisse in universum dicitur, quae cura pertinebat non solum ad vota nuncupanda sacraque facienda pro populi salute *κατὰ τὰ πάτρια τὰ μὲν ἐν τῷ ἐν-*

τάδε Ἐλευσινίῳ, τὰ δὲ ἐν τῷ Ἐλευσῖνι ἱερῷ (Lys. VI, 4), sed etiam ad ius sacrum custodiendum, l. c. ὅπως ἂν μηδεὶς ἀδικῇ μηδὲ ἀσεβῇ περὶ τὰ ἱερά. Quod ut prohibeatur officium eius erat edicere, ut abstinerent mysteriis scelere obstricti (Poll. VIII, 90: προαγορεύει δὲ τοῖς ἐν αἰτίᾳ ἀπέχεσθαι μυστηρίων; Schoemann, gr. Alt. II p. 344; Mommsen p. 247; Sauppe, Att. et El. p. 9)[1]); eo nimirum die, quo mysteriorum sollemnia ex curia, cui nomen erat στοὰ ποικίλη una cum hierophanta et daducho indiceret (schol. Arist. ran. 369), id est, si quid video, primo feriarum die. Quod si qui neglexissent, nomen eorum statim deferri licuisse ad regem apparet ex Andocidis exemplo (de myst. 121). Tum peractis mysteriis Andocides de myst. 111 προσῄει ὁ βασιλεὺς, inquit, περὶ τῶν γεγενημένων Ἐλευσῖνι κατὰ τὴν τελετὴν, ὥσπερ ἔθος ἐστίν. Atque etiam iis causis, quae spectabant ad mysteriorum celebrationem quarumque diiudicatio permissa erat Eumolpidarum genti, praefuisse regem sacrorum rectissime concluditur ex rerum natura et ex Demosthenis scholio (XXII, 27 Or. att. ed. Tur. p. 107): ὁ γὰρ βασιλεὺς ἐπεμελεῖτο τῶν ἱερῶν πραγμάτων καὶ εἰσῆγε τὰς τῆς ἀσεβείας γραφὰς πρὸς τοὺς Εὐμολπίδας (att. Proc. 132; Lenormant rech. 137). Iam latius patuisse regis munus in mysteriis custodiendis perlucide intellegitur ex rationibus Eleusiniis, quae exhibent β 29 [ἀπὸ μισθωμάτων τῶν τεμενῶν] || ἃ ἐμίσθωσεν ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ πάρεδροι καὶ οἱ ἐ[πισ]τάτ[αι οἱ Ἐ]λε[υσινόθεν καὶ οἱ ἐπιμεληταὶ τῶν] | μυστηρίων similiterque v. 32. Fundos igitur sacros elocabat una cum aliis mysteriorum magistratibus. Quae omnia officia constanter tenuisse regem etiamsi nulla exstant argumenta certa, tamen, cum nihil repugnet, veri est simillimum.

Paulo aliter res se habet, si ludorum spectamus moderationem, quae quin item fuerit penes regem prioribus temporibus, in dubitationem vocari vix potest, nisi forte ex rationibus Eleusiniis, quibus partem hordei ex sacris Rhariae fundis exarati sacerdotibus traditam esse Eleusiniis docemur ad ludos (β 44 κε-

---

[1]) Qui cur „ex curia sua“ id fecisse regem dixerit causam assequi nequeo; ceterum Suetonius (Nero 34) paulo aliter narrat: Eleusiniis sacris, quorum initiatione impii et scelerati voce praeconis summoventur ct.

φάλαιον ἱερεῦσιν καὶ ἱερεί[αι]ς [ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας μέδι]μνοι ΗΗΔΔΔΔΜΜΜΜ; 48 *σύμπαν κε[φά(λαιον) ἱερεῦσι καὶ] | ἱερείαις εἰς τὴν τριετηρίδα τῶν Ἐλευσινίων καὶ εἰς τὴν πεντετηρίδα [μ|έδιμ[νοι] ΗΗΗΗ* . . . . .) ab ipsis sacerdotibus edita esse certamina statuere quis audeat. Quam opinionem abhorrere a vero demonstrat et ludorum natura et quod postea comparent nonnunquam proprii peculiaresque Eleusiniorum agonothetae in titulis aetatis romanae, id quod, si sacerdotibus certaminum cura translata esset, cur factum esse statueremus, nihil posset excogitari. Etenim prioribus temporibus quamquam decem athlothetarum exstabat munus, tamen singulorum ludorum agonothesiae iis fere tradebantur magistratibus, quorum munera pertinebant quodammodo ad festa illa, quibuscum coniuncti erant ludi, posteriore demum aetate factum est, ut peculiares quidam instituerentur magistratus, qui certamina adornarent et praemia distribuerent victoribus, festorum maximorum et splendidissimorum, inter quae fuisse Eleusinia in propatulo est (cf. Dittenberger, de eph. att. 47 sq.; Herm. XII, 1877 p. 18). Ac recensentur re vera Eleusiniorum agonothetae, velut praebet C. I. A. III, 663, 8 *Φλ. Δωρό|θεον στρατηγήσαντα | καὶ ἀγωνοθετήσαν|τα τῶν μεγάλων Ἐλευσινίων*; eandemque formulam iure meritoque restituisse mihi videor in titulo C. I. A. III, 682 admodum mutilato [*τὸν δεῖνα* . . . . *ἀγωνοθετήσ]αντα τῶν μεγάλων [Ἐλευσινίων καὶ τῶν μεγά]λων Παναθηναίων κτλ.*, nam modo Dittenbergeri supplementa versus 5 recte se habeant, idem fere versus ambitus efficitur. Huc spectat etiam C. I. A. III, 1168, 5; nuper in lucem prodiit Eleusine inscriptio, qua mentio fit *Κλ. Δημοστράτου Ἀθηναίου, ἄρξαντος ἐν τῇ [πατρίδι] | τὴν ἐπώνυμον ἀρχήν, στρατηγήσαντος ἐπ[ὶ τὰ ὅπλα], | γυμνασιαρχήσαντος, κηρυκεύσαντος τῆς [ἐξ Ἀρείου] | πάγου βουλῆς, ἀγωνοθετήσαντος Παν[αθηναίων] | καὶ Ἐλευσινίων, ἐξηγητοῦ μυστηρί[ων, ἱερέως] | Ἐρεχθέως Ποσειδῶν[ος]* (Bull. de corr. hell. VI, 1882, p. 436). In extenso hanc tituli partem exprimendam curavi, ne amplius dubitari possit, quin non cum certo quodam alio munere coniuncta fuerit haec agonothesia, sed propriis commissa sit magistratibus ad populi arbitrium, quod idem valuisse de Dionysiis A. Mommsen p. 397 perspexit. Iam sponte patet, Dittenbergeri sententiam „curam mysteriorum, quae prio-

ribus temporibus penes archontem regem fuit, Romanorum aetate ad στρατηγὸν ἐπὶ τὰ ὅπλα translatam esse", ut est sagacissime excogitata, ita iam non posse stare, quippe quae nitatur tantummodo illa honorum coniunctione, quae invenitur in inscriptione supra laudata 663, quaeque quin fortuita sit, nunc non est quod dubitemus, et C. I. A. III, 649, 4 τὸν ἐπὶ τοὺς ὁπλείτας | στρατηγὸν Καλλικρατίδην | Συνδρόμου Τρικορύσιον | προνοηθέντα το[ῦ περὶ] τὴν | πανήγυριν κόσ[μου], ut verissime supplevit idem vir doctissimus. „Πανήγυρις cum titulus Eleusine inventus sit, de Eleusiniis accipiendum esse" concedo, neque vero plus inde colligam, quamquam commemorari [τὸν κεχειροτονημένον] στρατηγὸν ἐπὶ τοὺς [ὁπλίτας] in titulo C. I. A. II, 484, 11 non ignoro, „quo sermonem fuisse de rebus, quae aliquo modo ad sacra Eleusinia pertineant", constare videtur. Illis autem temporibus, quibus immutatam esse Eleusiniorum nuncupationem in Ἀντινόεια ἐν Ἐλευσῖνι statuimus, tot inveniuntur agonothetarum nomina in titulis ephebicis, vix ut singula afferre operae videatur pretium.

Constat autem duos sibi quemque trium priorum archontum sumpsisse assessores, qui examinabantur a senatu quingentorum et rationem reddere obstricti erant (cf. Hermann, gr. Staatsalt. 138, 15; att. Proc. 70; de archonte rege Poll. VIII, 92; (Dem.) in Neaer. 72 pp. 1369, 81. 1372). Assessores autem illi, qui regem adiuvabant, non expertes erant mysteriorum curandorum, immo una cum rege, epistatis, epimeletis praeerant cum templi fundis locandis (Rat. El. β 30, 32) tum feriis celebrandis, velut uni eorum decreto gentis Cerycum Alexandri Magni aetati vindicando honores quidam impertiuntur (C. I. A. II, 597 [Dittbg. 385], 3) ἐπειδὴ . . . καλῶς καὶ φιλοτίμως μετὰ τοῦ β|[ασ]ιλέως καὶ τοῦ γένους τοῦ Κηρύκ[ω]ν [ἐ|π]εμελήθη τ[ῶ]ν περὶ τὰ μυστήρια κτλ. Iam luce clarius inde apparet, ne umbram quidem habere veritatis, quod A. Mommsen illum assessorem referendum esse in epimeletarum numerum ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων creatorum, quamvis dubitanter statuit. Neque vero quae assessorum illorum fuerint officia, singulatim exponi licet ac ne constitisse quidem puto, utpote quae non legibus praescripta essent, sed in usu regisque arbitrio posita, cui etiam abrogare magistratum assessori permissum esse probatur (Dem.) in Neaer. 83, 1373.

b. Οἱ ἐπιμεληταὶ τῶν μυστηρίων.

Ut archonti eponymo in administrandis Dionysiis magnis Thargeliisque curatores adiunctos esse patet (cf. Poll. VIII, 89; Schneider, att. Theaterwesen p. 108; A. Mommsen 397. 424), sic etiam institutum erat collegium curatorum mysteriorum (cf. Hermann, Staatsalt. 150, 1; Gilbert, gr. St. I, 242), quod regis sublevabat munus non solum in administrandis mysteriis, unde nomen duxerunt *ἐπιμεληταὶ τῶν μυστηρίων*, sed etiam in ceteris sacris minoris momenti, quae ad eius pertinebant provinciam (cf. Dittbg. 374, not. 6). De quibus Aristotelem egisse in Atheniensium republica Harpocratio auctor est s. v. *ἐπιμελητὴς τῶν μυστηρίων· ὁ βασιλεὺς . . τῶν μυστηρίων ἐπιμελεῖται μετὰ τῶν ἐπιμελητῶν, οὓς ὁ δῆμος ἐχειροτόνει, β' μὲν ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων, ἕνα δ' ἐξ Εὐμολπιδῶν, ἕνα δ' ἐκ Κηρύκων*, unde manasse apparet, quod exhibet Suidas et Et. M. p. 362, 9 eadem sub voce. Cuius verbis curasse eos mysteria una cum archonte sacrorum (cf. etiam Poll. VIII, 107) demonstratur, quattuor a populo electos (cf. Dem. XXI, 171 p. 570; Bekk. an. 279, 20[1]), duos ex Atheniensibus universis, duos ex gentibus Eleusiniis, alterum Eumolpidarum, alterum Cerycum. — Quod testimonium ut summa est auctoritate ad curatorum numerum, qui priore fuerit aetate definiendum, ita neutiquam in temporum decursu sibi constitisse, in propatulo est; etenim duos tantum creatos esse mysteriorum epimeletas postea Dittenberger statuit Herm. XX, 1885, 30, titulo nisus C. I. A. II, 315 (Dittbg. 386), quo non nisi duorum fit mentio, et sic ratiocinatus: „Die Auskunft, die ich früher (Syll. 386, not. 4) mit anderen (Koehler C. I. A. II, 315) angenommen habe, es seien das nur die zwei aus allen Athenern erwählten, erscheint mir jetzt bedenklich. Denn von dem athenischen Volke waren sie doch alle vier erwählt, sie bildeten ein Collegium, und da ihnen Amtshandlungen gleichartig und gemeinsam waren, so sieht man nicht ein, warum das Belobungsdekret die beiden aus den Geschlechtern erwählten

---

[1]) *μυστηρίων ἐπιμελητής· ὁ ἐπιμελούμενος τῆς ἑορτῆς τῶν μυστηρίων χεροτονητὸς λαχών.* Etiam *Διονυσίων ἐπιμεληταὶ χειροτονητοί* erant; cf. Mommsen l. c.

ausgeschlossen haben sollte; ich glaube daher jetzt vielmehr, dass in den Wirren und Nöthen der Diadochenzeit (die Inschrift stammt aus ol. 124/3 [282/1 v. Chr.]), wo nachweisbar auch sonst der Behördenorganismus reduciert worden ist (S. I. G. 337, 17 mit Anm. 6), die Zahl auf zwei reduciert wurde, sei es nun, dass die aus dem Gesammtvolk oder die aus den beiden Priestergeschlechtern gewählten in Wegfall kamen."

Decreti autem illius verba, quae quidem spectant ad curatorum munera, haec sunt: v. 7 *περὶ ὧν ἀπαγγέλ||[λουσιν ο]ἱ ἐπιμεληταὶ τῶν μυστηρίων, ὑπὲρ τῆ||[ς θυσίας], ἣν ἔθυσαν ἐν τοῖ[ς πρ]ὸς Ἄγραν μυστηρ||[ίοις] ἀγαθεῖ τύχαι δεδόχθαι τεῖ βουλεῖ* . . v. 13 *γ|[νώμη]ν δὲ ξυμ[β]άλλεσθαι τῆς βουλῆς εἰς τὸν δῆ|[μον], ὅτι δοκεῖ τεῖ βουλεῖ, τὰ μὲν ἀγαθὰ δέχεσθ|[αι] τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον, ἃ φασιν γεγονένα|[ι ἐ]ν τοῖς ἱεροῖς, οἷς ἔθυον ἐφ' ὑγιείαι καὶ σωτ|[ηρί]αι τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου καὶ τῶν ἄλλων, | [ὅσ]οι εἰσὶν εὔνους καὶ φίλοι τοῦ δήμου· ἐπει||[δὴ δ]ὲ οἱ ἐπιμεληταὶ [τ]ῶν μυστηρίων πρότερόν | [τε] ἐν τεῖ θυσ[ί]αι τῶν μεγάλων μυστηρίων ἐπεμ||ελή]θ[η]σαν τῆς θυσίας, καὶ νῦν τεθύκασιν τὰ σω|[τήρ]ια [τα]ῖς [θ]εα[ῖ]ς ὑπὲρ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμ||[ου ἐκ] τῶ[ν ἰδ]ίων καὶ τῶν ἄλλων ἐπιμεμέληνται | [καλῶ]ς κα[ὶ φ]ιλοτίμως, ἐπ[αινέσ]αι τοὺς ἐπιμε[λ|ητὰς τ]ῶ[ν μ]υστηρίων . . . . ημον Γλαύκων[ο|ς Κρωπί]δην, Δημ[ο]κ[ρά]τη[ν] Ἐπι-[κράτ]ου ἐκ Κερ[αμ]|[έων] κτλ.* Quod institutum ut duo tantum caperentur curatores, quamdiu valuerit, quamquam diiudicari prorsus nequit, tamen nondum pristinam restitutam esse rationem saeculo tertio exeunte, nos edocet aliud decretum item ad duorum epimeletarum honorem latum, C. I. A. II, 376: *[Ἐπειδὴ οἱ τῶν μυστηρ]ίων ἐπιμεληταὶ οἱ [ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἄρ]χοντος θύσαντες τ[εῖ τε Δήμητρι καὶ] τεῖ Κόρει [κ]αὶ τοῖς ἄλλο[ις θεοῖς, οἷς καθῆκο]ν ἣν ὑπὲρ τῆς βουλῆς [καὶ τοῦ δήμου κα]ὶ παίδων καὶ γ[υ]ναικῶ[ν ἀπαγγέλλου]σι γεγονέν[αι τὰ] ἱ[ερὰ καλὰ καὶ σωτήρια], παρεσκ[ε]υάκ[ασι δὲ . . . . ἐκ] τῶν ἰδίων*; tunc eadem fere sequitur formula, quam decretum praebet alterum, nisi quod plenior sacri est significatio: *ἐφ' ὑγιε[ίαι καὶ σωτη]ρ[ί]αι τῆς βο[υλῆς κ]αὶ τοῦ δήμου [καὶ παίδων] καὶ γυνα[ικῶν κ]αὶ τῶν ἄλλων ἅ[παντων ὅσ]οι εἰσὶν εὔν[ους τῶι] δ[ή]μωι [τ]ῶι [Ἀθηναίων]*, curatorum nominum vestigia

exstant haec v. 29 sq. . . δ[ι]ον Πολυ[εύ]κτ[ου . . ., .]κ[. .-κ]όσμου Κολλυτέα.

Qui autem tum sublati sint magistratus ex toto populo creati an ex gentibus sacris, quamvis Dittenberger in medio reliquerit, cum nec titulorum ratio nec nomina certi quicquam efficiant, tamen mihi quidem ratio prior veri videtur similius et consilio mutationis illius respecto, quae nimirum facta est „propter inopiam civium ad talia negotia idoneorum“ et plebiscito de mensuris et ponderibus C. I. A. II, 476, cuius sub ultimi saeculi initium vel fortasse alterius finem curatores mysteriorum ex gentibus Eleusiniis exstitisse haud scio an concludi possit ex verbis 48 sqq.: τὸν δὲ ἐν Ἐλευσῖνι | (scil. δημόσιον καθεσταμένον κολαζόντων) ὅ τ[ε] ἱεροφάν[τη]ς [καὶ οἱ κα]θ[εσ]ταμένο[ι] ἄ[νδρ]ες καθ' ἕκαστον [τὸν ἐνιαυτὸ|ν] ἐπὶ τὴν παν[ή]γυριν. Sic enim restituenda esse tituli verba et coniungenda, Koehlerum omnibus probasse puto [1]), Boeckh sane C. I. G. I, 123 (Staatsh.[2] II, 366) aliam viam ingressus est. Atque etiam verba quin revocanda sint ad curatores mysteriorum, dubium vix est, nam quominus de epistatis Ἐλευσινόθεν cogitemus, cum aliis prohibemur causis tum quod eorum munus utique non ad ferias agitandas (πανήγυριν) spectabat; illa autem explicatio, quam nuperrime protulit Häderli [2]), nescio an nulli satisfaciat, utpote quae nullo confirmetur argumento probabili. At curatores cum una cum hierophanta animadvertere iubentur in servos publicos mensurarum custodes Eleusine institutos, ex sacris gentibus oriundi mihi videntur eam ob causam, quod ex populo universo creatos vix putaverim adiungi vel potius subiungi potuisse aut passos esse hierophantae ita, ut unum efficerent collegium. Deinde hoc si statuimus, necessario sequitur, nondum secundi saeculi fine aut fortasse numquam quattuor curatorum restitutum

---

[1]) cf. Fränkelium ad Boeckhii Staatsh.[3] II p. 330 n. 2.

[2]) Jhrb. f. Ph., suppl. V, 1886 p. 75, die hellenischen Astynomen und Agoranomen: In C. I. A. II, 476, z. 40 ff. wird . . . Eleusis als 3. Aufbewahrungsort von staatlichen Muster-Massen und -Gewichten erwähnt, welche von einem eigenen Epimeletes verwaltet werden, dieser wird seinerseits beaufsichtigt vom Hierophanten und den alljährlich für die Panegyris ernannten Beamten, unter denen wohl auch ein Agoranomos anzunehmen ist. In römischer Zeit wird auch ein Agoranom von Eleusis erwähnt (Bull. de corr. hell. VI, 1882, p. 436).

esse magistratum. — Sed haec omnia incerta admodum esse quamquam non diffiteor neque graviter feram si quis ea contempserit, tamen afferre e re duxi, quamvis paucis me persuasurum arbitratus.

Iam venimus ad curatorum officia. Ac primum ex iis quae attulimus testimoniis, sacra eos fecisse apparet pro populi salute mysteriis et maioribus et minoribus[1]), quae augebant saepius suis sumptibus et quibus confectis ad senatum renunciabant, nec non Halois (C. I. A. II, 741 [Dittbg. 374], 38; cf. Rat. El. β 11; de feriis his cum mysteriorum cultu consociatis l. c. II, 8; α 47; C. I. A. III, 895; (Dem.) in Neaer. 116 p. 1385; Schol. Lucian p. 245 [lac.]). Deinde eorum quoque curae mandati erant sacri agri elocandi (Rat. El. β 30, 32). Accesserunt alia, quae non proprie pertinebant ad mysteria, velut Lenaeis, quae rege fiebant administrante publice eos sacrificasse evincit C. I. A. II, 741 (Dittbg. 374), 10, quae sollemnitas, quam arte coniuncta fuerit cum mysteriorum religione P. Foucart, Bull. de corr. hell. VII, 1883, p. 398 probavit (cf. etiam Boeckh, Staatsh. II, 126) et ipse supra monui in transcursu.[2]) Et posteris eis translata videmus temporibus, quae ab cultu omnino abhorrebant, populi iussu (C. I. A. II, 476). In universum autem adiuvabant regem eiusque exsequebantur mandata. Atque cum annuus esset eorum magistratus, rationes reddere certe obstricti erant (cf. Aeschin. III, 14 sq.) ita, ut tuo mirari possis iure, quod priusquam se abdicassent, curatores honoribus affectos esse publicis titulus C. I. A. II, 315 ultimo Anthesterionis die factus demonstrat, nisi decreti illius temporibus pristinam legum severitatem auctoritatemque in dies magis debilitatas esse etiam aliunde satis superque constaret, neque enim quin una cum rege, i. e. mense Hecatombaeone munus susceperint, dubitari licet.

---

[1]) Lenormant (rech. p. 67) addit Soteria, quae item ac mysteria minora mense Anthesterione celebrata esse finxit deceptus nimirum decreti prioris verbis, at formulam illam sollemnem ἐφ' ὑγιείᾳ καὶ σωτηρίᾳ κτλ. spectare ad mysteria ipsa, cum alia docent tum cogit comparatus titulus C. I. A. 442; ceterum cf. Mommsen p. 249.

[2]) Ultimo quadriennii illius, cuius dermatica inscriptio exhibet, anno ab strategis aes ex pellibus victimarum in Eleusiniis sacris caesarum coactum esse constat ex v. 81, cuius rei quae causa fuerit, latet adhuc.

Alius titulus, quo honorantur epimeletae mysteriorum, est C. I. A. II, 376 (cf. supra) atque etiam inscriptio quaedam ad Eleusinem inventa Bull. de corr. hell. II, 1878, p. 511 exhibuisse videtur [ἡ βουλή, ὁ δῆμος μυστηρίων ἐπιμε]λητὴν γενόμενον, ut recte supplevit P. Foucart, qui idem ex literarum forma initio saeculi tertii a. Chr. n. ascribendum esse censuit hunc titulum. Restat ut afferam C. I. A. I, 92 argumento incerto et plerumque neglectas inscriptiones quasdam prorsus geminas Ἐφ. ἀρχ. 3799 + 3800; 3801 (Lenormant, rech. 1. 2), quibus exstat Δήμητρι καὶ Κόρει | · Ξενοκλῆς Ξείνιδος Σφήττιος | ἀνέθηκεν ἐπιμελητὴς | μυστηρίων γενόμενος. Quos titulos cui tempori vindicem, ignoro, quoniam duos fuisse huius nominis constat viros (Dittbg. 417 not. 3; Reisch, de musicis Gr. certaminibus p. 83).

c. Οἱ ἱεροποιοί.

Venimus nunc ad eam quaestionem, qua in hac dissertationis parte nulla est intricatior, quamque etsi multi attigerunt viri docti (Ch. Tsuntas. Ἐφ. ἀρχ. περ. III, 1, 1883 p. 255; P. Foucart, Bull. de corr. hell. IV, 1880, 233 sqq.; VIII, 1884, p. 203 et 215 sqq.; Am. Hauvette-Besnault l. c. V, 1881, 371; nuperrime G. Doermer, de Graecorum sacrificulis, qui ἱεροποιοί dicuntur, diss. Argent, 1885, qui sane rationes Eleusinias adhibere nondum potuit), tamen ad finem esse perductam cave credas, dico de hieropoeis quaestionem. In titulis enim, qui pertinent aliquo modo ad res Eleusinias, recensentur ἱεροποιοί, ἱ. τοῖν θεοῖν, ἱ. Ἐλευσινίων, ἱ. Ἐλευσινόθεν, ἱ. κατ' ἐνιαυτόν, ἱ. ἐγ βουλῆς, denique ἱεροποιοί, quos κατὰ πρυτανεῖαν cum Dittenbergero dicere licebit; hos omnes inter se diversos fuisse omnesque uno eodemque tempore exstitisse, per se admodum difficile est ad credendum, multo autem difficilius secernere singula genera, munera singula. Quod cum multi facere studerent, neminem acu rem tetigisse puto ac, quantum ego intellego, aliter utique fieri nequit, nisi distincta ea ratione, quae Periclis valuisse videtur aetate, et ea, quam Alexandri Magni temporibus ratam fuisse cognoscimus ex rationibus Eleusiniis.

Ad priorem autem aetatem referendae sunt inscriptiones hae (Doermer pp. 7. 22 sq.):

1) C. I. A. I, 1 (Dittbg. 384), v. 115 *τ[ὸ] δὲ ἀρ[χαῖον* (scil. *τὸ ἱερõ ἀργυρίο*) *τοῖ]|ς ῾ιεροποιο[ῖσι] το[ῖν θεοῖν ἐ|μ]πόλει ταμιεύεσθ[αι* ex probabili Dittenbergeri coniectura.

2) C. I. A. I, 5 *τοὺς ἱεροποιοὺς Ἐλευσινίων καὶ* . . . . ., qui plebiscito cum aliis mysteriorum deis heroibusque sacrificia immolare iubentur, tum v. 5 *[Ἰάκ]χοι, Θεοῖν τριττόαν βόαρχον* (cf. C. I. A. I, 533; Dittbg. 13, not. 10).

2a) Similis argumenti fuisse C. I. A. I, 533b iure statuit Doermer p. 47, quamquam singula non iam cognosci possunt.

3) Dittbg. 13 decretum de primitiis, quo imperatur v. 9 *τοῖς ῾ιεροποιοῖς τοῖς || Ἐλευσινόθεν* sive *ἱεροποιοῖς* simpliciter nuncupatis v. 35, ut primitias et ab demarchis et ab urbibus sociis (v. 14) et a reliquis Graecorum civitatibus (v. 34) offerenda acciperent, oblatasque conderent et servarent in tribus fossis frumentariis ex pecunia sacra deorum exstruendis (v. 10 sqq.) multa imposita admodum magna, hoc munere si minus diligenter fungerentur, v. 20 *εὐθυνόσθων ῾οι ῾ιεροποιοὶ χιλίαισιν δραχμε͂σι [῾]|έ[κασ]τος.* Nec dubium est quin v. 35 sqq. ad eorum spectet provinciam sacrificia ex primitiis oblata immolare, cum exhibeat titulus v. 36 *θύεν δὲ ἀπὸ μὲν τõ πελάνο καθότι ἂν Εὐμολπίδαι ἐ[σε]γέ|[σο]νται, τριττοίαν δὲ βόαρχον χρυσόκερον τοῖν Θεοῖν ῾εκα[τέρ|α]ι [ἀ]πὸ τõν κριθõν καὶ τõν πυρõν καὶ τõι Τριπτολέμοι καὶ τõι Θε|õι καὶ τε͂ι Θεᾶι καὶ τõι Εὐβόλοι ῾ιερεῖον ῾εκάστοι τέλεον, καὶ || τε͂ι Ἀθεναίαι βõν χρυσόκερον· τὰς δὲ ἄλλας κριθὰς καὶ πυρὸς ἀπ|οδομένος τὸς ῾ιεροποιὸς μετὰ τε͂ς βολε͂ς ἀναθέματα ἀνατιθέν|αι τοῖν Θεοῖν π[ο]ιε[σ]αμένος ῾ἁττ' ἂ'ν τõι δέμοι τõι Ἀθεναίον δοκ |ι.*

Ac primum quidem quin nominibus illis quamvis diversis unum eundemque statuamus magistratum nuncupatum esse, nihil obstat[1]), immo multa hoc ut faciamus suadent, quorum maximum id est, quod munera (Doermer p. 30 sq.) eorum vel optime inter se respondent; neque enim sacris ea continebantur, sed etiam ad templi reditus sumptusque spectabant curandos (cf. 1, 115; 3, 9, 14, 34, 40), quamquam posteris demum temporibus ut in aliis quoque civitatibus (cf. Th. Homolle, Bull. VI, 1882, p. 57 sqq.; Doermer 51 sqq.) id iis mandatum esse officium, nuncupationis

[1]) Fränkel ad Boeckhii Staatsh,[3] II, p. 62 n. 398.

significatio evincit. Iam quaeritur, num etiamtum alii admissi sint hieropoei ad mysteria publice celebranda; quam quidem quaestionem adhuc in medio relinquendam puto, quamvis solis sacrificulis Ἐλευσινόθεν tum Eleusiniorum sacrorum curam mandatam esse a populo mihi sane probabilius videatur. Nam ex universo populo eos captos esse, non ex Eleusiniorum numero, quod Foucart statuit Bull. IV, 1880, p. 233; VII, 1883, 387; et Doermer p. 23, recte Dittenberger (Syll. 334 not. 13) contendit, cum „nihil nisi locum ubi munere funguntur adverbium" Ἐλευσινόθεν indicare demonstravit. Ab senatu autem eos creatos esse in annum haud scio an cogi possit inde quod sacrorum bonorum iis in templo Eleusinio administratio delata erat et quod tit. 3, 41 *μετὰ τε̃ς βολε̃ς* ut dona Cereri et Proserpinae dedicarent decernitur, cum praesertim postea gravissimam provinciae eorum partem translatam videamus ad *τοὺς ἱεροποιοὺς ἐγ βουλῆς* (Rat. El. *β* 67; 71; 76).

Neque enim temporibus gliscentibus immutata permansit pristina ratio, sed abrogatus est sacrificulorum Ἐλευσινόθεν magistratus — nulla enim eorum postea fit mentio, quoscumque volvis libros, titulos inspicis — eorumque officia transierunt partim ad hieropoeos *ἐγ βουλῆς* partim ad aerarii sacri magistratus (cf. Foucart, Bull. VII, 1884, p. 203). Quod quo factum sit tempore quamvis non constet, tamen coniectura admodum certa assequi possumus haud ita multum post ol. 86, 3 (435/4) id accidisse, quo tempore etiam ceterorum templorum sacrificuli sublati videntur, cum populi decreto instituerentur reliquorum deorum quaestores (Boeckh, Staatsh. I, 218 = ed. Fränkel p. 197; Kirchhoff, Abhandlg. d. königl. Ak. zu Berl. 1864, 8 sqq.; 1876, 21 sqq.; Fellner, attische Finanzverwaltung, Sitzungsber. d. Ak. zu Wien 1879, p. 392 sqq.). Singularis sane erat Eleusinii cultus condicio, nempe inter fana ab illis quaestoribus administrata numquam recensetur delubrum Eleusinium; sed tantum aberat, ut illa administrandorum templorum commutatione non tangeretur, ut contra ab illo inde tempore peculiaribus curaretur ab quaestoribus. — Iam quae tum inveniantur hieropoeorum genera, perscrutari licet.

Commemorantur in rationibus Eleusiniis *ἱεροποιοὶ κατ' ἐνιαυτόν* (*β* 8. 38) et *ἐγ βουλῆς* (*β* 67. 71. 76. 82; *γ* 1, 6), ad

quos quin referendum sit etiam illud *ἱεροποιοί* simpliciter dictum (*γ* 7), dubium neutiquam est, nisi forte animo praeiudicatis opinionibus occupato rem tractes, quod fecisse P. Foucartum Bull. VIII, 1884, p. 215 patet. Tum sane ad prius sacrificulorum genus illud *ἱεροποιοῖς* referre possis, at quomodo verba, quae praecedunt, *καὶ τοῦτο* explicanda sint, ne tum quidem exponere possis, quippe quae cum illa sententia conciliari omnino nequeant; ac profecto si non intellegendi essent, ii qui proxime praecedunt *ἱεροποιοὶ ἐγ βουλῆς*, accuratiorem muneris definitionem desideraremus. Sed fortasse huiusmodi minutiis verborumque aucüpiis opus non est; etenim diversine fuerint omnino hi magistratus an non adhuc sub iudice lis est, pro priore pugnat sententia P. Foucart l. c. p. 206, 215, vir sane dignus cuius ratio habeatur, oppugnat Ch. Tsuntas l. c. p. 255 sq., cui equidem assentiri non dubito quemque recte statuisse omnes concessuros esse spero, dummodo inter se comparent *β* 38: *ἱεροποιοῖς κατ' ἐνιαυτὸν το[ῖ]ς ἐπ' Εὐθυκρίτου ἄρχοντος κατὰ ψήφισμα δήμου [τ]ὸ [εἰς θ]υσ[ίας τὸ περιγε]|νόμενον Κριτοβούλωι Κολωνῆθεν, Νικομάχωι Στειρ[ι]εῖ| καὶ συνάρχουσιν*, et *γ* 6: *καὶ τοῦτο* (scil. *τὸ περιὸν*) *ἱερο[ποιοῖς κατεβάλομεν κατὰ ψήφισμα δήμου, ὃ Λυκοῦργος εἶπεν, Νικομάχωι Στειρ[ιεῖ καὶ] συνιερ[οπ]οιοῖς*: nam ne hic diversa subesse putemus collegia, obstat idem hieropoeorum nomen utroque loco positum, posteriore autem intellegendos esse sacrificulos *ἐγ βουλῆς* tenorem monstrare supra dixi, ergo idem esse collegium diversis nuncupatum nominibus statuendum est. Accedit quod ne in officiis quidem eorum differentia inveniri potest, cum utrisque magistratibus tradita esse dicantur quae restabant. Quibus argumentis sat firmis fretus, causam ad eum probabilitatis gradum, ad quem tales quaestiones adducere possumus, adduxisse mihi videor; nam subnascuntur sane dubitationes quaedam, veluti quod nusquam recensentur alias *ἱεροποιοὶ ἐγ βουλῆς* et quod in priore tituli parte altera, altera in posteriore adhibita est significatio; at minoris eas puto momenti, quoniam utraque per se recte se habet. Ceterum si nimis insulse haec disserta videantur cuipiam, ad G. Gilberti eum delegam disputationem Phil. XXXIX, 1880, p. 136 sqq., qui quam facete lepideque similem probaverit significationem *γραμματεὺς τῆς βουλῆς* et *γρ. κατὰ πρυτα-*

νείαν usum, dici vix potest. Nec silentio prorsus praetermittere velim, in annorum antecedentium dermaticis nihil exhibitum videri nisi *ἐξ Ἐλευσινίων παρ' ἱεροποιῶν* (C. I. A. II, 741 [Dittbg. 374), 66. 74), quod pertinet nimirum ad eundem magistratum quodque firmat, nisi fallor, nostram sententiam.

Ab his diversi sunt hieropoeis ei, qui ad mysteria celebranda destinabantur ex prytanibus eius tribus electi, cuius in tempus inciderent feriae (Tsuntas l. c. 256; Dittenberger ad syll. 334 not. 13), quod Hauvette-Besnault l. c. fugisse mirum. Elucet autem eos curasse Eleusinia sacra etiamtum ex titulo ol. 109, 4 (341/0 a. Chr.) ascribendo, quo a contribulibus prytanibus et a senatu populoque (Doermer p. 33) publicis afficiuntur honoribus decem Aegeidos, prytaniae tertiae, sacrificuli: Bull. de corr. hell. V, 1881, p. 361 (Dittbg. 334), 40 *Θαῤῥίας Ἐρχιεὺς εἶπεν· ἐπαινέσαι τοὺς ἱεροποιοὺς τοὺς τὰ μυστήρια ἱεροποιήσαντας Ἐλευσῖν[ι] | καὶ στεφανῶσαι αὐτῶν ἕκαστον θαλλοῦ στεφάνωι ἀρετῆς ἕνεκα καὶ δικαιοσύνης τῆς εἰς τοὺς | φυλέτας*, sequuntur decem nomina et duae coronae, quarum in una inscriptum est *ὁ δῆμος*, in altera *ἡ βουλή*. Quibus de hieropoeis *κατὰ πρυτανείαν* cum certi nihil constet, nisi quod Doermer p. 27 „certa scilicet negotia, ait, his mandantur, quae ubi perfecerunt rationemque pecuniae publicae sacrificando consumptae reddiderunt, magistratu abeunt", quid de altero hieropoeorum genere *κατ' ἐνιαυτόν* sive *ἐγ βουλῆς* statuendum videatur, enucleemus.

Agitur de hoc sacrificulorum collegio in lexicis, velut exhibet Photius s. v. *ἱεροποιοί· κληρωτοὶ ἄρχοντες δέκα τὸν ἀριθμόν, οἳ τά τε μαντεύματα ἱεροθυτοῦσι, κἄν τις καλλιερήσῃ, συγκαλλιεροῦσι τοῖς μαντεύμασι· καὶ θυσίας τὰς νομιζομένας ἐπιτελοῦσι, καὶ τὰς πεντετηρίδας ἁπάσας διοικοῦσι πλὴν Παναθηναίων* (= lex. Seguer. in Bekk. an. p. 265, 22) cuius notae limpidum fontem feliciter servavit Et. M. 469, cum addit *ταῦτα δὲ Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ*; cuius adnotatio descripta videtur e Photii opere nondum contracto, nec est cur eam addubitemus. Pollucis verba VIII, 107 *ἱεροποιοί· δέκα ὄντες οὗτοι ἔθυον θυσίας τὰς πεντετηρίδας τὴν εἰς Δῆλον, τὴν ἐν Βραυρῶνι, τὴν τῶν Ἡρακλείων, τὴν Ἐλευσῖνι*, certe revocanda sunt ad eosdem qui in lexicis recensentur sacrificulos.

Unde respectis simul titulorum testimoniis **decem** fuisse singulos ex singulis tribubus sorte senatus captos in **unum** annum hieropoeos facili licet eruere negotio, confirmaturque **vel** optime plebiscito quodam proeuclideo: *Ἐφ. ἀρχ. περ.* III, 1, **1883**, *p. 167* v. 15 *διακλεροσάτο δὲ καὶ ἑ β[ολ]ὲ σφõν αὐτõν ἱεροπ[οι]ὸς δέκα ἄνδρ[ας ἕνα | ἐκ τε̃ς φυλε̃ς ἑκάστες* nec refragatur titulus *Ἀθην.* VI p. 482, 2 saeculi a. Chr. n. tertii: [*οἱ ἱεροποι*]*οὶ οἱ αἱρε[θ]έντες ὑπὸ τῆς βουλῆς*, quoniam hic sacrificuli intellegendi sunt extraordinarii. Probabile autem est una cum iis decemviros esse creatos, „ut si quis illorum in examine quod *δοκιμασίαν* Graeci vocant reiectus sive mortuus esset, eius in locum alter substitueretur“, ut colligi posse concedo Doermero p. 20 ex (Dem.) c. Theocr. 29 p. 1331. Neque est dubium quin eorum collegium ita fuerit compositum, unus ut principem teneret locum (cf. C. I. A. I, 118 [Dittbg. 44], 6) *ἱεροποιοῖς κατ' [ἐ]νιαυτὸν Διύλλοι Ἑρχιεῖ καὶ συνάρχουσιν*; Rat. El. *β* 38: *ἱεροποιοῖς κατ' ἐνιαυτὸν, το[ῖ]ς ἐπ' Εὐθυκρίτου ἄρχοντος Νικομάχωι Στειρ[ι]εῖ καὶ συνάρχουσιν*; *γ* 3 *ἱεροποιοῖς ἐγ βουλῆς Δημοφίλωι Ἀχαρνεῖ καὶ συνιεροποιοῖς*, *γ* 7 *Νικομάχωι Στειρ[ιεῖ καὶ] συνιερ[οπ]οιοῖς* (cf. G. Gilbert, gr. St. II, 213).

Quorum de muneris genere et natura in universum disserere cum abhorreat a proposito meo satisque dictum arbitrer ab Doermero p. 28 sqq., eas tantum breviter expositurus sum partes, quas in mysteriorum celebratione gessisse putandi sint. — Ac sacra eos fecisse Eleusiniis apparet ex dermaticis saepius laudatis vv. 66. 74, in quibus quod summa evanuit ex pellibus hostiarum venditis redacta, magnopere est dolendum. Quae sacra ipsis mysteriis ab hieropoeis facta non commemorantur in rationibus Eleusiniis ea, nisi fallor, de causa, quod impensae eorum non ex templi aerario solvebantur, sed ex publico; at ex titulis illis translata esse ad sacrificulos *ἐγ βουλῆς* ea, quae olim erant *ἱεροποιῶν Ἐλευσινόθεν* officia edocemur; etenim primitiis venditis admodum magnae iis dispensantur pecuniae populi iussu ad sacrificia emenda et immolanda, velut *β* 76: *ἱεροποιοῖς ἐγ βουλῆς ὅσον ὁ δῆμος ἔταξεν, τοῦ προβάτου καὶ τῆς αἰγὸς ἑκάστου ΔΔΔ | ἱερείων τετταράκοντα τριῶν· κεφάλαιον XHHΓΔΔΔΔ, τῶν βοῶν ἑκάστου HHHH, τριῶν βοῶν XHH*; *β* 82 *εἰς τὰ ἐπιθύσιμα ΓΔΔΔΔ*; *γ* 1 (*H*)*H*[*HΓΔ*]*ΔΓIIIII*; nec non

ad donaria conficienda (*εἰς ἀνάθημα* γ 4) γ 3 *ΗΗΗΓΔΔΔ⊢⊢Τ*, γ 7 *ΧΔΓ⊢⊢⊢ΙΙΙΧ* ex aerario sacro sumpta; iam si non omnia consumebantur in hoc negotio perficiendo, eos tradidisse successoribus quae restabant, nescio an elici possit ex β 38 [*τὸ περιγε*]|*νόμενον Κριτοβούλωι Κολωνῆθεν, Νικομάχωι Στει*-*ρ*[*ι*]*εῖ καὶ συνάρχουσιν ΗΗ*[*ΗΔ* . . . ., loco sane admodum obscuro. Accedit munus aliud, quo item olim fungebantur sacrificuli *Ἐλευσινόθεν*, ut ex praestantissima frumenti parte placenta offerrent deis Eleusiniis. Cuius rei testimonia sunt: β 67 *εἰς τὸν πέλανον ἱεροποιοῖς ἐγ βουλῆς ἑκκαίδεκα μέδιμοι τρι*|-[*ῶ*]*ν χοινίκων ἀπολείποντες*; 71 *εἰς πέλανον τοῖν θεοῖν μέδιμνος καὶ ἱεροποιοῖς ἐγ βουλῆς* | *Δ μέδιμνοι καὶ ἐπιβολὴ πένθ' ἡμιεκτεῖα*, quae verba aliter interpretatum esse ita, ut de mercede sacrificulis soluta acciperet, P. Foucartum l. c. p. 206 etsi non ignoro, concedere utique nequeo (cf. Doermer p. 30).

Restat ut de sacris quinquennalibus dicam sollemniter ab iis Eleusine celebrandis; quod paucis nunc licet absolvere, quoniam de ludorum Eleusiniorum penteteride praeter spem nuper certiores facti sumus. Quare quod Aristoteles summatim, singillatim Photius dicit, nunc extra dubitationem positum videtur, quin reapse spectet ad mysteriorum sacra, cum praesertim de Proërosiorum penteteride, de qua Mommsen p. 243 cogitavit assentientibus Stoientino de Iulii Pollucis in publ. Ath. ant. enarrand. auct., Vratisl. 1878 p. 36, et Doermero p. 41, nec vola exstet nec vestigium; nam quod ipsa quoque Eleusine agebantur, nihil profecto valet; nec puto nimis tribuendum esse illi, „quod reliquis quae enumerantur sacris quinquennalibus auctoritas erat illorum auctoritate multo inferior". Nam etsi annua erant mysteria, tamen etiam sacra maiore cum pompa et apparatu facta esse cum appareat quinto quoque anno (cf. supra), recte se habent illa testimonia iniuste aliquamdiu non assis facta. Quod si statuimus, hieropoeorum partes fuisse etiam in trieteride Eleusinia per se patet. — At quae potissimum illis egerint feriis, deficientibus titulis non liquet.

II. De aerario sacro.

Priusquam ad eos accedamus magistratus, qui pecuniis templi accipiendis expendendisque erant destinati, generatim

de aerario templi Eleusinii sacro praefari haud abhorrere a re putaverim.

Cuius quaenam fuerit condicio prioribus temporibus, quibus sacrificuli Ἐλευσινόθεν ei praefecti erant, explorari posse despero propter tituli I, 1 (Dittbg. 384) statum proh! nimis corruptum, quo inde ab v. 111 agitur de pecuniis sacris administrandis eaeque divisae videntur in duas partes; quarum altera: [τὸ μὲν ἐκ | τ]ε̃ς [τιμε̃ς? (tunc primum institutae? cf. 109) γενόμ]εν[ον] deponi iubetur in Minervae templo ipsa in urbe posito ([ἐν περιβ]όλο[ι τõι νότο|θ]εν τõ τε̃ς Ἀθεναία[ς ἀρχαίο ν||ε]ὸ ἐμ πόλει), altera: τ[ὸ] δὲ ἀρ[χαῖον] administrari ab hieropoeis in sacro, ut videtur Eleusinio ([ἐ|μ]πόλει . . ἐν τõι ῾[ιερõι|]). Quod in aerarium confluxisse multarum illarum pecunias, quas peregrinarum urbium cives qui per sollemnitatis dies ius sacrum violassent, ex toto lateris illius tenore effici puto, idemque cadit in multam sacrificulis Ἐλευσινόθεν impositam (decr. de prim. 18, 35); nam eandem aerarii fuisse rationem etiam illis quibus decretum de primitiis latum est, temporibus, statui licet.

At postea plane immutatam eam esse luce est clarius; quae vero tum invaluerit aerarii dearum administratio, rationes Eleusiniae uni sunt uberrimi fontes, unde cognitio nostra redundet. Ac primum θησαυρός ibi exstructus erat (l. c. II, 10. 13. 25. 65. 66. 73; β 18), ubi asservabantur pecuniae sacrae, cf. γ 4 [ἐ]κ τῶν θησαυρῶν ἐξαιρέθη τῶν Ἐλευσῖνι τοῖν θεοῖν; hic quod additur aerarii definitio accuratior, num spectet fortasse ad alium dearum thesaurum, qui etiamtum exstitisse Athenis statuendus sit, diiudicare non ausim; at cum sequantur ἐκ τοῦ(ς) τῆς πρεσβυτέρας φιλίππειοι δύο κτλ.; v. 5 ἐκ τοῦ τῆς νεωτέρας ὀβολοὶ δύο κτλ., praeter commune templi aerarium utriusque deae peculiarem fuisse thesaurum, quis infitietur? Quorum quas quisque receperit pecunias frustra quaeras, nisi quod habenda esse peculiaria dearum aeraria „des troncs" (cf. Th. Homolle, Comptes des hiéropes d' Apollon Délien, Bull. de corr. hell. VI, 1882 p. 70) veri non videtur dissimile. Quae autem de templi reditibus sumptibusque dici possunt in universum, sunt haece[1]):

[1]) De re universa cf. R. Kohts, de reditibus templ. Graec., Göttg. 1869.

A. Pecuniae acceptae.

1) E fundis sacris elocatis, ex quibus admodum magnam redactam esse pecuniam ut ceterorum templorum ita Eleusinii utique constat. Huc revocanda certe sunt quae redibant e campo Rharico sacro (cf. *α* 42), quippe ex quo primum aratum esse frumentum traderetur, *β* 40 *Ῥαρίας Ὑπερείδης* (orator clarissimus, cf. (Plut.) X orat. 18; Foucart, Bull. VIII, 1884 p. 199; Fränkel ad Boeckhii Staatsh.[3] II, 38* n. 229) *Γλαυκίππου Κολλυ(τεύς)· παρὰ τούτου ἐλάβομεν μίσθωσιν μεδίμνω[ν ΓΗΗΓΔΔΔΙΙΙ· ἐτῶν] | τεττάρων· γίγνονται μέδιμνοι ΧΧΗ ΗΗΗΓΔΔΓΙ*; fortasse etiam *μισθώματα* illa paulo supra recensita v. 29, 32, quorum locorum priore nescio an suppleri possit [*ἀπὸ μισθωμάτων τῶν τεμενῶν*][1]), quoniam exhibet Harpocratio s. v. *ἀπὸ μισθωμάτων· Δίδυμός φησιν ὁ γραμματικὸς ἀντὶ τοῦ ἐκ τῶν τεμενικῶν προσόδων· ἑκάστῳ γὰρ θεῷ πλέθρα γῆς ἀπένεμον, ἐξ ὧν μισθωμένων αἱ εἰς τὰς θυσίας ἐγένοντο δαπαναί*, (Isocr. VII, 29; Boeckh, Staatsh. I, 296 = ed. Fränkel p. 267; Dittenberger ad syll. 380 not. 5; Kohts l. c. 19), unde *μισθώματα* simpliciter dictum significasse fere locationum agrorum reditus elucet, quos etiam mysteriis Eleusiniis impensos videmus sacrificiis (v. 28, 31), quosque ea ipsa de causa quaestores recipiunt *οὐ μερισάντων τῶν ἀποδεκτῶν* (29, 34); accedit *β* 37 *ὃ κατέβαλεν Ἀλεξίμαχος Τεισαμενοῦ ἐκ Κοί(λης)*, cf. Boeckh l. c. I, 459 = ed. Fränkel p. 412, nam quod Tsuntas significari quaestorem *τῆς παρελθούσης τετραετίας* statuit, minime constat.

2) Ex primitiis a phylis Atheniensibus sociisque oblatis, *β* 50 sqq.

3) Ab apodectis, aerarii publici quaestoribus, dispensatae, *τὸ μερισθὲν παρ' ἀποδεκτῶν* II, 3 *ΓΧΤΓΗΗΗ* (*εἰς τὰ ἔργα*); *α* 39 *ΓΗΗΗΗΙΙ[Γ]* = *α* 57.

4) Extraordinariae quas insuper mutuantur templi quaestores, cf. I, 39 *προσδανεισθὲν εἰς τὸ διατείχισμα τὸ Ἐλ|ευσῖνι παρὰ ταμίου [σ]τρατιωτικῶν καὶ παρ' ἀποδεκτῶν καὶ παρὰ*

[1]) Nisi cogitare mavis de sacris templi aedibus elocatis (cf. Koehler, Mitth. des arch. Instit. VII, 1882 p. 373) ac restituere *μισθωμάτων τῶν ἱερῶν οἰκιῶν*, quae quidem domus saepius comparent in rationibus I, 69. 75; *α* 9; *β* 80.

τοῦ τραπεζίτου[1]) ΤΤΧΓΗΗΗΔ[Δ]ΙΙΙΙΙC Τ (cf. Hartel, Studien, Sitzungsber. d. Akad. zu Wien 91, 1878 p. 149 sq.).

Accedunt reditus alii, de quibus licet in rationibus non compareant disserte enumerati, tamen dubitari nequit; huc pertinent:

5) Decima ab unaquaque hostia soluta (Foucart, Bull. VIII, 1885, 214 sq.)[2]), munera ultro deis oblata, velut phialam argenteam ephebi quotannis consecrant C. I. A. II, 465 sqq.

6) Multae et ab magistratibus minus diligentibus repetitae (decr. de prim. 18. 35; C. I. A. II, 476, 12 ἐ[ὰ]ν δέ τις ποιήσηι τῶν ἀρχόντων (scil. μετρονόμων) ἢ μὴ ἐπαναγκ[ά]ζηι [τοὺς πωλοῦντας | τού]τοις π[ω]λεῖν, ὀ[φ]ειλέτω ἱερὰ[ς] τῆι Δήμητρ[ι κ]αὶ τῆι Κόρηι δραχμὰς χιλίας) et ab iis, qui aut ius sacrum (C. I. A. I, 1; III, 26?) aut sacram terram violassent (Ἐφ. ἀρχ. περ. III, 2, 1884 p. 165 εἰ [δέ τιν]ε[ς ὑπ]ε[ρ]βάντες τοὺς ἱεροὺς ὅρους ἐπειγράσα[ν]||το . . .) aut quomodocunque deliquissent adversus deos: (Plut.) X or. 842; C. I. A. I, 274—277 (Dittbg. 37 sqq.); Poll. X, 97 (Boeckh Staatsh. I, 278; 519 = ed. Fränkel pp. 251 et 467) ἐν δὲ ταῖς Ἀττικαῖς στήλαις αἳ κεῖνται ἐν Ἐλευσῖνι τὰ τῶν ἀσεβησάντων περὶ τὼ θεὼ δημόσια πραθέντα ἀναγέγραπται, quorum bonorum partem deis consecratam esse consentaneum est.

B. Pecuniae expensae.

1) In aedificia sacra, quae erant Eleusine (passim in Rat. El. C. I. A. II, 834 c) et Athenis (Rat. El. II, 26. 30. 31. 35. 47. 59. 67; α 52; γ 10) exstruenda reficiendaque atque templi supellectilem renovandam (passim cf. α 30. 43 sqq.) et si quid aedium fundorumque sacrorum profanatum erat, lustrandum: Rat. El. α 42 νέκυν ἀνελόντι ἐκ τῆς Ῥαρίας, 43 [τῶι καθ]ήραντι τὴν Ῥαρίαν, α 49 χοῖροι δύο καθῆ||[ραι τὸ ἱερ]ὸ[ν τὸ Ἐλ]ευσῖνι; β 19 τῶι καθήραντι τὸ ἱερὸν τὸ Ἐλευ[σῖνι]. Huc referri etiam id potest, quod ad donaria dearum sustentanda dispensabatur, velut Rat. El. II, 57 εἰς τὸν | ἵππον τὸν ἐν τῶι

[1]) cf. Fränkel ad Boeckhii Staatsh.[3] II p. 319 n. 2.

[2]) Initiationis pretium (Sainte-Croix p. 278) non solutum esse probat ipse quem citat locus Apsin. 492 (Walz) ἐν σπάνει χρημάτων ἔγραψεν ὁ Ἀριστογείτων μισθοῦ μύειν καὶ κρίνεται.

ἐν ἄστει Ἐλευσινίωι aereum ab Simone consecratum (cf. Xenoph. de re equ. I, 192[1]).

2) Ad cultum pertinentes II, 44 *ἐπαρχὴ Δήμητρι καὶ Κόρηι καὶ Πλούτωνι, β* 10 *ἀρ[εσ]τηρίαν θῦσαι ἑκατέρ[αι τοῖν θεοῖν]*, cf. *γ* 6; *β* 11 *τ[ῶν] σπο[νδῶν γε]νομένων* (sic enim restituendum puto) . . *εἰς τὰ Ἁλ|ῶια]*; *γ* 66 *εἰς* | *[π]ροχώνια*; *β* 28, 31 *εἰς μυστήρια τὰ μεγάλα*, singulis traditae magistratibus sacerdotibusque: *ἱεροποιοῖς β* 38 *[εἰς θ]υσ[ίας]*, 67, 71 *εἰς τὸν πέλανον*, 82 *εἰς τὰ ἐπιθύσιμα, γ* 1 sqq. *εἰς ἀνάθημα*; *ἐπιστάταις* I, 41 *εἰς θυσί|αν μυστηρίοις*, II, 44 *Ἐπιλήναια εἰς Διονύσια θῦσαι*; *α* 29 *εἰς θυσίαν*; *β* 37; *σπονδοφόροις εἰς μυστήρια α* 29; *β* 14 cf. I, 4 *πρὸς [σπονδοφο]ρίαν ἐ[πὶ ν]ή-[σ]ων εἰς μυστήρια τὰ [μεγά]λα*; *ἐξηγηταῖς Εὐμολπιδῶν* I, 41 *εἰς [ζ]εύγη| μυστηρίοις*; *Ἱπποθῶ[ν]|τος| ἱερεῖ β* 77 *πέλανον*; *ἱερεῦσι καὶ ἱερείαις* 42 sqq. *[ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας]*, 45 *εἰς τὴν τριετηρίδα τῶν Ἐλευσινίων*, 46 *εἰς τὴν πεντετηρίδα.*

3) In servos publicos alendos erogatae[2]) I, 4 *δημοσίοις τροφῆς — καὶ τ|ῶι [ἐπιστάτηι]* cf. 42, II, 5, *α* 40; *α* 25 *ἱμάτια*; *β* 17 *ὑποδημάτων κάττυσις*, 834 c 45 *[ἐξωμί]δες?*, *α* 44 *ὄξ[υν]τρα [σιδήρ]ου, ὧι οἱ δημόσιοι ἐργάζονται*; 834 c passim; — II, 68 *εἰς χόας — ἱερεῖον, κε[ρ]άμια Γ οἴνου*; 72 *μύησις δυοῖν τοῖν δημοσίοιν* mysteriis scilicet minoribus; 834 c 24: *[τ]ῶν δημοσίων ἐμυήσαμεν πέντε ἄνδρας τοὺς ἐν τῶι ἱερῶι ἀνακαθαίροντας*; fortasse etiam 62 spectat ad servos *[εἰς μύ]ησιν οἷς ΔΗΗ, εἰς ἱερὰ ΗΗΗ. Δήμητρι οἷς ΔΗΗ, Κόρηι κριὸς ΔΓΗΗ.*

4) *Τηλοφίλωι τῶι κεχειροτονημένωι ἀντιγράφεσθαι ἀναλισκόμενα τῆς πρυτανείας* I, 12. 42; II, 7; *α* 41; 834 c v. 60 *Εὐκλεῖ τῶι κ|[εχειροτονημένωι ἀντιγράφεσθαι τὰ ἀναλισκόμενα]* ex D. Philii probabili supplemento; ceterisque hominibus minoris momenti, velut ei qui thesaurum aperuit *γ* 6.

Haec sunt, quae quidem ex fontibus nostris quantuliscun-

---

[1]) *Συνέγραψε μὲν οὖν καὶ Σίμων περὶ ἱππικῆς, ὃς καὶ τὸν κατὰ τὸ Ἐλευσίνιον Ἀθήνησιν ἵππον χαλκοῦν ἀνέθηκε καὶ ἐν τῷ βάθρῳ τὰ ἑαυτοῦ ἔργα ἐξετύπωσεν* cum interpretum notis; utroque enim loco idem intellegendum est signum. — Cf. E. Curtius, Eleusinion und Pelargikon. Sitzungsber. d. Berl. Ak. 1884, p. 50.

[2]) Fränkel ad Boeckhii Staatsh.[3] II, 33* n. 202.

que haurire possimus de aerarii sacri pecuniis acceptis et expensis, at haec omnia admodum manca esse ad universam rem investigandam, sponte patet; quotum enim quisque ad eorum annorum amussim, quorum etiamnunc rationes servantur, metiendos esse concedat annos ceteros, equidem negare non dubito. Id tantum affirmem, satis magnam redactam esse pecuniam ex sacris templi possessionibus vectigalibusque, quae si non sufficeret, suppeditatam esse ab ipsa republica (Boeckh I, 207 = ed. Fränkel p. 186), quinto quoque anno rationes lapidibus esse incisas. Quae quoniam summatim de aerarii sacri administratione praefati sumus, hoc nunc indagandum est, a quibus curatae sint sacrae templi pecuniae. Tres autem recensentur in rationibus Eleusiniis qui hoc munere fungebantur magistratus: *ἐπιστάται Ἐλευσινόθεν, ταμίαι τοῖν θεοῖν, ταμίας τοῖν θεοῖν* casu singulari nuncupatus et peculiari functus officio, quibus singulis deinceps tractatis paucis nunc licet absolvere totam de administratione mysteriorum publica quaestionem.

d. *Οἱ ἐπιστάται Ἐλευσινόθεν.*

Epistatas *Ἐλευσινόθεν* non prius esse institutos quam sacrificuli *Ἐλευσινόθεν* essent sublati, supra omnibus probasse mihi videor; quo concesso non solum illorum munerum partem, sed etiam nomen translata esse ad hos quominus statuamus, nihil repugnat, immo probabilissimum est et quod firmetur argumentis sat tutis. Neque igitur adverbium illud *Ἐλευσινόθεν* ex Eleusiniorum numero creatos esse epistatas templi significat, quod contenderunt U. Koehler ad C. I. A. II, 2 p. 522; P. Foucart, Bull. VII, 1883 p. 387. 391. 393; Doermer p. 23, sed idem in eos cadit quod in sacrificulos, notari locum, ubi fungebantur munere. At in quid temporis spatium creati sint epistatae, facili me effecturum esse spero negotio; positum autem est huius quaestionis discrimen in eo, utrum seiungendi sint *ἐπιστάται Ἐλευσινόθεν,* qui dicuntur, ab *ἐπιστάταις* simpliciter nominatis, quorum fit mentio C. I. A. II, 682 c 5 sq., Rat. El. *α* 29 *ἐπιστάταις εἰς θυσίαν,* 39 *τὸ μερισθὲν παρ' ἀποδεκτῶν ἐπιστάταις, β* 37, necne. — Atque qui recensentur in rationibus Eleusiniis epistatas neutiquam inter se diversos esse quis est qui neget? Nonne pecunias ab apodectis dispensatas accepisse modo *ἐπιστάται*

Ἐλευσινόθεν (II, 3) dicuntur modo *ἐπιστάται* (α 39)? Quae igitur inveniri potest idonea causa, cur titulo ol. 106, 1 (356/5) exarato, qui Eleusine erat exstructus, 682 c alios subesse contendamus magistratus delubri Eleusinii Koehleri ratiocinationem admodum infirmam secuti? An investigari potest aliquid in eorum officiis, quod huic adversetur opinioni? Equidem ne umbram quidem nedum indicium, quamvis strenue agerem, deprehendere potui discriminis, immo utroque loco externas aerarii sacri rationes negotiaque eorum effecisse provinciam manifesto demonstratur; nam quod Koehler *ἐπιστάτας Ἐλευσινόθεν*, qui sunt in rationibus, ad hoc creatos putat, „ut operibus conficiendis una cum quaestoribus duobus dearum praeessent", firmatur prorsus nihilo. Quae cum ita sint, ego si unum tantum statuo exstitisse Eleusine epistatarum genus, ne omnia turbare ac miscere videar, minime timeo.

Iam inde quae concludi possint de magistratus illius natura ac genere exponendum videtur. Ac primum quod ad eorum attinet numerum, plus duos fuisse epistatas quivis concedat respectis tituli 682 c verbis hisce v. 4 *οἱ δὲ ταμία*[*ι*] (scil. *τῶν ἄλλων θεῶν*) | *τοῖς ἐπιστάταις· Ἀμφικτύονι Ἀφιδναίωι καὶ σ*[*υνά*]|*ρχουσι· οἱ δ' ἐπιστάται τοῖς ἐπ*[*ι*]*στάταις Νικοδ*[*ήμ*]|*ωι Ἀδμονεῖ καὶ συνάρχουσι ἐπὶ Ἐλπίνου ἄρχοντο*[*ς*]. Iisdem ex verbis cum adiectae sint demorum unde oriundi erant significationes, dubitatio subnasci iam non potest, quin non fuerint ex Eleusiniorum numero capti, quam supra aliis usus rationibus refelli. At eorum provincia unius anni cancellis circumscripta fuerit quadrienniine ambigitur idemque valet de ceteris aerarii magistratibus. Posterioris autem opinionis subsidia Ch. Tsuntas p. 257 haec suppeditavit: alterum repetitum *ἐκ τῆς ἀρχῆς τῆς πρώτης πρυτανείας, ἐν ῇ ἀναφέρεται τὸ περιὸν παρὰ ταμίαιν τοῖν θεοῖν καὶ τὸ περιὸν παρ' ἐπιστάταις· τοῦτο δὲν θὰ ἐλέγετο, ἐὰν οἱ ταμίαι καὶ οἱ ἐπιστάται δὲ εἶχον τὴν ἀρχήν των καὶ τὸ προηγούμενον ἔτος*; alterum in rationum dispositione positum — nam haec est summa argumenti —, verum enimvero *οἱ ταμίαι καὶ οἱ προστάται ἔλαβον παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ ἄλλων τινῶν ἀρχόντων προκαταβολὴν ἢ μᾶλλον ἐπιχορήγησιν κατὰ τὰ ἔτη* 331 *καὶ* 329 (β 28 sqq.)· *πάλιν δὲ κατωτέρω λαμβάνουσι παρὰ τοῦ Ὑπερείδου τὴν μίσθωσιν*

τῆς Ῥαρίας κατὰ τέσσαρα συνεχῆ ἔτη (β 39). At quoniam rationes quinto quoque anno publice collocatas esse constat, neque hoc neque illud evincit, quod pro certo sit habendum, etenim dummodo in totius rationis initio unoquoque anno qui magistratus gesserant, eorum nomina exstarent, iis partibus quibus singulorum annorum recensebantur pecuniae acceptae expensaeque, praescriberentur necesse fuisse magistratuum nomina eius ipsius anni et proximi vix putaverim atque formula illa τὸ ἱερὸν παρ᾽ ἐπιστάταις ut latius pateret significaretque in universum: Bestand der Vorsteherkasse, quin vel facillime fieri potuerit non est quod dubitemus. Ex altero autem Tsuntae argumento quid redundet ad magistratum quadriennem demonstrandum non contingit mihi ut capiam, nam eodem modo certe scribi potuit, etiamsi alii singulis annis aerarium administrabant magistratus, qui communes quadriennio peracto rationibus publice reddendis interfuerunt; id quod factum esse (cf. etiam 682 c) probabile est, si spectamus titulum C. I. A. I, 32 (Dittbg. 14; cf. not. 17). Continebatur autem hoc quadriennium olympiadis spatio, quoniam rationes Eleusinias initio ol. 113, 1 publicatas novimus. Iam accedit, quod C. I. A. II, 682 c exstat οἱ δ᾽ ἐπιστάται τοῖς ἐπ[ι]στάταις Νικοδ[ήμ]ωι Ἀθμονεῖ καὶ συνάρχουσι ἐπὶ Ἐλπίνου ἄρχοντος, unde quotannis a populo creatos esse illos epistatas suo iam coegit iure U. Koehler. Nec est silentio praetermittendum etiam quaestores delubri in unum captos esse annum, non in quadriennium; qui cum pleraque communi absolverent negotio, admodum mirum esset, si non eodem iniissent magistratum tempore, eodem se abdicassent.

Epistatarum autem quale fuerit officium, supra monui cum ita eos aerarium sacrum administrasse statui, ut externa eius negotia peculiariter eis essent imposita. Etenim ab magistratibus aliis quae tradebantur delubro Eleusinio, recipiebant, velut ab aliorum deorum quaestoribus (682 c 1 sqq.), ab apodectis (Rat. El. II, 3; α 39) nec non una cum archonte rege, paredris, epimeletisque sacros elocabant templi fundos (Rat. El. β 30. 32). Eosdem mutuatos esse pecunias illas ab stratioticorum quaestore, apodectis, trapezita (Rat. El. I, 39), II, 3 demonstrat, ubi multo maior est summa, quam quae antea recensebatur. Proprium enim curabant aerarium (I, 3, 35 = 39; II, 3, 76; α 36 = 38;

β 2), unde dispensabant maximam sumptuum partem, qui pertinebant ad aedificia templi sustentanda reficiendaque et ad servos publicos alendos. In sacris autem deis faciendis omnino nullam eos habuisse partem, quantum potest intellegi, recte P. Foucart evincit Bull. VII, 1883, p. 393; commemorantur sane Rat. El. II, 46 sumptus facti *ἐπιστάταις Ἐπιλήναια εἰς Διονύσια θῦσαι ΔΔ*; *α* 29 *ἐπιστάταις εἰς θυσίαν ΔΔ*, at ex summis sat parvis apparet non publica spectari sacra sollemniaque sed privatim ab aerarii sacri magistratibus nescio qua de causa sacrificia immolata.

Cetera una cum quaestoribus obierunt negotia, quae pertinent ad Rhariae fructus primitiasque recipienda dispensandaque aliaque quae singula afferre longum est; id tantum addam etiam rationes publicae communiter ab iis esse redditas eo quem supra exposuimus modo, ut deposito magistratu successoribus traderent aeraria examinarenturque ab senatu, quadriennio perfecto, qui quidem eorum superstites essent, curarent rationes illas incisas lapidibus promulgandas.

Restat, ut exstitisse Eleusine dicam aedificium publicum, quo munere fungebantur epistatae: *τὸ ἐπιστάσιον*, Rat. El. I, 74; *α* 16. 30. 45.

e. Οἱ ταμίαι τοῖν θεοῖν.

1) Duorum quaestorum collegium quotannis creatum esse persuasum habere me supra dixi atque id etiamsi nulla accederent alia subsidia, sola demonstrari putaverim significatione, quae invenitur Rat. El. *β* 35: *τούτου παρέ[δωκαν οἱ ταμίαι τοῖν θεοῖν] | Νικόφιλος Ἀλω(πεκῆθεν): Κεράμων Φλυεὺς ταμίαιν τοῖν θεοῖν το[ῖ]ς ἐπ' Εὐθυκρίτου ἄ[ρχοντος ....] Καλλαίσχρωι Ἀφιδναί(ωι)*; unde simul ex universo populo creatos esse quaestores sponte patet. Qui curatores Ch. Tsuntae p. 128 *μᾶλλον ἔποπται καὶ ἐξελεγκταί* fuisse videntur, quippe quorum in manibus quae erat pecunia eadem sit prima prytania (Rat. El. I, 2), eadem quinta (*α* 58). Atque id sane inde recte concludi possit, non eos erogasse singularum prytaniarum sumptus quotidianos ordinariosque; at si nulla omnino soluissent expensa, quid sit cur peculiare iis mandatum esset aerarium (l. c. I, 2, 34. 37; II, 1, 75; *α* 35. 37. 58; *β* 1) haudquaquam

eluceret. Verum enimvero ab sacrorum praediorum aratoribus recepisse eos unde suppeditarent mysteria maiora celebranda edocemur Rat. El. β 28 sqq. Quare nescio an mysteriorum ludorumque pensiones ab iis distributae sint.

2) Praeter hoc quaestorum collegium comparet in rationibus Eleusiniis quaestor quidam addito nomine: *ὁ ταμίας τοῖν θεοῖν Νικόφιλος Ἀλωπεκῆθεν* (I, 2, 35. 38; II, 2, 76; α 35. 38. 58; β 1), ex omnibus nimirum Atheniensibus in unum annum captus et ut epistatae quaestoresque ceteri senatui rationes reddere obligatus.

Nihil iam restat quam ut de scriba aerarii verba faciam pauca, quoniam facere non possum ut seorsim iudicem ab Tsunta, qui *αὐτὸς φαίνεται*, inquit p. 128, *καίπερ κεχειροτονημένος ἦν ὅμως δημόσιος*, nam quam huius opinionis addit causam: *καὶ τοῦτο ἵνα δύνηται ἐν ἀνάγκῃ να βασανισθῇ*, equidem sat probabilem puto et quam tueatur id, quod plerumque ea de causa destinatos esse servos publicos novimus *ἵνα ἀπογράφοιεν τὰ ἀναλισκόμενα* (Schol. Dem. 2, 19; cf. G. Gilbert, gr. St. I, 323). Recensentur autem *Τηλόφιλος ὁ κεχειροτονημένος ἀντιγράφεσθαι τὰ ἀναλισκόμενα τῆς πρυτανείας* Rat. El. I, 12, 43; II, 7; α 41 et 834 c, 60: *Εὐκλῆς* eodem munere functus; quorum quod uterque nominatur non addito demotico, commendat Tsuntae opinionem.

Iam ad finem disputationis pervenimus; quam qui legerint spero fore ut frontem remittant in iudicando. Etenim quae conglutinari potuerunt, composui, diremi, quae perperam videbantur copulata, amissos catenae annulos meis restituere viribus ne studui quidem: quod si recte fecerim harumque rerum peritissimo cuique probatus sim, aliquid profecisse mihi videar, si minus, in his primitiis liceat mihi finem disserendi facere philosophi illius precatione usus hac: *τοῖς μὲν παραλελειμμένοις συγγνώμην, τοῖς δὲ εὑρημένοις πολλὴν χάριν ἔχειν.*

G. KALKOFF:

DE CODICIBUS EPITOMES HARPOCRATIONEAE.

Harpocrationis λέξεις τῶν δέκα ῥητόρων duabus nobis servatae sunt recensionibus, altera pleniore, altera breviore, quae vulgo epitome nominatur. Ut autem editio plenior pluris aestimanda est epitome, quod glossas plurimas multo uberiores praebet, quam illa, ita epitomes bonitas in eo posita videtur, quod codicibus multo vetustioribus nobis tradita est quam opus amplius. Qua de re quamquam in universum quidem consentiunt inter se viri docti, tamen in singulis rebus sententiae satis sunt diversae. Nec mirum: nemo enim adhuc diligenter quaesivit, quinam codices operis plenioris sint optimi, quinam epitomes, et quae ratio intercedat inter archetypum epitomes et lexici maioris.

Atque quominus lectiones librorum recensionis amplioris inter se comparentur atque ubique lectio codicis archetypi restituatur, impedit editionum Bekkerianae et Dindorfianae condicio: Bekkerianae, quippe cuius auctor non satis multos codices totos excusserit, Dindorfianae et propter id ipsum et quia in ea discrepantia scripturae non ea qua par erat diligentia notata est.

Velut codicem Palatinum Vaticanum M, cuius unam litteram *A* Dindorfius excussit, satis dignum esse, qui totus conferretur, conclusi ex locis nonnullis, quibus hic liber manu scriptus solus exhibet lectionem si non genuinam, at tamen eam, quae ad veritatem proxime accedit. Velut in glossa Ἀμόργης lemma legimus corruptum in omnibus codicibus et operis plenioris et epitomes, ita tamen, ut codd. B C exhibeant ἀμαθέος, M et cod. epitomes D ἀμορίης (D ἀμ$\overset{\omega}{o}$ρίης), ceteri, inter quos est recensionis plenioris librorum optimus Romanus A, ἀμωρίης. Atque hoc quidem certum est, lectionem ἈΜΟΡΙΗϹ proxime accedere ad genuinam formam ἈΜΟΡΓΗϹ atque facillime hanc corruptelam fieri potuisse in libro litteris uncialibus scripto. Simi-

liter res se habet in glossa Ἀμφίπολις, ubi omnes codices pro ΑΙΝΔΙΩΝ falsas praebent formas, M vero lectionem ipsam quoque corruptam, quae tamen a genuina differt uno litterarum ductu. Quod enim in ΑΗΝΑΙΩΝ — sic autem legimus in cod. M — pro ι scriptum invenimus η, hoc vix discrimen ducendum est.

Hic numerus exemplorum, quae mihi occurrerunt, certe augeri potest ab eo, qui hunc codicem diligenter excutiat.

Praeterea autem saepissime, cum ad lectiones codicum operis plenioris comparandas adissem, mihi accidit, ut, quod e silentio Dindorfii necesse esset concludere, cum re ipsa nullo modo congruere mihi esset statuendum. Quod igitur Dindorfius praecavere se voluisse significavit, cum in praefatione (p. III) dixit: 'potuissem vel eorum, quae attuli, plurima praetermittere, nisi curandum fuisset, ne instrumentum deesset de indole codicum deque ratione, quae inter singulos intercedit, iudicaturis', hoc evenit.

Quibus causis adductus, cum ad tot codices denuo excutiendos mihi nec facultas data esset et tempus deesset, ab hoc proposito nunc quidem destiti atque hoc unum quaerere constitui, quae esset ratio inter codices epitomes: primum, quia ad hanc quaestionem ad finem perducendam suffecit apparatus criticus. Libri enim epitomes toti collati erant, multis autem locis, ubi scripturae discrepantia a Dindorfio non satis accurate erat notata, haec mihi praesto erat vel apud Bekkerum vel in Suida Gaisfordiano vel Berhardyano. Deinde autem vidi unum ex huius recensionis libris, Parisinum D, tantopere differre a ceteris epitomes codicibus, ut haec una res dignissima mihi videretur esse, de qua quaestio institueretur. Examinanda autem epitomes auctoritate speravi aliquid me collaturum esse ad eorum studia sublevanda, qui postea fortasse operam navaturi essent operis plenioris codicum archetypo restituendo.

Sed fortasse etiam ne hoc propositum tenerem, deterruisset me summa Dindorfii neglegentia, nisi benevolentia trium virorum humanissimorum atque illustrissimorum adiutus essem. Eduardus enim Hillerus, vir de studiis meis optime meritus, litteris ad Henricum Weilium, philologum clarissimum, datis ab eo petiit, ut locis nonnullis librum Parisinum inspiciendum curaret, cui

optato libenter satis fecit vir doctissimus. Intercedente igitur Weilio laborem codicis examinandi benigne suscepit H. Lebègue. Quibus tribus viris quod in hac ipsa dissertatione gratias agere possum quam maximas, valde gaudeo.

Atque quomodo Dindorfius in Harpocrationis editione instituenda egerit, vel inde cognoscere licet, quod inter decem glossas, quarum scripturam a Dindorfio falso esse exhibitam suspicabar et quas Lebègue denuo contulit, septem erant, quibus non fefellisse me opinionem apparuit.

Quas glossas sic, ut in codice Parisino leguntur, hic enumerabo, eis tantum verbis respectis, in quibus scribendis editor Oxoniensis peccavit:

s. v. *ἀδηφάγοι τριήρεις* leg. *τοὺς πολλοὺς λύχνους ἀδηφάγους εἶπεν* (non omissa sunt vv. *λύχνους ἀδηφάγους*).

s. v. *ἀπρότων* leg. *ἐμπεπηδηκότων* (non *ἐκπεπηδηκότων*). *Πυθέου* (non *Πυθαίου*).

s. v. *Γάληψος* leg. *Ἀντιφῶν κατὰ λεσποδίου* (*αι* superscriptum prima manu) *πόλις κτλ.* leg. *φησὶν*, non *φασιν*.

s. v. *Εὐμενίδες* leg. *δημοσθένης ἐν τῷ κατ᾽ Ἀριστογείτονος αἰσχύλος ἐν εὐμενίσιν εἰπῶν* (sic) *τὰ περὶ τὴν κρίσιν τοῦ ὀρέστου* (sic) *φησὶν* (non deest) *ὡς ἡ ἀθηνὰ πραΰνασα τὰς ἐριννύας ὥστε μὴ χαλεπῶς ἔχειν πρὸς τὸν ὀρέστην εὐμενίδας* (*αὐτὰς* om.) *ὠνόμασεν*.

s. v. *ὀργάς* leg. *δημοσθένης ἐν τῷ περὶ συντάξεως τὰ λοχμώδη καὶ οὐκ ἐπεργαζόμενα οὕτως καλεῖται κτλ.*

s. v. *οὐσίας δίκη* leg. *προτέρα τῶν μὲν οἰκιῶν ἦν ἐν οἰκίου.* leg. in lemmate *ὀ σίας*, non *οὐσίας*, „*ο* productiore rubro“.

s. v. *πωλάς* (*πώλας* in cod. D) leg. *πράσεις* (sic: *πράσ* with *ς ς* superscript) *ὑπερίδης ἐστὶ καὶ ὄνομα ἐν τοῖς σώφροσιν ἀνδρείοις*.

Sed nunc ad rem ipsam aggrediamur, qua in disserenda ita agam, ut primum, quae sit inter singulos codices ratio, deinde, qua quisque sit auctoritate, disputem. Illud huic praefationi addere velim, in lemmatibus scribendis omnibus locis me secuturum esse editionem Dindorfii, etiam ubi is unius recensionis scripturam falso praetulit alteri.

Caput I.

Quam rationem inter se habeant codices.

Servata nobis est epitome tribus codicibus: Palatino E, Leidensi T, Parisino D; ex quibus Palatinus exaratus est saeculo tertio decimo, Leidensis quinto decimo, Parisinus anno 1496. Qui codicum numerus haud ita magnus augetur aliis fontibus. Quoniam enim haec recensio temporibus Byzantinorum a multis viris doctis, qui lexica condebant, usurpata est idque a nonnullis ita, ut paene omnes Harpocrationis glossas immutatas in sua opera transferrent, horum lexica — sunt autem Photii et Suidae et lexicon Seguerianum sextum, quod vocant, cuius tamen in unam litteram *A*[1]) glossae Harpocrationeae sunt receptae — codicum instar habenda nobis sunt. Cum autem lexicon Photii nono saeculo, Suidae undecimo vel duodecimo confectum sit, is autem codex, qui continet lexicon Seguerianum, ineunte saeculo decimo exaratus sit, efficitur, epitomen fuisse iam saeculo nono. Accedit epitomes brevissimum excerptum in codice Barocciano z (cf. Dindorf. p. XVI) servatum. Alii vero grammatici et lexicographi, quorum in operibus sunt glossae Harpocrationeae, eas sumpserunt ex Suida, alii, qui fortasse ipsam epitomen inspexerunt, tam paucas eius glossas exhibent, ut ex eis prorsus nil colligere liceat de auctoritate eius, quem in usum vocaverunt, codicis. Quod cadit etiam in excerptum Baroccianum, cuius scripturae differentia nullius est momenti, ita ut Dindorfius neglegere eam potuerit. Qua de causa hos libros in epitomes scriptura genuina constituenda praetermisi.

Primum igitur, quae ratio intercedat inter codices, quaerendum videtur. Atque hoc quidem constat, duo esse horum librorum genera, quorum unum solo cod. D efficitur, alterum omnes reliquos complectitur. Si enim cum his comparamus codicem D, invenimus eum non modo saepissime solum habere lectionem genuinam aut eam, quae a vera proxime abest, verum etiam praebere glossas nonnullas uberiores, quam ceteros, quin etiam

[1]) In Bekkeri anecd. graec. I, p. 321 sq., totum lexicon in Bachmanni anecd. gr. I, p. 3 sq.

tres, quae in eis omnino desunt (ἀποικία. γναφεύς. διωμοσία). Additamenta autem inveni in hisce glossis: ἀκινάκης. Ἄκη. ἄκριτος. ἀκροᾶσθαι. Ἀκτή. ἀναίνεσθαι. ἀναιρεθείς. Ἀνακαίασιν. Ἀνάκειον. ἀνάκρισις. ἄνακτες καὶ ἄνασσαι. ἀνεκόπτευτος. ἀπόμισθοι. ἀπογραφή. ἀποστροφήν. ἀπρόσκλητον. Γαληψός. γαμηλία[1]). δεκατηλόγους. ἐλαφροτάτους. ἐλεοκόπων. ἐπιβάτης. Εὐμενίδες. θεωρικά. ὀργάς. ὑποκυδεῖς γὰρ κτλ. (in his glossis adduntur scriptorum testimonia). ἀνακαλυπτήρια. ἄνακτες καὶ ἄνασσαι. ἀπογραφή. ἀρκτεῦσαι. Δάμων. λαμπάς. μαλκίομεν (in his glossis ipsa interpretatio suppletur).

Quibus in glossis enumerandis omnes eas praetermisi, in quibus additamenta inveniuntur, quae ex ipsius librarii alicuius ingenio fluxisse possunt; velut s. v. Ἄνθεια legimus in D καὶ Ἄνθεια, in ceteris codd. Ἄνθεια; s. v. δερματικόν codex D addit verba, quibus carere possumus: δερματικὸν προσηγορευσεν. Quibus glossis multas adiungere possum, eas praecipue, in quibus voculae quaedam, velut καί, τε, μέν, δέ vel articulus addita sunt.

Ut igitur nonnulla supplementa ab ipsis librariis profecta possunt esse, ita alia debent ex libro aliquo sumpta esse. An putas, ubi glossae auctae sint testimoniis scriptorum, haec ex sua memoria librarium illum adscripsisse, praesertim cum in illis glossis nonnulla opera nominentur, quae iam pridem evanuerant, cum hic codex scribebatur velut in glossa Ἄκη (addit. Νικάνωρ ὁ περὶ μετονομασιῶν γεγραφὼς καὶ Καλλίμαχος), s. v. Ἀκτή (addit. Ὑπερείδης ἐν τῷ περὶ Ταρίχους), s. v. ἀκινάκης (addit. Ἀναξιμένης ἐν α' τῶν περὶ Ἀλέξανδρον), s. v. Ἀνακαίασιν (addit. Ἰσαῖος ἐν τῷ κατὰ Διοκλέους), s. v.

[1]) Non satis dilucida sunt, quae Dindorfius de hac glossa adnotat. Cum enim secundum adnotationem, quae ad solam epitomen pertinet, in omnibus epitomes codicibus glossa legatur hoc modo contracta: Γαμηλία· ἡ διδομένη τοῖς φράτορσιν ἐπὶ γάμοις· ἢ τῶν γυναικῶν ἡ εἰς τοὺς φράτορας εἰσαγωγή· οὕτω Δίδυμος ὁ γραμματικός, in eis, quae de recensionis plenioris scriptura dicta sunt, legimus: 'γαμηλίαν τὴν D τὴν γαμηλίαν A B C L Ald.' Quae eadem quoniam exstant apud Bekkerum, in cod. D haec glossa non ita contracta potest esse, ut in ceteris epitomes libris.

ἀνάκρισις (addit. *Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ἀριστόδημον*), s. v. *ἀπρόσκλητον* (addit. *Ὑπερείδης ἐν τῷ κατ' Ἀθηνογένους β'*), s. v. *ἀκροᾶσθαι* (addit. *Ἀντιφῶν ἐν τῷ κατὰ Φιλίνου*), s. v. *ἀνεκκόπτευτος* (addit. *Ὑπερείδης ἐν τῷ ὑπὲρ Φρύνης*).

Qui autem erat hic fons? Atque Dindorfius quidem de codice Parisino haec facit verba (p. XVIII): 'Manifestum est codicem Parisinum, quamvis aetate longe inferior sit non solum codicibus a Photio et Suida usurpatis, sed etiam Palatino, nihilominus aliquanto propius quam illos abesse ab genuina epitomes conformatione, etsi ne ipse quidem epitomen plane talem, qualis ab auctore edita sit, repraesentare, sed ex integriore et antiquiore codice originem ducere videatur ab librariis iterum iterumque descripto non sine multis vel erroribus vel omissis'. Atque sic, ut Dindorfius, primo quisque aspectu indicabit, aliter fortasse is, qui diligentius rem tractaverit, quod nunc facere iuvat.

Atque si haec verba, quibus cod. D ceteris praestat, non modo ab epitomatore in breviorem nostram recensionem recepta sunt, verum etiam directa via in codicem D pervenerunt, i. e. si ei, qui codicem D vel proavum eius exaravit, unus tantum codex praesto erat, quem describeret, altero epitomes vel operis plenioris libro ad supplendum et corrigendum non usurpato, necesse est, omnes ceteros epitomes libros recedere ad unum codicem e, cuius librarius illa verba in uno codice D exstantia omiserit, hunc autem codicem e longius afuisse a communi omnium epitomes librorum archetypo, quam Parisinum, quippe in quo illa verba non desint. Ex qua ratione, si vera est, consequitur primum, omnes epitomes codices inter se magis affines esse, quam Parisino, deinde autem, quaecunque corruptelae, in quas non complures librarii incidere potuerint, exstent et in D et in uno alterius generis codice, eas iam in archetypo fuisse, eos autem epitomes codices, qui genuinam illis locis praebeant scripturam, ibi correctos esse ab homine aliquo docto. Quam ad rem examinandam necesse est quaerere, cui quisque codex simillimus sit.

Ac primum videamus, quae ratio intercedat inter codices E et T.

Atque iam Dindorfius (p. XVI) recte de hac re iudicavit, cum haec verba fecit: 'libro Palatino adeo omni ex parte simi-

lis est, ut descriptus ex ipso videatur, codex T.' Primum enim, ubicunque lectio codicis E depravata est, candem corruptelam exhibet Leidensis. Pauca sufficiet exempla afferre: eligam autem locos, ubi lectio horum codicum omnibus libris et operis plenioris et epitomes opposita est:

s. v.	vitiose legitur	pro
ἀπροστασίου	προστατεῖν	προστάτην
Γαληψός	Θάψου	Θάσου
διαιτηταί	πλείστης	πίστεις
ἡλιαία καὶ ἡλίασις	συνιέσι	συνίασι
ορκάνη	ἐν μασίαις	αἱμασιάς

Ubicunque autem lectio codicis T discrepat ab E, ibi certe corrupta est. Sic in uno cod. T

s. v.	vitiose legitur	pro
αὐτόχθονες	ἐπίλυδας	ἐπήλυδας
γεννῆται	διήρουντο	διήρηντο
Γλαῦκος	καὶ ῥύστιος	Καρύστιος
ἐκλάζετε	ἐκλώξετε	ἐκλάζετε
Ἐλευθέριος Ζεύς	Ἐλευθερίοις	Ἐλευθέριος
ἕνη καὶ νέα	ἐν ῆ	ἕνη
ἐπίγυιον	πρυμνίσια	πρυμνήσια.

Unam tamen glossam inveni, quae huic codicum rationi videtur repugnare. Glossae enim ἄστικτον χωρίον lemma in plerisque eisque optimis libris operis plenioris depravatum est in ἀστικὸν χωρίον, cod. E et Suidas habent scripturam mutilatam ἀστ χωρίον, cod. T ἀστικὸν χωρίον cum lacuna sex circiter litterarum. Atque hoc quidem certum est, vocabulum totum ἀστικόν non posse sumptum esse ex codice E, nisi quis putat lacunam in E ortam esse, postquam cod. T descriptus sit. Quae opinio eo refellitur, quod iam Suidas in epitome hanc lacunam invenit suumque in lexicon transtulit. Ac ne illud quidem ex hac glossa colligi potest, codicem T derivatum esse ex eiusdem generis codice atque D. Primum enim in codice D recte legimus ἄστικτον, non ἀστικόν, deinde hoc unum exemplum non sufficeret ad talem inter D et T rationem

statuendam. Restat igitur, ut *ἀστικίν* correcturam esse librarii ducamus. Quae sententia firmatur etiam eo, quod post *ἀστικόν* lacuna sex circiter litterarum est, id quod vix explicari potest, nisi librarium lacunam hoc codicis sui loco invenisse statuimus. Quae cum ita sint, rectius fortasse rationem inter E et T codd. exstantem sic definiemus: secundum E factum est apographum, quod ipsum quoque in textu exhibebat: *ἀστ . . . . . . χωρίον*, cuius tamen in margine adscriptum erat *ἀστικόν*. Quae forma deinde in codice T, qui ex hoc apographo describebatur, in textum recepta est retenta tamen illa lacuna, qua librarius indicare voluit, dubium esse hunc locum.

Hoc autem demonstrato, codicem T ex E derivatum esse, illud assecuti sumus, ut plane neglegere possimus codicem Leidensem in eis quae sequuntur.

Proximum est, ut quaeramus, quae ratio intercedat inter codicem epitomes, quo usus est Photius, et eum, quem Suidas usurpavit. Atque si vera est sententia eorum virorum doctorum, qui putant Suidam non ipsam epitomen inspexisse, sed quaecunque glossae Harpocrationeae apud eum inveniantur, has sumptas esse ex lexico Photii, multo difficilius est indicare, quaenam fuerit auctoritas et origo codicis Photii, quia, ubi solus Suidas rectam exhibet lectionem, non certo definire possumus, utrum haec fluxerit ex ipsa epitome an ex Photii an ex Suidae ingenio. Quoniam autem ad hanc quaestionem diiudicandam necessarium est, non modo scripturam, sed etiam totam utriusque lexici compositionem accurate inter se comparare, quod a proposito meo longe aberat, hoc in medio mihi relinquendum erat, nisi hoc ipso tempore dissertatio a P. Roelligio[1]) conscripta in lucem esset prolata, qua omnes de hac re dubitationes remotae sunt. Gravissimis enim argumentis demonstrat Roelligius Suidam non ipsum Photium in usum vocasse; glossas igitur epitomes, quae sint apud Suidam, ex ipsius epitomes codice depromptas esse.

Quaenam igitur est ratio, quae inter Photium et Suidam exstat in glossis epitomes? Atque priusquam ad hanc rem expediendam progrediamur, breviter exponendum est, qua ratione

---

[1]) Quae ratio inter Photii et Suidae lexica intercedat, diss. Hal. 1886.

utamur eis locis, ubi codices Suidae discrepant inter se in lectione. Quoniam enim nondum constat, quomodo inter se cognati sint libri Suidae, saepissime in dubio haerebimus, quinam codex servaverit eam scripturam, quam ipse Suidas in suo epitomes exemplari invenit. Neque enim simpliciter dicere possumus, optimos Suidae codices verissimam illius epitomes libri speciem praebere. Quamobrem ita agemus in eis quae sequuntur, ut, ubi liber Suidae optimus — est autem Parisinus A — cum Photio aut cum lexico Segueriano sexto aut cum Palatino aut cum Parisino consentiat, hunc esse textum censeamus, quem ipse Suidas ex suo exemplari descripserit; contra ubi codd. deteriores cum uno ex ceteris epitomes libris congruant in tali lectione, quae a librario proficisci non potuerit, aut in tali corruptela, in quam non duo librarii devenire potuerint, ibi genuinam Suidae scripturam servatam esse iudicemus.

Multo simplicius res se habet in Photii lexico, cuius unus codex Galeanus respiciendus est.

Codicem epitomes Suidae similiorem fuisse codici Photii, quam codicibus D E, hoc sane luculenter apparet ex multis glossis, ubi Photius et Suidas consentiunt inter se contra ceteros epitomes libros. Cuius rei exempla non eas glossas afferre licet, quae apud utrumque lexicographum desiderantur, quia ex multitudine harum glossarum, quae apud unum vel alterum desunt, dilucide apparet, non omnes glossas in opera sua recipere voluisse Photium et Suidam. Praeterea suspicandum est hic illic librariorum culpa postea nonnulla excidisse. Contra eae lacunae vel ea additamenta, quae intra ipsas glossas nobis occurrunt, originem habent in codicum epitomes condicione. Velut glossam *Θεογείτων* Photius et Suidas eodem modo in brevius redactam exhibent; s. v. *Ἰσαῖος* uterque omittit verba *καθά φησι — μαθητῶν*; s. v. *Λητή* apud utrumque excidit v. *πόλις* et s. v. *Λοιδίας* vv. *ἐν τῷ παραπρεσβείας* desunt; s. v. *μεῖον καὶ μειαγωγός* exstat apud Photium *δεῖος*, apud Suidam *δεῖ ὅς* vitiose scriptum pro *δεῖν*; s. v. *Οἶον* post *Δεκελεικόν* additum est *Οἶον*; s. v. *Τῆτες* additum est *ἐπ' ἔτος*; s. v. *ὑπονομεύοντες* vox *Καλλίππου* corrupta est in *Καλλίστου*; glossa *φαρμακός* cum sequenti glossa *φαρμακῶντα* coniuncta est; glossa vero *Φηγούσιον* ita distracta, ut poste-

riorem partem: *Φηγοῦς δῆμος Ἐρεχθηίδος* priore loco legamus, deinde sequantur verba: *Φηγούσιον· Λυσίας ἐν τῷ περὶ βατράχων φόνῳ*. Multo autem maior est numerus eorum locorum, ubi Photius et Suidas minutis in rebus inter se congruunt, qui quamquam per se non magni momenti sunt, quia complures librarii saepe casu in eadem re errare potuerunt, tamen propter magnum codicum in rebus gravibus consensum nobis persuadent, exemplum Photii simillimum fuisse Suidae libro. Cf. glossas: *Ἐρυθραῖοι. Ἐρχιᾶθεν. ἑταιρεία. εὐηνιώτατα. Εὐμενίδες. ἐφ' ἱερόν. Ζεῦξις. Ἡγήσιππος. ἠκρωτηριασμένος. θέσθαι. θίασος. Θυργωνίδαι. ἰσοτελής. κελέοντες. Κρώβυλος. μαστῆρες. μεταπύργιον. ναύκληρος. Οἰνηίς. ὀχεῖον. παραγραφή. πεδιακά. περίστασιν. πινάκια. πώμαλα. σύλας. τοὺς ἑτέρους κτλ.*

Derivati igitur sunt codices epitomes, quibus Photius et Suidas utebantur, e libro, e quo pendet neque Parisinus neque Palatinus.

Sequitur, ut rationem, quae est inter lexicon Seguerianum sextum et Photium Suidamque indagemus. Atque cum lexici Photii fere tota littera *A* perierit, auctor autem lexici Segueriani in unam litteram *A* glossas epitomes receperit, quae ratio intercedat inter Photium et hoc lexicon, non directa via reperire possumus. Sed quoniam Photii et Suidae codices simillimos inter se fuisse cognovimus, quod de lexici Segueriani et Suidae cognatione inveniemus, idem pertinere ad Photii opus haud falso suspicabimur. Saepius autem lexicon Seguerianum cum Suida congruit contra codd. D E. Sic duo illa lexica s. v. *ἀρρηφορεῖν* exhibent *περὶ αὐτήν* pro *περὶ αὐτόν*, s. v. *ἀστράβη*: *οἱ ἄνθρωποι* pro *ἄνθρωποι*, s. v. *ἀφεὶς καὶ ἀπαλλάξας* apud utrumque post *ἀπολύσῃ τις* deest *τινα*. Unum exemplum addere velim, quod exstat s. v. *Ἀλκέτας*. Ibi enim cod. Seguerianus pro *ὑποστράτηγος* praebet falsam scripturam *ἱπποστράτηγος*. Atque quamquam nunc in Suidae libris recte legimus *ὑποστράτηγος* s. v. *Ἀλκέτας*, tamen Suidam in epitomes codice legisse, sicut auctorem lexici Segueriani, *ἱπποστράτηγος* apparet ex glossa Suidae *ἱπποστράτηγος*, sub qua voce repetuntur, quae exstant s. v. *Ἀλκέτας*. Suidas igitur ex hac glossa novam finxit lemmate tantum mutato. Quod non *ὑπο-*

στράτηγος, sed *ἱπποστράτηγος* fuisse docet series litterarum. Ergo priore loco correctura statuenda est librarii alicuius posterioris, quod saepe apud Suidam nobis occurret. Quibus in exemplis omnibus cum lectio codicum D E eadem sit atque operis amplioris, hanc fuisse in communi epitomes et recensionis plenioris fonte efficitur, nisi forte sunt, qui dicant vitia illa in lexico Segueriano et apud Suidam exstantia in codicibus D E postea correcta esse. Quibus illud oppono, eiusmodi esse corruptelas illas, ut non facile a librariis animadverti potuerint. Demonstravimus igitur, eos epitomes codices, quibus utebantur auctor lexici Segueriani et Suidas, manasse ex libro epitomes, a quo neque D neque E originem duxit. Quoniam autem eandem rationem Photium et Suidam inter se habere vidimus, etiam Photii codicem quasi fratrem fuisse eius, qui in lexico Segueriano condendo adhibitus est, conicere debemus.

Atque quod vel ex eis, quae antecedunt, consequebatur, Parisinum et Palatinum magis esse inter se cognatos, quam illis tribus codicibus, confirmatur multis locis, ubi illi meliorem praebent scripturam quam D E. Sed quia saepissime librarii, ubi depravatam inveniebant scripturam, hanc aut ex suo ingenio aut ex alio fonte corrigebant, illae glossae solae valebunt ad sententiam nostram comprobandam, in quibus lectio D et E codicum, quamquam a genuina paulo recedit, tamen non tantopere est corrupta, ut librarios in ea haesisse putandum sit. Velut si in glossis *Ἕρμος, Καρύανδα* in codd. D E *Ἑρμός* falso scriptum est pro *Ἕρμος, Καροιάνδα* pro *Καρύανδα,* haec vitia a nullo librario animadversa esse concedes. Sed, quia in accentibus enotandis multum casui tribuere debemus, alia eaque graviora exempla afferam: s. v. *περίοδος* codd. D E *ἐπιγιγνόμενα* falso exhibent pro *ἘΠΙΤΕΙΝΟΜΕΝΑ,* apud Photium vero et Suidam et in omnibus recensionis plenioris libris exstat *ΕΠΙΓΙΝΟΜΕΝΑ,* quod a genuina scriptura propius abesse nemo est quin intellegat. Neque quisquam contendet, librarium aliquem secundum operis amplioris librum scripsisse *ἐπιγινόμενα* pro *ἐπιγιγνόμενα.* Deinde lege quaeso glossam *οὐσίας δίκη,* ubi Photius et Suidas cum recensione pleniore recte habent haec: *ἡ δὲ προτέρα ἦν τῶν μὲν οἰκιῶν ἐνοικίου,* codd. vero D E eadem verba praebent, sed hoc ordine scripta: *ἡ δὲ προ-*

τέρα τῶν μὲν οἰκιῶν ἦν ἐνοικίου. Num putas in hoc verborum ordine quemquam offensurum fuisse, si apud Photium aut Suidam eum invenisset? Aliae glossae, in quibus duo hi lexicographi cum opere maiore contra codd. D E consentiunt minutis in rebus, sunt hae:

s. v. σύμβολα. Ph. Sd. ἐν τῷ ζ, D E ἐν τῷ ιζ.

s. v. εὐηνιώτατα. Ph. Sd. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ κτλ., D E ἡ μεταφορὰ δὲ ἀπό.

s. v. μεῖον καὶ μειαγωγός. Ph. Sd. Ἀπολλόδωρος, D E Ἀπολλόδωρος δέ.

s. v. ναύκληρος. Ph. Sd. ἐπὶ τῷ — ἐκλέγειν, D E ἐπὶ τὸ — ἐκλέγειν.

Eiusmodi autem vitia, quae, quamquam non levia sunt, tamen eum effugere debuerunt, qui linguae Graecae non esset peritior, indagavi in hisce glossis:

s. v. ἀσυνθετώτατον. Sd. lex. Sg. recte ἀσυνετώτατον, D E ἀσυνδετώτατον.


s. v. παραγραφή desunt in D E vv. ὅπερ ἐστὶ περιγεγραμμένον, exstant apud Ph. Sd.

s. v. λέσχαι. Ph. Sd. recte Κλεάνθης, D E καὶ Λεάνθης.

s. v. παραβάλοιτο. Ph. Sd. recte παραβάλοιτο, D E παρακαταβάλοιτο.

s. v. πωλάς. Ph. Sd. recte Σώφρονος, D E σώφροσιν.

Quibus exemplis demonstravisse mihi videor codd. D E manasse ex archetypo, ex quo pendet neque Photius neque Suidas neque is codex, quem auctor lexici Segueriani adhibuit. Quod si concedimus, nil impedit, quin etiam multis aliis locis, ubi D E turpiter depravati sunt, Photius et Suidas veram exhibent scripturam, hanc non correctori tribuendam esse censeamus, sed meliori horum lexicorum deberi condicioni. Quae cum ita sint, non propius a communi omnium epitomes librorum fonte potest abesse codex D, quam ceteri. Quod magis apparet, si rationem, quam epitomes codices inter se habere docuimus, hoc stemmate illustramus



Ex hac autem ratione necessario consequitur, additamenta codicis D non esse sumpta ex eo epitomes libro, cuius totus codex D est apographum, sed ex alio fonte illata. Atque quod ex codicum ratione efficiebatur, id verum esse ipso additamentorum habitu evincitur.

Primum enim in nonnullis glossis supplementa non suo loco videntur inserta esse; velut s. v. *ἀνακαλυπτήρια* verba *παρ' ἡμῖν δὲ λεγόμενα θεώρετρα* in D prorsus inepte collocata sunt post *φίλων,* rectius in recensione pleniore in fine totius glossae. Item in gl. *ὅτι οἱ ἁλόντες κτλ.* libri operis amplioris exhibent *φρόντονα* vel *φρόντωνα* vel *φόρτωνα* post *φόνῳ,* in D vero legimus *φρόντωνα* post *τῶν ἰδίων.* Quidquid autem in hoc vocabulo corrupto latet — de huius enim loci emendatione infra dicemus —, certe inest accusativus, quem aptius post *φόνῳ* poni, quam post *ἰδίων* nemo negabit. Item s. v. *Ἀκτή* verba, quibus cod. D auctus est *ὡς Ὑπερίδης ἐν τῷ περὶ ταρίχους* rectius collocantur post vv. *μοῖρα τῆς Ἀττικῆς,* ubi habet opus amplius. Luculentissimum vero huius generis exemplum est glossa *Δάμων.* In recensione enim maiore legimus s. v. *Δάειρα: ὄνομα κύριον,* s. v. *Δάμων: ὄνομα κύριον, διδάσκαλος Περικλέους.* Quas duas glossas satis tenues epitomator ita coniunxit, ut scriberet verbis *διδάσκαλος Περικλέους* omissis: *Δάειρα καὶ Δάμων· ὀνόματα κύρια.* Haec exstant in cod. E, Suidas autem nomina denuo segregavit, cum secundum seriem litterarum complures ei glossae interponendae essent, quod idem fecit in gl. *Γύλιππος* et *Γύλων.* Quare nil obstat, quin iudicemus, etiam Suidam in suo epitomes exemplo legisse: *Δάειρα καὶ Δάμων· ὀνόματα κύρια.* Haec eadem verba exhibet cod. D, sed post *ὀνόματα κύρια* addit: *ὡς καὶ Περικλέ-*

ους διδάσκαλος. Unde habet hoc additamentum? ex epitomes codice? minime. Certe enim is, qui has duas glossas ita, ut nunc eas legimus, coniunxit, neglegere debuit verba διδάσκαλος Περικλέους, sive fuerit ipse epitomator sive librarius aliquis posterior. Ipsum autem epitomatorem hoc fecisse propterea verisimile mihi videtur esse, quia iam Suidas, quamquam has duas glossas praebet segregatas, tamen post Δάμων nil scribit nisi ὄνομα κύριον. Fortasse autem ea re adductus est epitomator, ut vv. διδάσκαλος Περικλέους praetermitteret, quod haec verba in codice suo coniuncta esse videbat cum sequenti lemmate Δάοχος. Cuius rei vestigium remansit in codd. A B C I, ubi scriptum est: διδάσκαλος Περικλέους διάδοχος.

His igitur quattuor locis verba, quibus D auctus est, a librario in margine vel supra versum videntur adscripta, deinde loco non satis apto in textum recepta esse.

Alterum autem argumentum, quo supplementa illa a librario esse adiecta monstratur, inde petendum est, quod glossae illae codicis D uberiores non paribus, ut ita dicam, intervallis per totum librum sunt dispersae, sed, ubi una talis glossa est, ibidem plerumque etiam plures nobis occurunt. Sic series talium glossarum: ἀκινάκης, Ἄκη, ἄκριτος, ἀκροᾶσθαι, Ἀκτή una glossa ἀκμάζεις interrumpitur; deinde legimus deinceps glossas: ἀναιρεθείς, ἀναίνεσθαι, Ἀνακαίασιν, ἀνακαλυπτήρια, Ἀνάκειον, ἀνάκρισις, ἄνακτες καὶ ἄνασσαι, deinde ἀποδιδόμενοι, ἀποικία, deinde Γαληψός, Γαμηλία, deinde ἐλαφροτάτους, ἐλεοκόπων. Reliquae eiusmodi glossae singulae nobis occurunt.

Atque si harum glossarum additamenta non in codicem D postea illata essent a librario, sed in ceteris epitomes libris omissa neglegentia librariorum, hi loci pari modo per totum lexicon essent distributi. Sin autem consulto librarius aliquis epitomes glossas breviores reddidit, eum eandem rationem toto libro secuturum, non singulas paginas sibi electurum fuisse puto, nisi forte censendum est, subito furore eum impulsum esse, ut in continuam glossarum seriem saeviret, deinde, ubi furor sedatus esset, integras descripsisse glossas. Contra non mira res est, si alium librum ab eo, qui codicem D exaravit, inspectum esse iudicamus. Ita enim res se haberet: descripsit librarius co-

dicem epitomes ex alio codice, qui ipse quoque hanc recensionem continebat. Ubi autem huius libri litteras non iam legere poterat, fortasse quia vetustate evanuerant, vel quia blattarum morsu deletae erant, aliunde has lacunas explevit, neque tamen ita, ut supplementa in margine adscriberet, sed ut totas glossas ex altero fonte in suum chirographum transferret. Duo igitur habemus genera additamentorum, unum eorum, quae statim in textum recepta sunt, alterum eorum, quae primo in margine vel supra textum exstabant, cuius generis exempla sunt glossae *Ἀκτή. ἀνακαλυπτήρια. Δάμων. ὅτι οἱ ἁλόντες κτλ.*

Neque vero, quin haec omnia ab uno eodemque homine sint adiecta, dubitari potest. Primum enim ex uno fonte fluxerunt, ut paulo infra demonstrabimus, deinde autem ne mirum quidem est, quod tam diverse egit in hac re corrector. Quibus enim locis litterae prorsus perierant, supplementa ex altero libro deprompta statim epitomes verbis inserebat, item, ubi singula verba ei corrupta videbantur esse, pro eis scribebat ea, quae illic exstabant; interdum autem factum est, ut eadem glossa, quam e codice deteriore iam transscripserat, perlecta in altero codice additamenta inde petita in margine vel supra versum apponeret.

Neque vero ipsum codicem D ab homine illo ex duobus codicibus quasi consutum esse, sed proavum eius, quem brevitatis causa littera d noto, tres mihi causae persuadent. Primum enim Parisinus D, quia exeunte demum saeculo quinto decimo exaratus est, recentior est omnibus non modo epitomes, verum etiam lexici maioris libris. Eum autem codicem, qui suppeditabat librario illa additamenta, etiam tunc fuisse, cum nullum eius vestigium supersit, haud ita probabile videtur. Deinde, quoniam ex ea re, quod nonnulla additamenta non suo loco in textu inveniuntur, nobis colligendum erat, ea adscripta esse primo in margine, in codice D autem ipsi textui sunt inserta, non in hoc libro correctoris manus grassata est, sed in eius fonte. Postremo vero tam neglegenter scriptus est codex D, totque glossae eius sunt mutilae[1]), vix ut intellegere possimus, cur ille corrector,

[1]) Cf. glossas *ἀναγκαῖον. ἀνάκρισις. ἀνεπόπτευτος. ἀφανὴς οὐσία. αὖ. αὐτολήκυθοι. βουλεύσεως. δατεῖσθαι. δειπνοφόρος. διὰ μέσου τεῖχος. διασκευάσασθαι. εἰςαγγε-*

quippe qui tot lacunas expleverit, tot vitia sustulerit. detrimenta, quae nunc sunt in Parisino, non resarserit. Quae cum ita sint, neque primus sui generis est cod. D neque apographum ipsius archetypi — nam tot corruptelas non uni librario, ne neglegentissimo quidem, tribuere licet —, sed per seriem quandam apographorum ab illo derivatus.

Age iam quaeramus, quinam fuerit alter ille fons. Atque codicem epitomes vetustiorem atque integriorem a librario adhibitum esse ad suum exemplar augendum, non credibile est: nam primum codices, quibus utebantur auctor lexici Segueriani. Photius. Suidas, satis declarant, epitomes condicionem iam antiquissimis temporibus nisi minutis in rebus ab ea, quae nunc est, non discrepuisse; deinde vero inter eas glossas, quas in Parisino copiosiores legimus, nonnullae tam longae sunt bonaeque doctrinae plenae, ut eas ab epitomatore non esse in brevius redactas veri dissimile sit, velut gl. ἄνακτες καὶ ἄνασσαι. ἀνεπόπτευτος. λαμπάς.

Quoniam autem omnia fere additamenta leguntur etiam in opere pleniore, eum codicem, quem in usum vocavit librarius ille, magis cognatum fuisse recensioni ampliori quam epitomae statuendum est. Cum hac re optime congruit, quod locis nonnullis in codice D eaedem inveniuntur corruptelae atque in lexico maiore. Velut s. v. παράστασις in E et apud Photium legimus . . . . φίον, litteris nonnullis in lacuna omissis, pro ἀγραφίον, D vero et recensionis plenioris libri praebent lectionem ἀργυρίον, quod nil est nisi prava coniectura. Quoniam autem scriptura epitomes . . . . φίον propius accedit ad genuinam formam quam D et lexicon amplius, hoc ipsum epitomatorem legisse manifestum est. Quod si exstat in codice D ἀργυρίον, hoc ex libro sumptum debet esse, qui simillimus erat operis amplioris codicibus, quia haec eadem coniectura a duobus librariis vix fieri potuit. Alterum exemplum afferre mihi liceat. S. v. πέλανος exstat in Harpocratione maiore et cod. D πάλης, in E et apud Photium πεπάλης, utrumque corruptum ex παιπάλης. Atque hic quoque perspicuum est, fidelius ab epitomatore formam genuinam servatam esse quam in opere ple-

---

λία. ἐκ περιουσίας. Ἐλευθέριος Ζεύς. ἕνη καὶ νέα. μελίνη. ὀρχήστρα. πέλανος. πολέμαρχος. Τριτοπάτορες. Φιλίνιος.

niore, neque minus manifestum est, quod legatur in D πάλης, hoc sumptum esse a librario ex altero fonte. Atque has corruptelas non vice versa ex codice d, Parisini proavo, in recensionem ampliorem irrepsisse satis superque demonstratur glossa *Δάμων*, de qua supra diximus.

Quaeritur, num fortasse unus ex nostris amplioris recensionis libris a librario illo usurpatus sit. Quod negare non possumus, si eae lectiones vel genuinae vel depravatae, quae sine dubio a correctore in Parisinum illatae sunt, ad unam omnes inveniuntur in uno ex nostris huius recensionis libris. Quamobrem gravissimas ex eiusmodi lectionibus, quae secundum Dindorfium quidem non in omnibus recensionis plenioris codicibus exstant, hic enumerabo.

1. s. v. ἀπογραφή: ὁ ἐγκαλούμενος D F M N, ὁ ^ἐγ^καλούμενος B, ὁ ἐναγόμενος epitome.

2. s. v. ἀποτειχίσαι: τείχη D A B C N, τειχίον epit.

3. s. v. ἀργυριοθήκη: ἀργυροθήκη D A M, ἀργυρὶς θήκη epit.[1])

4. s. v. Δάοχος: διάδοχος D A B C I, Δάοχος epit.

5. s. v. διοπεύων: δίοπτος D B C G, δίοπος epit.

6. s. v. εἰςαγγελία: δεχομένοις A, ἐπιδεχομένοις ceteri recensionis plenioris codices, ἐπιδεχόμενος D, καταδεχομένοις epitome.

7. s. v. ἐκκλητεύειν: ἐπ' ἀνάγκας A, ἐπὶ ἀνάγκαις D, ἐπάναγκες epit.

8. s. v. Εὐνεῖδαι: ἱεραρχίας D Ald., ἱερουργίας epit.

9. s. v. παλίμβολον: ἐπεμβολῇ D Ald., ἐπεμπολλῇ vel (Phot.) ἐπ' ἐμπολῇ epit.

10. s. v. Πορθμός: Πορθμεύς D Ald., Πορθμός epit.

11. s. v. στρατεία κτλ.: ἔτει δεδεικτικῶς D B, ἔτει δὲ δεικτικῶς A C, ἔτει δεδεικτικώς G, ἐπιδεδημικώς vel ἐπιδεδημηκώς epit.

12. s. v. τετρυπημένη post πλήρεις (lin. 8) in D A B C leguntur verba: μήτε ταύτῃ (ταῦτα A) ὑπομείνας.

13. s. v. ἀναιρεθείς: στραφείς D B F Ald., τραφείς epit.

---

[1]) Secundum Dindorfium epitome praebet ἀγυρὶς θήκη, quod vitium typothetae videtur esse.

Inter quae exempla quanquam nonnulla fortasse minus habent auctoritatis, quia librarius codicis D et alius librarius in eandem lectionem casu incidere potuerunt, tamen satis multae relinquuntur (1. 2. 4. 6. 9. 11. 12), quibus demonstratur, lectiones illas ab epitome diversas non omnes in uno eodemque operis amplioris codice coniunctas esse, sed per plures libros dispersas, per A B C F I M N, inter quos tamen cod. A vel plurimas ex illis exhibet.

Quoniam autem a correctore codicis d complures simul lexici maioris codices inspectos esse veri est dissimile, censebimus adhibitum esse ab eo eiusmodi codicem, in quo omnes illae lectiones exstarent, i. e. eum, ex quo omnes nostri recensionis plenioris libri derivati sunt vel huius archetypi gemellum. Fidelissime igitur cod. A scripturam archetypi servavit, reliquorum librarii saepius, ubi locus vitiose scriptus eis occurrebat, eum corrigere studebant. Neque ullo ex eis locis, quibus D et altera pars codicum lexici maioris depravatam praebent lectionem, altera pars genuinam, corruptela tanta est, quae non corrigi potuerit a librario Graecae linguae non prorsus inscio.

Atque cum eo, quod collegimus de hoc codice lexici maiore deperdito, optime congruit, quod nonnulla additamenta Parisini in nostris libris omnino desunt, quas glossas nunc enumerabo: *ἀκινάκης. Ἀνακαίασιν. ἀνάκρισις. ἄνακτες καὶ ἄνασσαι. Γαληψός. δεκατηλόγους.*

Bernhardyus[1]) quidem omnia additamenta, quae non invenimus in Harpocratione maiore, 'tutius esse censet' — haec enim verba eius sunt — 'ac probabilius, lexicis rhetoricis tribuere, quibus auctor epitomes ac passim lectores utebantur ad copiolas suas locupletandas, nisi quis manifestis rationibus ostenderit, ex antiquioribus et intactis exemplaribus ea fluxisse.'

Sed has rationes paulo altius repetere debemus. Nam cum non modo ea supplementa, quae solus habet cod. D, verum etiam ea, quibus omnes epitomes libri opere ampliore uberiores sunt, non esse interpolata demonstrandum sit, quae ratio inter utramque intercedat recensionem perquirere opus est. Atque utram-

---

[1]) Quaestionum de Harpocrationis aetate auctuarium, ind. lect. Hal. 1856, p. 9.

que inter se comparantibus nobis quaestio existit, utrum epitome excerpta sit ex nostra pleniore recensione an ex lexico, quod fidelius genuinam operis Harpocrationei formam servaverit. Illud quidem quominus existimemus primum videtur impedire vetustas epitomes. Mire enim accidit, quod codex Palatinus E multo antiquior est, quam omnes operis amplioris libri et quod, cum epitome fuerit iam temporibus Photii, i. e. saeculo nono, ei lexicographi et grammatici, qui lexicon maius in usum vocaverunt, aut recentiores sunt aut non multo vetustiores quam codex antiquissimus A, qui saeculo quarto decimo exaratus est. Adhibita autem est recensio plenior in lexico Vindobonensi, a Michaeli Apostolio paroemiographo, a Phavorino, in scholiis Bernardinis Aeschinis. — Deinde etiam illud videtur repugnare huic utriusque recensionis rationi, quod non paucas glossas epitome praebet uberiores quam codices operis amplioris.

At illi argumento recte obici potest, fortasse epitomen propter brevitatem tantopere lexicon maius submovisse, ut huius memoria omnino esset nulla, nisi saeculo quarto vel tertio decimo casu aliquo huius generis codex in lucem prolatus esset ex quo omnes nostri recensionis plenioris libri manarent. — Ac ne additamentis quidem probari potest, epitomen ex ampliore opere, quod nunc habemus, non fluxisse, nisi ea genuina esse demonstratum est. Atque si non sunt interpolata, existimandum est, recensione pleniore non eam lexici formam, quae ab ipso Harpocratione relicta sit, repraesentari. Quamobrem, si vice versa ex ipsius huius recensionis condicione consequetur, non ipsi Harpocrationi eam deberi, non mirabimur, quod epitome glossas nonnullas copiosiores exhibet.

Atque cum de hac quidem re inter omnes viros doctos consensus sit, opus amplius, quod nunc manu tenemus, a pristina lexici conformatione multum descivisse, nemo copiose docuit, quale fuerit antiquissimum hoc lexicon. Quod quanquam non prorsus restituere possumus, tamen ex singulis glossis colligere licet, qua ratione usus sit Harpocratio in opere suo condendo. Eas igitur glossas, quae huic rationi non respondebunt, mutatas esse recte coniciemus. Sed antequam ad rem ipsam adeamus, hoc praefari velim, non meum esse, singulas percurrere glossas neque omnes enumerare mutationes, quae enumerari

possunt: immo semper illud spectabo, cuius causa totam institui quaestionem. Demonstrare enim volui, genuina esse additamenta codicis D, quae in opere ampliore desiderantur.

Atque si habitum, quo nunc est recensio longior, accuratius examinamus, fugere nos non potest unamquamque glossam ab Harpocratione instructam esse testimonio eius oratoris, ex cuius opere lemma sumptum erat. Quod luculenter apparet ex eis glossis, quae de nominibus propriis compositae sunt. Saepissime enim, ubi lexicographus in oratoribus Atticis legendis complura simul nomina propria iuxta posita inveniebat, omnibus glossis, quas de singulis scripsit, addidit titulum orationis, ad quam lemma spectabat. Velut cum in Aeschinis oratione Timarchea legenda ad hunc locum (§ 52) pervenisset: *ὑπερβαίνων τούςδε τοὺς ἀγρίους, Κηδωνίδην καὶ Αὐτοκλείδην καὶ Θέρσανδρον,* hi homines digni ei videbantur, de quibus in singulis glossis plura afferret, quibus ex glossis unamquamque testimonio Aeschinis firmavit. Qua ratione effecit primum, ut in aliis lexicis volvendis ipse sine labore eas res, quae ad quemque locum interpretandum maxime essent idoneae, inveniret suumque in opus transferret, deinde, ut ei, qui hoc lexico uterentur, quo quaeque glossa spectaret, statim viderent. — Sed alia exempla afferam. Glossae *Πανδοσία, Βούχετα, Ἐλάτεια* omnes referendae sunt ad Pseudodem. 7, 32, ubi haec leguntur: *τὰς δ' ἐν Κασσωπίᾳ τρεῖς πόλεις, Πανδοσίαν καὶ Βούχετα καὶ Ἐλάτειαν.* Atque s. v. *Πανδοσία* exstat: *Δημοσθένης Φιλιππικοῖς,* s. v. *Βούχετα: Δημ. ἐν Φιλιππικῶν ζ',* s. v. *Ἐλάτεια: Δημ. ἐν ζ' Φιλιππικῶν.* Item legitur s. v. *Δρογγίλον: Δημ. Φιλιππικοῖς,* s. v. *Καβύλη: Δημ. ἐν η' Φιλιππικῶν,* s. v. *Μάστειρα: ἐν η' Φιλιππικῶν Δημ.* Quae tres glossae pertinent ad Dem. 8, 44. Item exstat s. v. *Τιλφώσσαιον: Δημ. κατ' Αἰσχίνου,* s. v. *Νεῶσι: Δημ. κατ' Αἰσχίνου,* s. v. *Ἡδύλειον: Δημ. ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου.* Quae tres glossae spectant ad Dem. 19, 148. Luculentissime vero apparet, veram esse sententiam meam, ex alio exemplo, quod, quia gravissimum est, extremo loco pono. Ubi enim Demosthenes in oratione de corona habita (§ 295) nomina eorum hominum enumerat, qui suam quisque patriam Philippo, Macedonum regi, prodiderant, ex his viginti septem nominibus duodecim elegit Harpocratio

de quibus glossas componeret, idque plerumque sic, ut ex singulis oppidis unum illorum proditorum sumeret. Quas glossas in eum ordinem redactas, quo apud Demosthenem disposita haec nomina leguntur, hic enumerabo apposito testimonio oratoris, ubi quidem nunc in recensione maiore exstat:

Δάοχος· Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος.
Κερκιδᾶς· Δημ. ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησ.
Μύρτις· " " " " "
Εὔξιθεος· " " " " "
Νέων· " " " " "
Ἐπιχάρης· " " " " "
Πτοιόδωρος· Δημοσθένης.
Ἕλιξος·
Περίλαος· Δημ. ὑπὲρ Κτησ.
Θεογείτων· Δημ. ἐν τῷ αὐτῷ.
Ἀνεμύτας· Δημ. ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησ.
Ἵππαρχος· " " " " "

Videmus igitur, ex his glossis octo praebere post lemma verba: *Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος,* duas *Δημ. ὑπὲρ Κτησ.,* unam solum Demosthenis nomen, unam etiam hoc carere.

Atque de hac quidem re mea quidem sententia dubitatio omnino esse non potest, quin ipse lexicographus omnibus illis glossis adiunxerit vv. *Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος,* quae in nonnullis glossis aut contractae sunt aut plane exciderunt librariorum culpa. Fortasse dicerem, ipsum Harpocrationem in enarrandis his nominibus a suo proposito descivisse, si huius ordinis, quem apud Demosthenem legimus quemque ipsum lexicographus sequebatur, ea nomina essent testimonio oratoris privata, quae extremo loco posita sunt, non, quae medium locum tenent. Nam cur Harpocratio has glossas aliter tractaverit atque ceteras, equidem causam video nullam. Atque si modo in tanta nominum serie unamquamque glossam auctoritate Demosthenis firmavit, quanto magis id fecisse eum putabimus, ubi unum vel pauca nomina propria ei occurrerent?

Quae cum ita sint, efficitur, in omnibus glossis, quibus de nominibus propriis agitur, Harpocrationem indicasse, quo quaeque pertineret. Quid? lexicographum nonne idem fecisse existi-

mandum est in eis glossis, quae erant de vocabulis difficilioribus minusque solitis? An non multo magis opus erat, in hisce notare locum, ex quo lemmata sumpta erant, quia saepissime, quonam sensu vocabula essent accipienda, cognosci non poterat nisi ex sententiarum conexu? Qua de causa etiam in omnibus ceteris glossis orationes esse laudatas mihi persuasi. Quam sententiam veram esse vel inde efficitur, quod inter eas glossas, quas opus amplius exhibet nomine oratorum orbatas — sunt autem centum viginti quattuor —, octoginta quinque sunt, quibus nomina propria, undequadraginta[1]), quibus voces rariores illustrantur. Ut autem reliquae glossae testimoniis oratorum instructae sunt, ita ne has quidem inter mille huiusmodi glossas eis caruisse censebimus. Neque audiendus est Bernhardyus, qui (p. 15) 'nil ad Harpocrationem pertinere putat, quae neque coniuncta sunt cum oratoriis litteris nec firmantur testimoniis et auctoritatibus doctis.' Quem recte refutavit Boysenus[2]), cum monet, multas orationes ab Harpocratione laudatas deperditas esse; quare eas glossas, quarum lemmata nostris in orationibus non reperiuntur, non ob id ipsum spurias esse ducendas.

In glossis vero non paucis, quae nomine tantum oratoris firmatae sunt, titulum orationis excidisse certis argumentis demonstrare licet. Velut s. v. *Ἐλευθέριος Ζεύς*, ubi post *Ὑπερείδης* verba eius citantur, etiam orationis, ex qua sumpta erant, a lexicographo mentionem factam esse manifestum est. Item s. v. *κατάστασις*, ubi Lysiae verba laudare necessarium duxit lexicographus, certe ipsa oratio commemorata erat.

Demonstravimus igitur Harpocrationem in omnibus glossis

---

1) *ἀδημονούσης. ἀδικίον. ἄιδρις. ἀετός. ἄκριτος. ἀκροᾶσθαι. ἀμβλωθρίδιον. ἀνακαλυπτήρια. ἀνάκρισις. ἄνακτες καὶ ἄνασσαι. ἀνεσκευάσαντο. ἀντωμοσία. ἀποδέκται. ἀπόληξις. ἀπομάττων. ἀπὸ μισθωμάτων. ἀποσάξαντα. ἀργυρῖτις κτλ. ἀργυρόπους δίφρος. ἀρετή. ἀρχὴν ἰᾶσθαι κτλ. ἀτεχνῶς. αὔλειος. ἀφορμή. βλιμάζειν. βολεῶνες. βωμολοχεύεσθαι. γεωφάνιον, γυλιός. Δαιδάλου ποιήματα. δεκατηλόγους. δευσοποιός. διαγραφή. εἰς ἓν ἦλθεν. ἐπαναφορά. θέτης. κιττοφόρος. κώδεια. σεμναὶ θεαί.*

2) C. Boysen, de Harpocrationis lexici fontibus. Diss. Kiel 1876. pag. 5.

indicasse, ad quam quaeque orationem esset referenda. Cui rationi cum non paucae glossae operis maioris repugnent, inde necessario consequitur, non fideliter esse servatam hac recensione genuinam lexici conformationem.

Ad eandem sententiam pervenimus, si nonnullas glossas huius recensionis comparamus cum eisdem glossis, quales exstant in epitome. Velut glossa *ἀλάστωρ* hoc modo legitur in epitome: *ὁ τοιαῦτα τολμήσας ὧν οὐκ* (sic recte D) *ἔστιν ἐπιλαθέσθαι κτλ.*, in opere ampliore sic: *οὗ μηδέποτ' ἂν τις ἐπιλάθοιτο.* Verba autem, quibus epitome copiosior est, *ὁ τοιαῦτα τολμήσας* genuina esse elucet ex glossa lexici Segueriani quinti[1]), quod vocant, cuius auctor eodem atque Harpocratio usus est fonte. Illic enim exstant p. 211, 18 haec: *Ἀλάστωρ· ὁ μεγάλα τετολμηκὼς ἀδικήματα, ὧν οὐκ ἂν ἐπιλάθοιτό τις, ἀλάστωρ καλεῖται.* Deinde s. v. *ἐσπαθᾶτο* praebet epitome haec verba, quae in altera recensione desunt: *ἢ τὸ ἐρρίπτετο ἢ διεκόπτετο. ἢ ἀντὶ τοῦ συνετίθετο, ἀπὸ τῆς τῶν ὑφαντῶν σπάθης, ᾗ τις συντίθησι τὰ ὑφαινόμενα.* Quae fere eadem leguntur in lexico Segueriano quinto (p. 256, 26): *Ἐσπαθᾶτο· ἐρριπτεῖτο καὶ διεκόπτετο, ἀπὸ τῆς σπίθης· οὕτω γὰρ τὴν μάχαιραν καλοῦσιν. ἢ ἀντὶ τοῦ συνετίθετο, ἀπὸ τῆς τῶν ὑφαντῶν σπάθης, ἥτις συντίθησι τὰ ὑφαινόμενα.* Quibus exemplis alia adiungere possum, sed eis, quae modo attuli, et eis, quae supra dixi de multis glossis testimoniis scriptorum destitutis, satis superque demonstrari puto, textum recensionis plenioris nonnullis locis longe recedere ab eo, qui ab ipso Harpocratione constitutus sit.

Quaeritur, cui omnes hae mutationes tribuendae sint. Num culpae complurium librariorum, qui dormitantes hic illic aliquid omiserunt? Sed quamquam in codicibus transscribendis nonnulla excidisse possunt neglegentia librariorum, tamen hac una re non satis excusaretur tot verborum detrimentum. Habemus enim normam quandam, secundum quam ratiocinari nobis licet, quot corruptelae librariorum socordia, non consilio, in Harpocrationis textu transscribendo ortae sint: dico recensionis plenioris codices. Qui cum non multum inter se differant codice

---

[1]) In Bekkeri anecd. graec. I p. 197—318.

Vratislaviensi C excepto, quem qui exaravit, plurima certe de consulto praetermisit, nisi per longissimam apographorum seriem haec recensio derivata est, haec tanta mutationum multitudo non potest librariorum incuria excusari. Atque quoniam nullum vestigium exstat, quo opus maius ante saeculum quartum decimum innotuisse fiat verisimile, ipse autem Anglicanus A, optimus et antiquissimus lexici integrioris liber manu scriptus, hoc saeculo scriptus est, non multum potest abesse ab omnium huius recensionis codicum archetypo.

Quae cum ita sint, ea condicio, qua nunc est lexicon Harpocrationeum, debetur uni homini docto, qui de consulto opus integrum, quod longius ei videbatur esse, resecando tenuius reddidit. Quod si concedimus, etiam multa alia huius recensionis vitia huius epitomatoris culpa orta esse iudicandum est, non temporis iniquitate, quanquam etiam huiusmodi corruptelae certe in textum irrepserunt.

Habemus igitur operis Harpocrationis genuini duas epitomas, unam breviorem, quae exstabat iam saeculo nono, alteram longiorem, quae ante saeculum quartum decimum in manibus hominum doctorum fuisse non videtur. Hoc igitur certum mihi videtur esse, epitomen breviorem non haustam esse ex longiore, sed reducendam esse ad exemplar lexici integrioris. Atque ubi a diversis librariis idem opus excerpitur, diversa ab eis eliguntur, quae retineant, diversa, quae praetermittant. Quamobrem epitomen, quam nunc vocamus, multis locis plura exhibere quam opus amplius, non mirum est, neque, ne haec additamenta postea interpolata sint, timendum, sed illud certe mirum esse deberet, si aliter res se haberet. Quare quaestio non ita instituenda est, ut vult Bernhardyus (cf. supra p. 22 sq.), sed hoc dicendum: nisi quis certis rationibus ostenderit, haec additamenta interpolata esse, fluxisse ea ex antiquioribus atque intactis exemplaribus censendum est. Non igitur, cum hoc contendo, omnino negaverim, epitomen esse spuriis supplementis auctam, sed illud dico, additamenta illa non ob id ipsum reicienda esse, quod non legantur in opere pleniore.

Restat igitur, ut quaeramus, num aliis de causis falso in in textum illata ea esse nobis putandum sit. Atque diversa sunt horum additamentorum genera. Primum enim in multis

glossis apponitur testimonium oratoris vel scriptoris. Tales autem glossas inveni hasce: *Ἀδράστειαν. ἀνάγειν. ἄξιοι. ἀπόκρισις. ἀπομάττων. ἀποκεφασμένον. ἀποσάξαντα. ἀρετή. ἀφεὶς καὶ ἀπαλλάξας. βάσανος. Βόθυνος. βολεῶνες. ἔκδοσις. κώδεια. νοθεία. παρουσία. σημεῖα. φάσκωλον.* Quae additamenta nullo modo possunt profecta esse ab epitomatore ipso. An eius erat, qui glossas paulo maiores atque copiosiores contraheret plerisque scriptorum nominibus privaret, volvere oratores Atticos vel lexica rhetorica, unde glossas Harpocrationeas suppleret? Minime. Ac ne a posteriore quidem librario illata sunt, cum nullam interpolationis speciem habeant, immo optime conveniunt cum epitomatoris ratione, qua in excerpendo utebatur.

Deinde in glossis nonnullis epitomes ipsa interpretatio, qualis exstat in recensione pleniore, suppletur. Atque Boysenus (p. 2), qui enumerat huiusmodi glossas has: *Ἀδράστειαν, Ἀλκέτας, Ἐλευσίνια, ἐξούλης, ἐπακτὸς ὅρκος, ἐχῖνος, ἱππάς, χρυσοχοεῖν, ἄνακτες καὶ ἄνασσαι, Αἰθαλίδαι, Θευδοσίαν,* omnibus his locis, si exceperis tres ultimos, additamenta ab ipso Harpocratione esse negat; quod in una glossa *Ἀδράστειαν* probare conatur, non prorsus feliciter mea quidem opinione. Dicit enim p. 3: 'Cum in epitome quoque repetantur verba *τινος βασιλέως*, apertissimum mea quidem opinione est, interpretationem secundo loco positam: *ἢ ἀπὸ κτλ.* ab epitomatore esse subiunctam . . . . . Neque minus quam illa priora, verba ultima epitomes *ἔνιοι μέντοι κτλ.*, cum loco parum apto ascripta sint — inserenda erant eo loco, quo Dindorfius demum ea transposuit — ipsi epitomatori deberi videntur.' Ego quidem in hac re assentior Boyseno, verba *ἢ ἀπὸ Ἀδράστου τοῦ παλαιοῦ νεμεσηθέντος ἐφ' οἷς τῶν Θηβαίων κατηλαζονεύσατο* non ab ipso Harpocratione esse scripta. Neque enim usquam in hoc enuntiato apte inseri possunt. Quare Dindorfius non recte, ut hanc interpretationem cum ceteris coniungeret, textum genuinum mutavit, non intellegens haec verba nullo modo cohaerere cum priore explicatione, sed novam interpretationem eis contineri, quae tota posita sit in voce *νεμεσηθέντος*. Sed ab epitomatore, ut vult Boysenus, haec verba profecta esse nequeunt, quippe a quo certe aptiore loco inserta

essent, immo manifestum est, a stupido aliquo librario in margine ea adscripta, deinde a stupidiore in textum recepta esse, qui *ἱδρυσαμένου* insuper mutavit in *ἱδρυσαμένων*. Qua de causa is, qui pro *παλαιοῦ* restituere voluit *Ταλαοῦ*, librario illi fortasse nimiam doctrinam vindicavit. Cur autem Boysenus vv. *ἔνιοι μέντοι ὡς διαφέρουσαν συγκαταλέγουσιν αὐτὴν τῇ Νεμέσει, ὡς Μένανδρος καὶ Νικόστρατος* abiudicare velit ab Harpocratione, non intellego. Quanquam enim — hoc recte observavit vir ille doctus — aptiore loco a lexicographo poni potuerunt, tamen nemo contendet, plane inepte ea adiecta esse; quin etiam desideraremus ea, si non exstarent. Postquam enim lexicographus dixit in initio glossae *οἱ μὲν τὴν αὐτὴν λέγουσι τῇ Νεμέσει*, exspectamus, ut his opponat sententiam eorum, qui Adrasteam a Nemesi distinguant, id quod fecit Pausanias in lexico suo, cuius verba servavit Eustathius (p. 355, 37): *Παυσανίας δέ φησιν, ὅτι τὴν Ἀδράστειαν ἑτέραν τῆς Νεμέσεως ὑποτίθενταί τινες, οἱ δὲ τὴν αὐτὴν τῇ Νεμέσει κτλ.* Quare assentior Dindorfio, quippe qui haec verba eo loco collocaverit, quo ab ipso lexicographo erant posita. Quem verborum ordinem epitomator fortasse propterea mutavit, quia vocem *συγκαταλέγουσιν* falso interpretabatur, sicut is, qui in Suidae libris deterioribus ante *διαφέρουσαν* inseruit vocem *μή*. Sed haec de hac glossa.

Ac ne ceterarum quidem glossarum additamenta, quae in sola epitome leguntur, interpolata esse persuadere mihi possum. Velut in glossa *Ἀλκέτας* verba, quae post *ῥηθέντων* in epitome sequuntur *ἀλλὰ καὶ ὑποστράτηγος ἄλλος Ἀλεξάνδρου* corrupta sunt, non spuria. Exspectamus enim haec: *ἄλλος δὲ ὑποστράτηγος Ἀλεξάνδρου*. Pro quibus verbis, quae ab Harpocratione scripta esse existimo, cum librarii oculi ad proximam glossam aberrarent, in textum inde irrepsit illud *ἀλλὰ καί*, in gl. *Ἀλκιβιάδης* apte positum, non in nostra. Neque minus verba, quae in epitome sola exstant s. v. *ἱππάς*: *τῶν οὖν ἱππέων οἱ* (D *αἱ*) *ἱππάδες* defendi possunt, si ea mutaveris in *ἡ ἱππάς*. Facile enim, postquam pro *ἡ* vocalibus confusis scriptum est *αἱ*, quod solus D exhibet, etiam *ἱππάς* in *ἱππάδες* mutatum est. Atque si post *ἱππέων* mente addimus *τέλος*, quod sane licet per verba antecedentia, sensus efficitur optimus.

Ceterarum glossarum supplementa (*Ἐλευσίνια. ἐξούλης. ἐπακτὸς ὅρκος. ἐχῖνος. χρυσοχοεῖν*) immutata in textum recipienda esse cum Dindorfio iudico. Nonnullae autem epitomes glossae, in quibus interpretatio recensionis plenioris augetur verbis, si non plane necessariis, at tamen eis, quae minime interpolatoris manum ostendant, a Boyseno omnino neglectae sunt, velut gl. *ἀποκεφασμένον. ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι. βωμολοχεύεσθαι. γωνιασμός. δεκάζων. δεκαδαρχία. ἔθνος. Ἐλευθέριος Ζεύς. ἐπὶ Πρυτανείῳ. εὐοῖ σαβοῖ. κίναδος. Κολωνέτας. ὁμηρεύοντας.* Non igitur his supplementis fides epitomes minuitur. Quare ne eas glossas quidem, quae in recensione pleniore omnino desiderantur, propter id ipsum spurias esse praeoccupato iudicio suspicabimur. Quae glossae omnes in lexici parte extrema exstant; sunt autem hae: *τί ἔστι τὸ ἐν τοῖς Δημοσθένους Φιλιππικοῖς κτλ., Τριτοπάτορες, Φιλέψιος, φιλοτησία.* Ex quibus glossis Boysenus (p. 3), cum *Φιλέψιος* et *φιλοτησία* genuinas esse concedat, duas reliquas ab ipso epitomatore additas esse putat.

Atque primum glossam *τί ἔστι τὸ κτλ.* Harpocrationi vindicare velim. Neque enim forma, in qua maxime offendere videntur viri docti, impedit, quin in lexico integro hanc glossam fuisse censeamus. In lexico enim Segueriano quinto, cuius auctor, sicut supra (p. 27) vidimus, ex eodem atque Harpocratio fonte hausit, multae glossae ita compositae sunt, ut lemmata pronomine interrogativo *τίς* inducantur, cum in omnibus, tum in littera *T*, velut p. 308, 10: *τετύφωμαι τί ἐστι,* p. 308, 16: *Τιπαγίδαι* (vitiose scriptum pro *Τιτακίδαι*) *τίνες εἰσίν,* deinde: *τοπεῖον τί ἐστι,* deinde: *τὴν ἐπὶ τοῖς μέρεσι καλουμένην μάχην τίνα λέγει.* Quam glossarum conformationem ab ipso huius lexici auctore profectam esse non putaverim, immo videtur reducenda esse ad commentarium aliquod decem oratorum, fortasse Didymi, qui saepe ab Harpocratione citatur. Nonne igitur fieri potuit, ut Harpocratio in ceteris glossis hanc formam respueret, retineret in hac una, quae erat non de una voce, sed de pluribus? Pro qua coniectura fortasse afferre licet eiusdem lexici Segueriani (p. 264, 32) hanc glossam: *θρυλούμενόν ποτε ἀπόρρητον· περὶ Ἀμφιπόλεως ἦν τὸ θρυλούμενον ἀπόρρητον.* Quae glossa ab Harpocrationea

eo differt, quod in hac allatum est testimonium Theopompi, in illa nil exstat nisi ea verba, quae quasi summa sunt loci ex scriptore illo laudati. Qua de causa ita rem se habuisse suspicor: cum Harpocratio in illa Demosthenis oratione legenda perveniret ad hunc locum (2, 6): *καὶ τὸ θρυλούμενόν ποτε ἀπόρρητον ἐκεῖνο,* in commentario invenit: *τί ἐστι Θεόπομπος ἐν λα' δε-δήλωκε κτλ.* (cf. gl. *ἀπόρρητα*). Quae interpretis verba Harpocratio religiose descripsit, lexici Segueriani scriptor tenue fecit ex eis excerptum. Quod autem in littera *T* haec glossa collocata est, non magis mirabimur, quam quod glossae *ὅτι διαμαρτάνει Δημοσθένης κτλ., ὅτι ἑξακισχίλια ἦν κτλ., ὅτι νόμος ἐστὶν κτλ. — ὅτι χιλίας ἐζημιοῦντο κτλ.* in lit. *O* positae sunt.

Transeamus nunc ad glossam *Τριτοπάτορες,* quam interpolatam esse viri docti putant propterea, quod extra litterarum ordinem exstat, deinde, quod neque in scriptis integris neque in fragmentis oratorum *Τριτοπάτορες* commemorantur. Quae argumenta mihi quidem non satis valida videntur esse ad hanc glossam in suspicionem vocandam. Primum enim ordo litterarum non restituitur hac glossa eiecta, cum sequatur gl. *Τριτόμηνις,* quam certe nemo spuriam esse iudicabit. Deinde vero — hoc autem alteri argumento oppono — tot oratorum Atticorum scripta deperdita sunt, ut, nisi quis certis rationibus demonstret, vocem *Τριτοπάτορες* ab oratore Attico commemorari non potuisse, quod nemo credo poterit, glossam genuinam esse existimem.

Glossae denique *Φιλέψιος* et *φιλοτησία* quin Harpocrationeae sint, nulla dubitatio potest esse.

Vidimus igitur, omnes has quattuor glossas, quas solus epitomator exhibet, fluxisse ex lexico integro Harpocrationis. Pro qua sententia afferri potest etiam paucitas harum glossarum. An non, si quis omnino sibi proposuisset, ut hoc lexicon alienis glossis amplificaret, pluribus hoc locis eum facturum fuisse putas? Praeterea hae glossae non sunt tenues vel ineptae, sed veterum doctrina plenae.

Demonstravimus igitur et ex ipsa recensionis plenioris condicione et ex additamentis, quae in epitome legimus, fuisse quondam Harpocrationis libros eis, quibus nunc opus amplius traditur, multo integriores. Iam tempus est eo redire, unde aberra-

vimus. Vidimus supra, codicem D suppletum et correctum esse ex codice libris recensionis plenioris simillimo, sed tamen eo, qui nonnullas glossas uberiores praeberet, quam nostri lexici maioris codices (vide p. 22). Atque sicut epitomes supplementa genuina esse docuimus, ita etiam haec, quibus cod. D auctos habet nonnullos locos, ex integriore Harpocrationis libro fluxisse concedendum est, praesertim cum nullam interpolationis notam gerant. Quem igitur fuisse hunc codicem putabimus? Eratne ipse quoque ex familia eorum, qui pleniorem recensionem nobis servaverunt et ab eis hac una re diversus, quod paulo illis vetustior et melior erat? Boysenus quidem (p. 2) contendit, etiam plenae recensionis codicum duo fuisse genera, quod probare conatur glossis nonnullis lexici Vindobonensis et Michaelis Apostolii ex opere ampliore sumptis.

Quae exempla, quam non sententiam Boyseni confirment, nunc videamus. Primum glossae *ἀδηφάγους τριήρεις*, quam legimus apud Apostolium cent. I, 37, addita sunt haec verba: *καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις· Οἴμοι· τί γάρ μοι τὸν πότην ἧπτες λύχνον.* Quae verba Boysenus integriori Harpocrationis codici tribuit, non recte. Aristophanis enim Nubes tunc saepissime describebantur et legebantur. Quare facillime paroemiographus hoc exemplum ex suo adicere potuit. Vel fortasse sumpsit ex eodem fonte, ex quo Eustathius, qui ipse quoque p. 1394, 34 post verba *καὶ λύχνους ἀδηφάγους, τοὺς πότας* addidit haec: *ὁποῖος ὁ ἐν Νεφέλαις παρὰ τῷ Ἀριστοφάνει.*, Neque magis glossae lexici Vindobonensis *θίασος* (*Θ*, 7), *ἀναγινωσκόμενος* (*Α*, 6), *ἀναβάλλει* (*Α*, 17), *ὀβολοστάται* (*Ο*, 2), *στασιώτης* (*Σ*, 19) a Boyseno afferri debuerunt. S. v. enim *θίασος* legimus in lex. Vindob.: *τὸ συναγόμενον πλῆθος ἐπὶ τιμῇ καὶ τελετῇ ἑορτῶν,* quae verba sumpta sunt ex Harpocratione, apud quem tamen plura exstant. Deinde sequitur in lex. Vind.: *οὕτω Λυσίας.* Quoniam autem apud Harpocrationem pro *Λυσίας* laudantur *Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου* et *Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ Ἀστυφίλου κλήρου,* recte Nauckius in lexici Vindob. editione (Petropol. 1867) conicere mihi videtur, pro *Λυσίας* restituendum esse *Ἰσαῖος*, praesertim cum vox *θίασος* apud Lysiam non inveniatur. Deinde s. v. *ἀναγινωσκόμενος* in lex. Vindob. et apud Phavorinum legimus:

ἀναγινωσκόμενος λόγος καὶ ἀναγινωσκόμενος ἄνθρωπος, ἀντὶ τοῦ ἀναπειθόμενος, apud Harpocrationem vero sola haec exstant: ἀναγινωσκόμενος· ἀντὶ τοῦ ἀναπειθόμενος κτλ. Cum autem Phavorinus glossas Harpocrationeas non debeat lexico Vind· — multae enim apud eum leguntur, quae in codice Vindobonensi desunt —, neque huius lexici scriptor Phavorini opus, quippe quod multo postea, anno 1523, Romae editum sit, usurpare potuerit, hoc concedendum est, verba λόγος καὶ ἀναγινωσκόμενος ἄνθρωπος fuisse in libro Harpocrationis ab utroque lexicographo inspecto. Neque tamen, quin futile sint librarii additamentum, dubitari potest. Primum enim vix credibile est, si integrum Harpocrationis opus haec verba praebuerit, ab utroque epitomatore lemma his verbis esse minutum. Deinde hoc additamentum tam ineptum est, ut ipso Harpocratione plane sit indignum. Sequitur glossa ἀναβάλλει, quae tamen tam dissimilis est Harpocrationeae, ut ex alio fonte eam haustam esse iudicem. Quod idem dicendum est de prima parte glossae ὀβολοστάται: οἱ δανεισταὶ παρ' Ἀριστοφάνει, nisi quis potius censet conditorem huius lexici pro verbis, quae apud Harpocrationem invenerit: καὶ πολλάκις ἐν τῇ κωμῳδίᾳ, breviter scripsisse: παρ' Ἀριστοφάνει. Unum reliquum est exemplum Boyseni, glossa στασιώτης, quam lexicon Vind. uberiorem exhibet his verbis: ὁ στάσιν ἐγείρων. Sed hic apertissime deprehendimus in interpolando lexicographum recentissimum. Neque enim, quid significaret vox στασιώτης, explicare voluit Harpocratio — nam qui lector hoc ignoravit? — sed illud indicare, hoc loco hanc vocem angustiorem habere vim, cum ex eis, quae sequerentur, efficeretur, propterea Antiphontem στασιώτην appellatum esse, quia inter δορυφόρους fuisset. Atque simile additamentum neque minus ineptum est s. v. ἀπεργασάμενος (*A*, 30): ἀντὶ τοῦ ποιήσας. Alias glossas, quas lexicon Vind. paulo copiosiores, non meliores exhibet, inveni hasce:

ἀποκηρύττοντες (*A*, 163); addit.: καὶ ἀποκηρύττοντες πατέρες τοὺς παῖδας, ἀντὶ τοῦ πατέρες εἶναι τῶν παίδων δημοσίως ἀποβαλλόμενοι.

ἀργυρόπους (*A*, 48); addit.: ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων.

ἀρχαίως (*A*, 169); addit.: ἀντὶ τοῦ ἀνοήτως· καὶ ἀρχαίως ἀντὶ τοῦ παλαιῶς.

Sed ne uno quidem ex his locis supplementa genuina sunt, sed omnia aliunde in Harpocrationis textum illata.

Apud Mich. Apostolium has inveni glossas Harpocrationeas, quae paulo eis, quas codices Harp. praebent, longiores sunt:

s. v. *ἀφ' ἑστίας* addit.: *ἐπὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς τι πραττόντων,* quae verba eadem legimus apud paroemiographum anonymum in appendicis cent. I, 43.

s. v. *Μυσῶν λείαν* addit.: *ἐπὶ τῶν κακῶς διαρπαζομένων,* quae exstant etiam apud Diogenianum, qui dicitur (e cod. Leidensi editum, cent. III, 16).

s. v. *ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσιν* addit.: *ἐπὶ τῶν πρὸ μὲν τῆς ἀρχῆς ἐπιεικῶν, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ἀρχῇ βιαίων γενομένων,* quae translata sunt ab Apostolio ex Suida, qui haec verba textui epitomes inseruit.

Quae cum ita sint, ne unum quidem locum indagavimus, quo fuisse duo genera codicum recensionis plenioris probetur.

Haec est una causa, quae nobis suadet, ne codicem *Δ* — sic autem brevitatis causa nomino eum, ex quo additamenta in codice D exstantia deprompta sunt — numeremus in operis amplioris libris. Accedit altera. Inter eas enim glossas, quas epitome auctas praebet testimoniis scriptorum (cf. p. 167), novem inveniuntur in una littera *A,* novem in reliquis. Item inter eas glossas, quae in recensione pleniore omnino auctoritate oratoris orbatae sunt, litterae *A* sunt undesexaginta, sexaginta quinque per reliquam operis partem distributae. Quod ut suis quisque oculis videat, has glossas enumerabo:

Ἄβαρις. Ἀβροκόμας. Ἀγησίλαος. Ἄγλαυρος. Ἀγρυλή. ἀδημονούσης. ἀδικίου. Ἀδράστειαν. ἄϊδρις. ἀετός. Ἀθμονεύς. Αἰθαλίδης. Αἰθιόπιον. Ἀκαδήμεια. ἄκριτος. ἀκροᾶσθαι. Ἀλαιεύς. Ἁλίπεδον. Ἀλκμαιωνίδαι. Ἀλωπεκή. Ἀλωπεκόννησος. Ἀμαξάντεια. ἀμβλωθρίδιον. Ἀμβρακία. Ἀμόργης. Ἀμφικτύονες. Ἀνακαίασιν. ἀνακαλυπτήρια. ἀνάκρισις. ἄνακτες καὶ ἄνασσαι. Ἀναξαγόρας. ἀνεσκευάσαντο. Ἀνθεμοῦς. Ἀνθεστηριών. Ἀντιάταις. Ἀντιοχίς. Ἀντιφῶν. Ἀντίπατρος. ἀντωμοσία. ἀποδέκται. ἀπόληξις. Ἀπόλλων πατρῷος ὁ Πύθιος. ἀπομάττων. ἀπὸ μισθω-

μάτων. ἀποσάξαντα. ἀργυρῖτις κτλ. Ἀργινοῦσαι. ἀργυρόπους δίφρος. ἀρετή. Ἀριοβαρζάνης. Ἄρθμιος. Ἀριστεύς. Ἀρίστυλλα. ἀρχὴν ἰᾶσθαι κτλ. ἀτεχνῶς. αὔλειος. Ἀφαρεύς. ἀφορμή. Ἀφροδίσιον. Βαυβοῖς. βλιμάζειν. βολεῶνες. Βουτάδης. Βούτης. βωμολοχεύεσθαι. γεωφάνιον. Γλαῦκος. Γλυκέρα. γυλιός. Γύλιππος. Γύλων. Δαιδάλου ποιήματα. Δάτος. Δειραδιώτης. δεκατηλόγους. Δεκελεικός. Δερκυλίδας. δευσοποιός. Δημαίνετος. Δημοφάνης. διαγραφή. Δικαιογένης. Διότιμος. Διόφαντος. Δωριεύς. εἰς ἓν ἦλθεν. Ἑκατόμνως. Ἐλαιούς. Ἕλιξος. ἐπαναφορά. ἐπὶ Πρυτανείῳ. Ἐργοκλῆς. Ἐργόφιλος. Ἕρμος. Ἑρμίας. Ἐροιάδαι. Εὐμενίδες. θέτης. Θοραί. Θυμαιτάδαι. Ἰσαῖος. Κέφαλος. κιττοφόρος. κα΄δεια. Λυκοῦργος. Λύσανδρος. Μαχάτας. Μοιροκλῆς. Πάνδια. Πάνδροσος. Πασίων. Περίανδρος. Πιτθεύς. Πολίοχος. Πολυάλκης. Ῥοδογούνη. σεμναὶ θεαί. Σέρρειον τεῖχος. Σίριον. Σίμων. Στράβαξ. Ταυρέας. Τῆνος. Φανίας.

Quibus ex glossis si excipimus eas, quibus de nominibus propriis agitur, relinquuntur undequadraginta (cf. p. 164), quae ita sunt per lexicon dispersae, ut in littera *A* viginti quattuor, in reliquis quindecim exstent.

Atqui cum littera *A* non plus quam quartam totius operis partem contineat, ex his numeris luculenter apparet, eum, qui pleniorem recensionem confecerit, in initio operis multo magis textum Harpocrationis contraxisse multoque plus praetermisisse, quam infra. Similis autem numerorum ratio est inter eas glossas, quas unus codex D uberiores exhibet, nam quattuor inveniuntur in littera *A*, duae in reliqua operis parte. Quod casui tribuere debemus, si codicem *Δ* fuisse ex familia recensionis plenioris librorum opinamur. Sed quoniam in hac re potius epitomatoris manum agnoscimus, consequitur codicem *Δ* continuisse lexicon Harpocrationeum nondum per epitomatorem in brevius redactum. Quin etiam longius progredior. Nam quoniam is codex, quem recensionis plenioris auctor excerpsit, certe simillimus erat codici *Δ*, quod ex multitudine vitiorum utrique communium conclusimus (cf. p. 158 sq.), et quoniam integri lexici

Harpocrationei exemplaria erant tam rara, ut ne apud vetustiores quidem Byzantinos ulla eius mentio fiat, quid probabilius conicere possumus, quam codicem Δ eundem fuisse, quem operis amplioris scriptor excerpsit?


Quaeritur, quam rationem inter se habuerint cod. Δ et is ex quo epitome nostra manavit. Atque simillimum fuisse alterum alteri primum inde apparet, quod et in epitome et in opere pleniore littera Ω tota intercidit, litterae Ψ, ut mihi videtur, magna pars. Cum enim apud alios lexicographos, velut Photium et Suidam et eum, qui eodem atque Harpocratio fonte usus est, auctorem lexici Segueriani quinti, non paucas glossas contineant litterae Ψ et Ω, vix cogitari potest Harpocrationem tres tantummodo glossas litterae Ψ tribuisse, litterae Ω omnino nullam.

Deinde autem similitudo utriusque archetypi probatur multitudine vitiorum, quibus utraque recensio est foedata. E quibus, quoniam omnia enumerare longum est, nonnulla eaque gravia afferam:

s. v. Ἀγνοῦς legitur *φυλέτης* pro *δημότης*.
s. v. ἄνοικος l. *ἄοικος* pro *ἄνοικος*.
s. v. βοώνης l. *βοώτης* pro *βοώνης*.
s. v. εἰςαγγελία l. *αὐτοῦ* pro *Ἁγνίου*.
s. v. ἐξηγητής l. *ὀνομαζόμενα* pro *νομιζόμενα*.
s. v. Ἐπικράτης l. *καὶ ἔφορος* pro *σακεσφόρος*.
s. v. Ἠιών l. *Τιμοκράτους* pro *Ἀριστοκράτους*.
s. v. Θίβρων l. *Θίμβρων* pro *Θίβρων*.
s. v. λόγου τυχεῖν l. *κατὰ* pro *ὑπέρ*.
s. v. Νίκη Ἀθηνᾶ[1]) l. *κράτος* pro *κράνος*.
s. v. ὁμηρεύοντας[1]) l. *Ἀχαιοῖς* pro *ἀρχαίοις*.
s. v. ὀργεῶνας l. *ὁρᾶν* pro *δρᾶν*.
s. v. περίοδος l. *ἐπιγινόμενα* pro *ἐπιτεινόμενα*.
s. v. φάσις[1]) l. *ἄδειαν* pro *ἀξίαν*.

Quae cum ita sint, codicum stemma, quod supra (p. 155) descripsimus, hoc modo supplere possumus:

[1]) In his glossis veram exhibet lectionem unus Suidas, sed ex coniectura, sicut infra videbimus.



Caput II.

De singulorum epitomes codicum auctoritate.

Quaeritur utrum cod. y (vide supra) fidelius servaverit scripturam, qualis ab ipso epitomatore constituta sit, an cod. z. Quam ad rem diiudicandam primum investigandum est, quod ex tribus illis lexicis proxime accedat ad genuinam codicis y formam, deinde, utrum Parisinus veriorem codicis x speciem exhibeat an Palatinus. Non pauci enim loci ei rationi codicum, quam schemate supra illustravimus, repugnare videntur. Nam cum exspectemus, ut, ubicunque unus alterius familiae codex consentiat cum uno alterius generis libro in tali corruptela, qualis a duobus librariis vix fieri poterat, etiam reliqui epitomes libri eodem vel simili vitio sint foedati, non paucis locis fit, ut unus codex veram praebeat lectionem. Quod ubi in codice D nobis occurret, sine ulla dubitatione correctori illi tribuemus.

Atque si in eiusmodi locis etiam ceteros codices postea correctos esse demonstrare possumus, duplex nobis inde fructus nascitur: primum, qui liber religiosius archetypi scripturam ser-

vaverit, videbimus, deinde rationem, quam inter epitomes codices exstare docuimus, veram esse evincetur.

Primum igitur de Suidae lexico videamus. Atque in initio dissertationis indicavimus, saepissime apud Suidam epitomes lectionem depravatam non in omnibus codicibus exstare, sed in uno vel altero esse emendatam. Sed quanquam hi loci, quoniam tam certe correctoris manum produnt, ut cum ratione, quam epitomes libros inter se habere demonstravimus, nullo modo discrepent, hic omnino praetermittendi sunt, tamen quaerendum est, unde correcturae illae manaverint. Atque equidem inveni omnes profectas esse aut ex aliis glossis, quae apud eundem Suidam exstant, aut ex ipsorum librariorum ingeniis. Velut in glossa *ὅτι οἱ ἁλόντες κτλ.* certe ingenium suum periclitatus est homo doctus. Exhibent enim recensionis plenioris libri post vocem *φόνῳ*: *φρόντονα* (A) vel *φόρτωνα* (Q) vel *φρόντωνα* (B C G P), in epitomes autem codicibus hoc vocabulum omnino deest, in D tamen post *τῶν ἰδίων* exstat *φρόντωνα*, in Suidae vero deterioribus codicibus *ἐξουσίαν*, quod Dindorfius in textum recepit. Atque quomodo illud *φρόντωνα* in Parisinum irrepserit, supra (p. 155) exposuimus, illud *ἐξουσίαν* vero librarii coniectura debet esse. Nam cum et in Palatino et apud Photium post *φόνῳ* accusativus desideretur, aut nil scripsisse epitomatorem censendum est aut *φρόντονα*. An negas, quod post *φόνῳ* nil in epitome legatur, hoc multo facilius excusari, si epitomator in suo codice invenerit vocabulum turpiter mutilatum, sicut *φρόντονα*, quam vocabulum *ἐξουσίαν*? Coniectura autem, quam Suidae lexicon exhibet, quanquam non ineptum efficit sensum, tamen falsa est mea quidem sententia. Quomodo enim illud *φρόντονα* vel *φρόντωνα* ex voce *ἐξουσίαν* oriri potuerit, non intellego. Quae cum ita sint, ego pro *ΦΡΟΝΤΟΝΑ* proponere velim *ΧΡΟΝΟΝ ΤΙΝΑ*, quae coniectura ipsa quoque non caret bono sensu et ad litterarum ductus multo propius accedit. Pro *χ* enim primum vitiose scriptum est *φ*, quod ex voce antecedente *φόνῳ* dormitans librarius repetiit, deinde alia vitia addebantur ab hominibus, qui primum vitium tollere non possent.

Sed vertamus nos ad eas glossas, quae, cum in omnibus Suidae codicibus emendatae legantur, nostrae de codicum ori-

giae sententiae repugnare videntur. Illae enim correcturae, quoniam iam in archetypo nostrorum Suidae codicum fuisse debent, multo antiquiores sunt quam eae, quae in singulis tantum libris leguntur.

Atque ei loci praecipue in medium vocandi sunt, ubi libri epitomes eandem corruptelam exhibent atque omnes recensionis plenioris codices. Huiusmodi autem exempla inveni quattuor:

s. v. *ἀφοσιῶ* Suidas recte *ἀφαγνίζω* pro *ἀφανίζω* vel *ἀσφαλίζω*.

s. v. *ὁμηρεύοντας*[1]) Sd. recte *ἀρχαίοις* pro *Ἀχαιοῖς*.

s. v. *Νίκη Ἀθηνᾶ* Sd. recte *κράνος* pro *κράτος*.

s. v. *φάσις* Sd. recte *ἀξίαν* pro *ἄδειαν*.

Quibus in glossis enumerandis neglexi eas, ubi omnes praeter Suidam libri vocales *ε*, *αι* vel *ει*, *η*, *ι* vel *οι*, *υ* confundunt et ubi in omnibus accentus falso scripti sunt. In his enim rebus tanta utebantur licentia librarii, ut fere nil colligere liceat de lectionibus, quas in exemplari suo reperiebant.

Hoc quidem constat, illas corruptelas, cum communes sint epitomae et operi maiori, fuisse iam in eo codice, ad quem utraque recensio referenda est. Unde igitur illis locis emendatam habet scripturam Suidas? Mea quidem opinione omnes illae corruptelae non tam graves sunt, quae non ab homine eruditiore tolli potuerint. Ubi autem librarii ingenium defecit, ibi saepissime aliae eiusdem lexicographi glossae optimam praebuerunt ansam ad genuinam lectionem restituendam. Velut s. v. *κέλανος* cod. E et Photius exhibent *κετάλης* pro *καικάλης*, D et codices recensionis plenioris *κάλης* (cf. p. 158). Atque cum eodem modo sint depravati E et Photius, consequitur hoc vitium

---

[1]) Non satis dilucida est Dindorfii adnotatio. Cum enim ex apparatu critico, qui ad solam epitomen pertinet, concludendum nobis sit, etiam codicem D habere lectionem *ἀρχαίοις*, ex eis Dindorfii verbis, quae ad recensionem pleniorem spectant, videtur apparere, codicem D congruere cum ceteris in vitioso illo *Ἀχαιοῖς*. Dicit enim hic editor Oxoniensis: '*ἀρχαίοις* ex Suida pro *Ἀχαιοῖς*', non 'ex D et Suida', quod dicere debebat, si superior nota recta est. Atque quoniam omnibus locis, quibus epitome et lexicon amplius idem vitium praebent, cod. D cum eis plane consentit, ne hoc quidem loco eum cum illis discrepare credibile est.

profectum esse a codice x. Mirum igitur esset, quod Suidae scriptura emendata est in voce tam rara, nisi sequeretur hanc glossam altera lemmate *πέλανοι* instructa, in qua eadem vox *παικάλης* usurpatur. Ex hac igitur glossa illam correctam esse censeo.

Neque aliter iudicandum est de glossa *προτέλεια*. Scriptum invenimus ibi in Palatino et apud Photium *εἰς ῥόθιον* pro *εἰς τὸ θεῖον*, quod praebent libri operis maioris, Suidas, cod. D (hic tamen *θεῖον* articulo omisso). Atque hic quoque, ubi lapsus est is, qui codicem x exaravit, codicem D ex libro integriore correctum esse manifestum est, Suidas vero vel librarius posterior emendasse mihi videtur e glossa *προτέλεια*, quae antecedit. Sub qua voce legimus haec: *Ἡμέραν οὕτως ὀνομάζουσιν, ἐν ᾗ εἰς τὴν ἀκρόπολιν τὴν γαμουμένην παρθένον ἄγουσιν οἱ γονεῖς εἰς τὴν θεὸν καὶ θυσίας ἐπιτελοῦσι.* Atque quanquam hae duae glossae in ipsa lemmatis interpretatione discrepant inter se, tamen eum, qui s. v. *ἀφοσιῶ* recte scripserit *ἀφαγνίζω* pro *ἀφανίζω*, s. v. *Νίκη Ἀθηνα κράνος* pro *κράτος*, s. v. *ὁμηρεύοντας ἀρχαίοις* pro *Ἀχαιοῖς*, s. v. *φάσις ἀξίαν* pro *ἄδειαν*, eundem, aio, ex verbis *εἰς τὴν θεόν* emendare potuisse illud *ῥόθιον* persuasum mihi habeo.

Eidem igitur correctori tribuemus etiam alias emendationes, velut s. v. *Οἰνόη*, quae glossa digna notatu est propterea, quia apud Photium et Suidam eodem modo contracta legitur. Tamen Suidas pro *Ἐλευσίναις*, quo in vitio congruit Photius cum codicibus D E, recte scribit *Ἐλευθέραις* cum operis amplioris libris. Neque vero inde genuina lectio in Suidam venit, sed ex ingenio librarii. An incredibile putas esse, hominem illum non indoctum scivisse, non *Ἐλευσῖναι* esse veram huius nominis formam, sed *Ἐλευσίς* et propterea scribendum *Ἐλευθέραις*[1])?

Quae cum ita sint, omnibus locis, quibus Photius vel lexicon Seguerianum consentiunt cum codice D vel E in tali cor-

---

[1]) Si quis num tales coniecturae ex ingenio hominis Byzantini profectae potuerint esse, dubitaverit, ei existimandum est, vitia illa fuisse in textu codicis y, in margine autem ex codice vetustiore ascriptas fuisse veras lectiones, quas librarius aliquis bono iudicio praeditus anteposuerit vitiosis.

ruptela, qualem a compluribus librariis factam esse vix credere possumus, aut cod. y aut Suidae lexicon postea emendata sunt. Genuinae autem lectiones fluxerunt aut ex ipsius librarii ingenio aut ex aliis Suidae glossis aut ex vetustiore epitomes codice, nulla vero sumpta est ex libro Harpocrationis maioris. Hoc autem maxime premendum mihi videtur, quia, si ad archetypum nostrorum Suidae codicum corrigendum librum adhibitum esse demonstrari posset, qui Harpocrationis pleniorem recensionem contineret, hanc notam fuisse efficeretur multo ante saeculum decimum quartum, quod non responderet eis, quae supra exposuimus.

Sed duo exempla indagavimus, quae contra sententiam nostram dicere videntur, glossas *Μοιροκλῆς* et *τετρυπημένη*. S. v. enim *Μοιροκλῆς* secundum Dindorfium quidem Suidae libri meliores exhibent idem, quod recensio longior: *οὐκ ἀφανῶς πολιτευσαμένων,* Photius vero *οὐ καλῶς πολιτευσαμένων,* D E *οὐ καταπολιτευσαμένων.* Atque si vera est Dindorfii adnotatio, hic Suidam emendasse ex operis amplioris libro negari nequit. Sed in has angustias sola Dindorfii neglegentia nos adduxit, non res ipsa: Suidae enim liber optimus, Parisinus A, verbis *τῶν παρ᾽ — πολιτευσαμένων* omnino caret, ceteri codices, qui quidem inspecti sunt ab editoribus, B V E, exhibent pravam coniecturam *οὐκ ἀπο πολιτευσαμένων.* Statuendum igitur est, codicis x librarium scripsisse haec: *οὐκ ἀ . . . . πολιτευσαμένων*; hanc lacunam ab aliis librariis aliter expletam esse, eum autem, qui Suidae codicem A scripserit, propter hanc causam totum hunc locum praetermisisse.

Aliquanto plus difficultatis praebet glossa *τετρυπημένη,* de qua pluribus disputandum est. Apud Dindorfium quidem extrema huius glossae verba sic scripta leguntur: *μήτε πάντη τετρυπημένας λαμβάνωσιν.* Sed num in hac lectione recipienda vir doctissimus librorum optimorum auctoritatem secutus sit, valde dubito. Codex enim antiquissimus A haec praebet: *μήτε ταύτη . . . . λαμβάνωσιν.* Qua in lectione consentiunt codd. B C, nisi quod C pro *ταύτη* exhibet *ταύτας* et quod in utroque libro nullum spatium inter *ταύτη* (vel *ταύτας*) et *λαμβάνωσιν* relictum est. Ceteri libri recensionis plenioris secundum Dindorfium habent haec: *μήτε πάντη τετρυπημένας.*

Post priorem autem vocem πλήρεις (in lineola 8) inserta sunt in A B C verba μήτε ταύτῃ (ταῦτα A) ὑπομείνας, quae inveniuntur etiam eodem codicis D loco. In epitome vero extrema verba haec sunt: μήτε τετρυπημένας λαμβάνωσιν, excepto Suida, apud quem ante τετρυπημένας inserta est vox ταύτῃ. Quae quin omni sensu cassa sit dubium non est. Num igitur credibile est, Suidam hoc vocabulum ineptum sumpsisse ex operis amplioris libro? Nonne illa verba voce ταύτῃ omissa librario, qui non nimis diligens erat, multo minus offensionis praebebant? Quae cum ita sint, censebimus illud ταύτῃ fuisse in ipsa epitome, ab omnibus autem librariis, quod intellegi non posset, praetermissum esse, apud unum Suidam servatum.

Inde autem quid sequitur? Fuit corrupta vox ταύτῃ iam in archetypo s (vide p. 176), ex quo utraque recensio nostra originem duxit, vocabulum πάντῃ autem librarii alicuius coniectura est eaque pravissima. Exspectamus enim hunc sensum: 'tradunt iudicibus duo suffragia, unum plenum, alterum perforatum, ante oculos eorum, quorum causa agitur, ne accipiant aut bina plena aut bina perforata.' Num hic sensus elici potest ex verbis, quae editio Dindorfiana exhibet? Minime. Atque mihi quidem illud μήτε ταύτῃ ortum videtur esse ex μήτ' αὖ. Sed ne hoc quidem restituto locus plane salvus est. Neque enim verba ἵνα μήτε πλήρεις μήτ' αὖ τετρυπημένας λαμβάνωσιν hanc vim habere possunt: 'ne bina aut plena aut perforata accipiant.' Quare suspicor post πλήρεις excidisse numerum β. Habemus igitur haec verba: ἵνα μήτε πλήρεις β μήτ' αὖ τετρυπημένας λαμβάνωσιν.

Sed quoniam satis multa verba de hac glossa fecimus, redeamus illuc, unde aberravimus. Propterea igitur hanc glossam attuli, ne quis putaret vocem ταύτῃ apud Suidam exstantem fluxisse ex lexici amplioris libro. Ex omnibus autem, quae de Suida exposui, satis superque apparere puto, ubicunque hic lexicographus unus vel cum recensione pleniore veram exhibeat scripturam, ceteri epitomes libri eodem modo sint depravati, hanc genuinam lectionem ab ipso librario non indocto restitutam esse.

Transeamus nunc ad Photii auctoritatem examinandam. Atque ut hic saepissime cum Suida congruit in corruptela vel

in verbis a librario in brevius redactis, ita hoc laudandum est in eo, quod codicis epitomes y (cf. p. 176) fideliorem nobis speciem servavit. Paucis enim locis exceptis eandem ubique lectionem exhibet, quae in codice x exstabat, ubi non exhibet, item a correctore vitium sublatum est, cuius rei exempla inveni haec:

s. v. *Καλαύρεια* codd. D E praebent *Καλαυρία,* Suidas *Καλαβρία,* Photius a prima manu scriptum *Καλαυρία,* a secunda recte *Καλαύρεια.* *Καλαυρία* autem fuisse iam in cod. y, docet Suidas, cuius lectio certe inde orta est.

s. v. *Κυρσίλον* codd. D E exhibent nomen *Κυρσίλος* depravatum in *Κυρθίλος,* Suidas habet *Κυρσίλος,* Photius *Κυρσῖλος,* apud quem tamen littera σ in litura a correctore scripta est, qui etiam accentum addidit. Sed ex ordine litterarum — legitur enim haec glossa apud Photium inter *Κυρήνη* et *κυρία ἐκκλησία* — necessario consequitur, Photium ipsum quoque legisse *Κυρθίλος,* quod a librario haud indocto correctum est.

s. v. *κλῆσις* in omnibus et recensionis plenioris et epitomes libris *πρόςκλησις* corruptum est in *πρόκλησις* vel *πρόκλισις* (Suidas). Unus Photius propius ad genuinam formam accedens praebet *πρόςκλισις,* quod a correctore haud inscite in *πρόςκλησις* mutatum est. Quod autem praepositio *πρός* scripta est, non *πρό,* hoc magis casu quodammodo factum videtur esse, quam consilio librarii, qui in hac forma offenderit. In glossa enim *κλητῆρες καὶ κλητεύειν,* quae apud Photium autecedit et ipsa quoque ex epitome sumpta est, falsa illa *προκαλοῦνται* et *προκλήσεως,* quae eadem vitia sunt in recensione pleniore et in epitome, non emendata sunt. In glossis vero *Καλαύρεια* et *Κυρσίλος,* quas priore loco nominavimus, quin manus correctoris versata sit, nemo dubitabit.

Restat ut dicam de glossa *ῥυτά.* Quam in opere ampliore sic legimus scriptam: *συνεσταλμένως εἶδός ἐστι ποτηρίου· Δημοσθένης κατὰ Μειδίου, ἐκτεταμένως τὰ* (in uno codice C additum) *παρ' ἡμῖν λεγόμενα ὁμοίως Κρατῖνος ἐν Ὥραις;* in epitome hoc modo glossa contracta est: *συνεσταλμένως εἶδός ἐστι ποτηρίου· Δημοσθένης κατὰ Μειδίου. ἐκτεταμένως πάβην* (E) *λεγόμενα.* Pro *πάβην* exhibent D *παρήβην,* idem vel *παρ' ἥβην* Suidas, *παρ' ημῖν* cum alterius re-

censionis libris Photius. Priusquam autem quaeramus, unde Photius habeat lectionem suam, illud videamus, quinam sit huius glossae sensus. Atque plerique viri docti lexici maioris textum sic intellegunt: 'priore correpta genus est poculorum, producta, quod nos appellamus simili nomine, i. e. voce ῥυτή.' Sed primum talis glossae conformatio esset omnino inaudita. Cur non dixit Harpocratio ῥυτή pro ὁμοίως? Num adverbium ομοίως brevitatis causa praetulit illi voci? 'Deinde autem', quod recte observavit Boysenus (p. 10), cuius hic verbis utor, 'ne verum quidem est, a recentioribus Graecis vocabulum ῥυτή fuisse usurpatum, sed erat vox Peloponnesiaca (cf. Valcken. Adon. p. 220), Nicandro potissimum usitata atque insuper testis est Varro sua aetate apud Graecos non in usu fuisse vocem ῥυτή. cf. Varro L. L. V p. 40 'ruta, quam nunc πήγανον appellant.' Qua de causa Boysenus hac Photii glossa nisus: ῥυτά· πήγανα. οὕτως Κρατῖνος, apud Harpocrationem post λεγόμενα inserit πήγανα. Contra quam coniecturam obici potest, Harpocrationem, ubicunque laudet scriptorem aliquem, huius testimonium verbis antecedentibus adnectere vocibus ὡς vel ὥσπερ vel οὕτως interpositis aut sine ulla coniunctione, nusquam autem his locis ab eo usurpari vocabulum ὁμοίως. Sed tamen hoc argumentum non tam grave est, quam ea, quae contra alteram interpretationem attulimus. Quae cum ita sint, Boysenum verum invenisse existimo.

Statuendum igitur est, iam in Harpocrationis codice s (cf. p. 176) vocem πήγανα defuisse, librarium autem aliquem, ut aliquem ex his verbis sensum eliceret, delevisse ante παρ' ἡμῖν articulum τά, ut locus esset accipiendus ita: apud nos priore producta pronunciatur. Contra epitomator vel stupidus librarius posterior in verbis παρ' ἡμῖν vitium latere suspicans scripsit παρ' ἥβην, qua in coniectura pravissima animo eius fortasse obversabatur vocabulum ῥυτίς, quod significat „Runzel, Falte". Photius autem vel, quod mihi verisimilius videtur esse, librarius aliquis pro παρ' ἥβην restituit ex suo ingenio παρ' ἡμῖν. Quod difficile non erat ei, qui tam saepe in epitome vv. τὰ παρ' ἡμῖν λεγόμενα vel τὰ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενα vel simile aliquid legisset, velut s. vv. ἰπνός. πληρωτής. λογοποιός. οἰκίσκῳ.

Hi igitur sunt loci, quibus emendatam lexici Photiani scripturam librariis deberi certis rationibus potest demonstrari.

Denique in lexico Segueriano sexto unam glossam inveni, quae a librario correcta est. S. v. ἄστικτον χωρίον enim cod. E et Suidas habent Ἀστ   χωρίον, D et lexicographus Seguerianus plene scriptum ἄστικτον χωρίον. Sed quoniam lacuna est et apud Suidam et in codice E, ne codicis x quidem librarium aliud scripsisse efficitur. Parisinus igitur emendatus est secundum codicem Δ, auctorem autem lexici Segueriani vacuum spatium, quod ipse quoque invenerat, ex alio lexico, quod in opere suo condendo usurpavit, explevisse eo libentius iudicabimus, quod similes glossae apud Hesychium et in Etymologico Magno leguntur.

Atque si omnium, quae de tribus his lexicis disputavimus, summam facimus, quamquam non praetermittimus, quod lexicon Seguerianum in una littera A glossas epitomes praebet, Photii vero operis dimidia fere pars aetatem non tulit, tamen hoc dicendum mihi videtur: epitomes scriptura, quam in suo quisque codice reperiebant lexicographi, optime tradita est et religiosissime lexico Segueriano, proximum locum obtinet Photii, infimum Suidae opus.

Quoniam igitur, qua auctoritate sint haec lexica in cod. y restituendo exposuimus, nunc, utrum Parisinus fidelius servaverit codicis z scripturam an Palatinus, examinandum nobis est. Quam quaestionem aliquanto celerius ad finem perducemus. Cum enim antea docuerimus, primum Parisinum multis locis esse mutilatum, deinde saepenumero ex altero libro esse correctum, in hac quidem re Palatino palmam tribuemus, quod codici z similior est quam D. Quo fundamento iacto nunc quaeramus, uter liber praeferendus videatur, y an z. Qua in re explorանda haec respiciemus: primum, num unus ex eis libris interpolamenta passus sit, deinde, uter codex pluribus affectus sit vitiis. Atque illam quaestionem breviter sic diiudicare possumus, nulla fuisse additamenta in codice z, quae non exstarent etiam in plenioris recensionis libris, at lexicis Suidae Photiique vel Suidae Seguerianoque operi communia esse nonnulla, quae neque in epitome neque in lexico maiore legantur, in glossis ἀλίπεδον. πώμαλα. τῖτες.

Glossae enim *ἀλίπεδον* cum prima verba et in codd. D E et in recensione pleniore sint haec: *Ἀλίπεδόν τινες τὸν Πειραιᾶ φασιν,* apud Suidam et in lexico Segueriano haec leguntur: *Ἀλίπεδον· ὁμαλὸν ἔδαφος παρὰ τῇ θαλάττῃ· τινὲς δὲ τὸν Πειραιᾶ φασιν.* Atque verba *ὁμαλὸν ἔδαφος παρὰ τῇ θαλάττῃ* huic glossae falso esse inserta duabus efficitur causis, quarum una est haec: eorundem verborum sensum Harpocratio paulo infra pluribus verbis persecutus est, cum dixit: *ἔστι γὰρ οἷον ἁλὸς πεδίον. ἤτοι ὁμαλὸν πεδίον κτλ.* Deinde autem, quod etiam in opere maiore haec verba desunt, inde concludendum est, ne in codice s quidem ea fuisse. Quod si quaerimus, quomodo haec verba sint interpolata, equidem putaverim, ex suo adiecisse ea librarium aliquem, qui fortasse in margine ea apposuit, unde paulatim in textum illata sunt.

Idem iudicandum mihi videtur de glossis *πώμαλα* et *τῆτες*. Nam s. v. *πώμαλα* in D E leguntur haec: *ἀντὶ τοῦ οὐδαμῶς· ἔστι δὲ τὸ μὲν πῶ Δώριον, τιθέμενον ἀντὶ τοῦ ὅθεν κτλ.,* apud Photium vero et Suidam haec exstant: *ἀντὶ τοῦ ποθέν. οἷον οὐδαμῶς· ἔστι δὲ τὸ μὲν πω Δώριον κτλ.* Denique glossae *τῆτες,* quam codd. D E sic exhibent scriptam: *ἀντὶ τοῦ τούτῳ τῷ ἔτει,* addunt Photius Suidasque verba *ἐπ' ἔτος.* Neque tamen quisquam negabit, utriusque glossae additamenta aliena esse his locis facileque librarium codicis y ex suo ascribere ea potuisse.

Ut autem cod. y tribus locis interpolatus erat, ita propterea laudandus est, quod in quinque glossis genuina Harpocrationis verba in codicibus D E omissa servavit:

s. v. enim *Ἀρχιδάμειος πόλεμος* in D deest *Πελοποννησιακοῦ,* in E *τοῦ Πελοποννησιακοῦ.*

s. v. *Εὐρύβατον*[1]) in D E desunt vv. *τῷ Κύρῳ.*

s. v. *Οἷον* in D E post *φασιν* deest pronomen *αὐτούς.*

s. v. *παραγραφή* in D E desunt vv., quae in fine glossae leguntur: *ὅπερ ἐστὶ περιγεγραμμένου.*

s. v. *πρὸς τῇ πυλίδι Ἑρμῆς* in D E deest *περὶ* post vocem *φησίν.*

---

[1]) Quanquam haec glossa apud Photium desideratur, tamen dubitari nequit, quin in codice y fuerint verba *τῷ Κύρῳ,* cum ea ex coniectura profecta esse nullo modo possint.

Quibus locis opponendi sunt ei, ubi cod. y mutilatus erat, salvus z. Sed in eiusmodi glossis enumerandis plane neglegendae sunt eae, quae in his lexicis desunt, quia e silentio horum grammaticorum nihil de codicibus epitomes colligere licet: adhibendae sunt solae eae, quas eodem modo aut mutilatas aut in brevius redactas duo ex tribus illis lexicis exhibent. Tales glossas sex inveni:

s v. *ἀφεὶς καὶ ἀπαλλάξας* in lexico Segueriano et apud Suidam deest ante *τῶν ἐγκλημάτων* pronomen *τινά*.

s. v. *Ἰσαῖος* apud Photium et Suidam desunt vv. *καθά φησιν — Ἰσοκράτης μαθητῶν.*

s. v. *Λήτη* apud Photium et Suidam deest post lemma v. *πόλις*.

s. v. *Λοιδίας* apud utrumque desunt vv. *ἐν τῷ παραπρεσβείας.*

Glossae denique *Θεογείτων* et *Οἰνόη* licentius a librario contractae sunt.

Sed etsi in utroque codice fere parem esse vidimus numemerum earum glossarum, quae a pristina forma desciverint, tamen mutationes, quae in codice z exstabant, multo fuisse leviores confitendum est. Nam quaecunque in eo deerant, facile omitti potuerunt librarii socordia, in codice y vero duas habemus glossas, quas sine dubio de consulto breviores reddidit librarius (gl. *Θεογείτων* et *Οἰνόη*). Quodsi porro recordabimur, in eodem codice fuisse additamenta nonnulla spuria, librarium codicis y maiore licentia usum fuisse censebimus, quam eum, qui alterum librum exaraverit. Quae cum ita sint, quid refert, in singulis litteris omnia vitia, quae in altero utro leguntur, enarrare, ut ex eorum numero de codicum bonitate iudicium feramus?

Unam tantum glossam commemorare velim, in qua cod. z a librario correctus videtur esse. S. v. *Ζεῦξις* enim codices D E recte praebent: *ἄριστος κατὰ τὸν Ἰσοκράτους χρόνον ζωγράφος,* Photius et Suidas hoc modo depravati sunt: *Ἀριστοτέλης κατὰ τὸν Ἰσοκράτους χρόνον ζωγράφου.* Corruptela autem fere eadem scripta legitur in recensione pleniore: *Ἀριστοτέλους τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ζωγράφων.* Atque dubium non est, quin genuina sit lectio codicum D E. Quae

quanquam ab ipso librario ex vitiosa illa restituta esse potest — hoc enim libenter concedo —, tamen, quia hoc abhorret ab huius codicis condicione, quippe quem usquam correctum esse a librario nulla ratione possit demonstrari, verisimilius esse puto, in codice archetypo s fuisse *ἄριστος* per compendium scriptum, quod, postquam ab epitomatore retentum est, parum assecutus est librarius codicis y, recte intellexit is, qui codicem z exaravit. Eodem autem errore implicatus est is, qui operis maioris librorum archetypum scripsit.

Haec habui, quae de ipsius epitomes codicibus dicerem. Quoniam autem in codice D non modo habemus epitomes scripturam, verum etiam nonnullas codicis *Δ* reliquias, restat, ut qua fuerit ille auctoritate quaeramus. Atque difficillimum est iudicium ferre de hac re, primum, quia deperditus est archetypus operis, deinde, quia, etiamsi huius scripturam eruere possumus, tamen ignoramus, utrum aliquid additum sit ab eo, qui recensionem pleniorem confecit, an fuerit iam in codice *Δ*. Sed cum ex hac quaestione instituenda nil proficere velimus, nisi ut codicis D et recensionis plenioris textum interpolamentis liberemus, non multum refert, unde ea, si quae sint, profecta sint. Nonnullos autem ex opere ampliore libros, velut B C F H K L, vehementer spuriis additamentis esse vexatos, vix est quod commemorem, quia ea additamenta, quae horum tantum codicum auctoritate firmantur, ad archetypum non sunt referenda.

Atque una et viginti glossae in sola recensione pleniore leguntur: *ἁγνεύετε τὴν πόλιν. ἀνδραποδιστής. Ἀντιφῶν. Ἀντίπατρος. ἀπίλλειν. ἀπόληξις. Ἀπόλλων πατρῷος κτλ. ἀπὸ μισθωμάτων. Ἀργινοῦσαι. Ἀργαῖος. Ἀριοβαρζάνης*[1]). *Ἀρίστυλλα. Ἀφαρεύς. Δαιδάλου ποιήματα. Δωριεύς. Εὐωνυμεῖς. καὶ γὰρ τὸ μηδένα κτλ. κόβαλοι. μόθων. Περίανδρος. Φιλίσκος.*[2])

[1]) Secundum Bekkerum quidem deest haec glossa in D E, num autem etiam codex x ea caruerit, dubium est, cum apud Suidam glossa exstet haec: *Ἀριοβαρζάνης· ὄνομα κύριον.* Sed possunt haec verba a Suida sumpta esse ex alio fonte, sicut gl. *Ἀρδαῖος* et *Ἀριαῖος*. Etiam in lexico Seg. haec epitomes glossa desideratur.

[2]) Sed fortasse rectius est, hanc glossam hic praetermittere. Nam exstat haec glossa apud Photium: *Φιλίσκος· ὄνομα κύριον,*

Quibus glossis adiungendae sunt eae, quas ex epitomes codicibus unus Parisinus exhibet, quia etiam hae ex codice *Δ* manaverunt. Sunt autem de vocibus *ἀποικία*, *γναφεύς*, *διωμοσία*.

Quae glossae omnes a viris doctis genuinae habentur praeter tres (*κόβαλοι*, *μόθων*, *γναφεύς*), quas Dindorfius, tanquam essent interpolatae, e textu eiecit, quod descriptae essent ex scholiis Aristophaneis. Quod num recte fecerit, nunc consideremus.

Atque quod has glossas in Aristophanis scholiis eisdem fere verbis scriptas legimus, haec causa non sufficit ad eas delendas, cum etiam aliae glossae Harpocrationeae, quae quin genuinae sint, nemo dubitabit, eisdem fere verbis in scholiis illis legantur, velut *βαλβῖσιν* (cf. schol. ad equ. 1159), *δήμαρχος* (cf. schol. ad nub. 37), *Κεραμεικός* (cf. schol. ad equ. 772). Sed tamen in glossis *κόβαλοι* et *μόθων* multa conveniunt ad Dindorfii sententiam comprobandam. Primum enim utraque glossa extra litterarum ordinem legitur. Deinde utraque sumpta est ex eodem scholio (ad Plut. 279). Accedit, quod vocabulum *μόθων* neque in integris oratorum scriptis neque in in fragmentis nobis occurrit. Postremo vero vocabulum *κόβαλος* ab Harpocratione explicatur s. v. *κοβαλεία*, cui gl. *κόβαλοι* apte neque adiungi neque inseri potest. Neque sequendus est Lobeckius (Aglaoph. p. 1313), qui verba *κόβαλοι δαίμονές εἰσί τινες σκληροὶ περὶ τὸν Διόνυσον* ponere vult ante verba *οὐ γάρ, ὥσπερ ἔνιοι λέγουσιν κτλ.*, quod — utor autem Lobeckii verbis — 'Cobali satellites sunt Dionysi, non ipse deus *κόβαλος* existimandus.' Sed cum Philochori verba eam ob causam citentur, ut synonyma esse vocabula *κόβαλος* et *βωμολόχος* demonstretur, verba *κόβαλοι — Διόνυσον* Philochori fuisse nequeunt. Accedit, quod Harpocratio, si omnino invenisset hanc definitionem: *κόβαλοι δαίμονές εἰσί τινες σκληροὶ περὶ τὸν Διόνυσον*, longe aliter glossam suam composuisset; non vocem *κόβαλος* derivasset a *κοβαλεία*, quod facit, sed *κοβαλεία* a *κόβαλοι*. Scripsisset igitur fortasse: *κοβαλεία· Δείναρχος ἐν*

---

quam ex epitome depromptam esse etsi non pro certo affirmari potest, tamen verisimile est. Quod autem Suidas eam neglexit, non mirabimur, cum is sex de hoc nomine proprio glossas enumeret.

τῇ κατὰ Πυθέου εἰςαγγελίᾳ. κόβαλοι δαίμονές εἰσι — Διόνυσον· ἀπὸ τούτων ἡ κοβαλεία.

Quae cum ita sint, mihi quidem dubium videtur non esse, quin librarius posterior interpretationem, quam in scholiis Aristophaneis invenit, margini ascripserit, unde postea in textum pervenerunt. Quod si confitemur, ne illud quidem negabimus, ab eodem homine etiam verba, quae de voce μόθων legimus, in lexicon nostrum illata esse.

Transeamus nunc ad glossam γναφεύς, quam ipsam quoque ex scholiis Aristophaneis (ad Plut. 166) interpolatam esse Dindorfius contendit, nulla tamen causa allata. Num fortasse vir doctissimus offendebat in eo, quod interpretatio versatur in rebus orthographicis et etymologicis? Sed eadem multis glossis Harpocrationeis tractantur. An Dindorfius nullum indagavit locum, ad quem haec glossa spectaret? Sed ego obiter quaerens incidi in duos eiusmodi locos, apud Lys. 3, 16 et Aeschin. 1, 124. Atque quonam glossa sit referenda', facile est cognoscere, nempe ad Aeschinis orationem. Quod colligo ex ea glossa, quae proxime sequitur. Legimus enim ibi: Γόργυρα· τὸ κατὰ γῆς ὄρυγμα· Δείναρχος, Αἰσχίνης. ἔστι καὶ παρ' Ἡροδότῳ ἐν γ'. Recte offenderunt viri docti in illo Δείναρχος, Αἰσχίνης. Primum enim vox γόργυρα ab Aeschine non usurpatur; deinde autem a consuetudine huius lexici plane abhorret, quod duo oratores coniunctione καί non interposita iuxta commemorantur. Quamobrem Valesius coniecit scribendum esse Δείναρχος ἐν συνηγορίᾳ Αἰσχίνῃ, quae oratio laudatur s. vv. κλιμάζῃ, πινάκια, φρυκτωρῶν, alibi. Sed quanquam vox γόργυρα in hac oratione potest a Dinarcho usurpata esse, tamen verba Δείναρχος, Αἰσχίνης corrupta esse ex pleno huius orationis titulo veri dissimile mihi videtur esse. Nonne multo facilius illud Αἰσχίνης, quod in fine glossae γναφεύς a lexicographo vel ab eo, qui pleniorem recensionem confecit, erat collocatum, inde casu in proximam glossam devenire poterat, id quod factum est, ut exemplum afferam, s. v. ἀκινάκης? Atque etiam illud pro sententia nostra afferre licet, quod illo Aeschinis loco re vera codices inter se discrepant in scriptura vocis γναφεύς; ei enim, quos Weidnerus complectitur littera A, exhibent γναφεύς, ceteri κναφεύς. Nonne Harpocratio, si in

suo exemplari eandem lectionis differentiam invenerat, hac re facile potuit adduci, ut glossam de hoc vocabulo componeret?

Quae cum ita sint, quoniam gl. γναφεύς exstabat iam in codice Δ, quoniam firmata erat testimonio oratoris, quoniam scripturae differentia plane digna erat, de qua verba nonnulla fierent, haec verba in textu relinquenda esse censeo, sed ita, ut nomen Aeschinis e glossa γόργυρα remotum in fine glossae γναφεύς ponamus et in primo enuntiato τοῦτο οἱ παλαιοὶ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ γ pro γ cum scholio Aristophaneo scribamus κ. Si autem quaerimus, utrum codices recensionis plenioris veram formam servaverint an D, hanc laudem illis esse dandam puto.

Hae erant glossae, de quibus pluribus erat disputandum. Reliquas vero, quas supra (p. 187) enumeravimus, cur interpolatas esse existimemus, nulla est causa. Quomodo autem factum sit, ut in epitome hae glossae desiderentur, utrum caruerit eis iam is liber, quem epitomator excerpsit, an ab hoc ipso sint praetermissae, certo definiri nequit. Fortasse vero Boysenus (p. 5) recte iudicat, cum ex omnibus his glossis tredecim in littera Α legantur, reliquae per totum lexicon sint distributae, epitomatorem primum sibi proposuisse, ut glossas exiguas tenuesque neglegeret, deinde autem uno tenore codicem excerpere maluisse, quam in unaquaque glossa, num satis digna esset, quae retineretur, secum reputare.

Atque dies me deficiat, si enumerare velim ea supplementa, quibus singulas recensionis plenioris glossas auctas invenimus. Sed quoniam hoc non tam pertinet ad auctoritatem eorum codicum, ex quibus recensiones nostrae fluxerunt, quam ad utriusque epitomatoris rationem, qua uterque in opere condendo utebatur, hoc praetereundum esse puto. Illud tamen addere velim, inter omnia haec additamenta duo esse, quae spuria esse ab omnibus viris doctis conceditur. S. vv. enim Λευκάς et Λέχαιον Strabonis nomen falso illatum esse docuit Meinekius (in praef. ad vindic. Strabon. p. VIII), cuius ad argumenta nihil habeo, quod addam.

Minus vero recte a Dindorfio s. v. ἐπαιρόμενος uncis inclusa sunt verba ex Aristophanis Nubibus (v. 41) laudata. Quanquam enim illo poëtae comici loco non passivum ἐπαίρεσθαι legitur, sed activum ἐπαίρειν, tamen apte lexicographus

hos versus attulit, quippe in quibus vox *ἐπαίρειν* eodem sensu usurpetur, quo apud Demosthenem (29, 22) in hisce verbis: *ἢ κέρδεσιν δι' ἀπορίαν ἐπαιρόμενος.* Utroque enim loco significat haec vox 'adducere'.

Quae cum ita sint, quattuor tantummodo recensionis plenioris locis spuria additamenta invenimus: s. vv. *κόβαλοι* (cf. p. 188). *Λευκάς. Λέχαιον. μόθων* (cf. p. 188). Quae num fuerint iam in codice *Δ* diiudicari nequit.

Multo vero longius progressus est in interpolatis glossis investigandis Bernhardyus (p. 15), qui non modo eas glossas ab Harpocratione abiudicat, 'quae neque coniunctae sunt cum oratoriis litteris nec firmantur testimoniis et auctoritatibus doctis' — haec enim verba eius sunt —, verum etiam plurimas earum, quae extra litterarum ordinem reperiuntur. Sed cum multae ex his glossis etiam in epitome legantur, eas fuisse efficitur iam in codice s antiquissimo, de cuius auctoritate iudicium ferre non possumus, priusquam, quibus fontibus Harpocratio usus sit in lexico condendo, extra omnem dubitationis aleam positum sit.

ERNESTUS HERFORTH:

DE DIALECTO CRETICA.

Monumenta dialecti Creticae diutius nota enumerat Gust. Hey in diss. Lips. quae inscribitur de dialecto Cretica, Dessaviae 1869 prolata, p. 5. His accedunt:

Inscriptiones Creticae Deli repertae quae publici iuris factae sunt in Bulletin de correspondance hellénique 1879, III p. 292 (in Caueri delectu[2] 120) et 1880 IV p. 351 (= Cauer[2] 132).

Inscriptiones Apteraeorum. Ed. Haussoullier in Bull. de corr. hell. 1879 III p. 418 sqq. Sunt duodecim tituli aut titulorum fragmenta minime ampla, ex quibus maioris pretii sunt secundus et quintus (in Caueri delectu[2] 130 et 131).

Fragmentum inscriptionis Gortyniae ed. Haussoullier in Bull. de corr. hell. 1880 IV p. 463 (= Roehl IGA 477).

Fragmentum inscr. Cret. in Mittheilungen des deutschen archäol. Inst. 1885 p. 92.

Haec duo fragmenta paucas memorabiles formas exhibent.

Inscriptiones Creticae quas in lucem protulit Haussoullier in Bull. de corr. hell. 1885 IX p. 1—28. Ex his imprimis octava, decima, undecima propter amplitudinem nominandae sunt.

Latiorum et Oluntiorum foedus (tituli CIG 2554 simillimum), quod Venetiis repertum edidit Comparetti in museo italiano di antichità classica 1885 I p. 144—45.

Primum locum tenet magna lex Gortynia aestate a. 1884 inventa. Iuris publici fecerunt Fabricius in Mitth. d. dtsch. arch. Inst. 1884 IX p. 363—84 et Comparetti in mus. ital. 1885 I p. 233—252. Accedunt fragmenta legis Gortyniae duo postea inventa in mus. ital. I p. 277.

Multum valent ad antiquam dialectum Creticam accuratius cognoscendam inscriptiones Creticae in mus. it. 1886 II p. 129—180 (Epigrafi arcaiche di varie città cretesi) et p. 181—252 (Epigr. arc. di Gortyna). Multae singulares formae hic leguntur.

Minoris pretii sunt inscriptiones quas edidit Novosadsky in Mitth. d. dtsch. arch. Inst. 1886 XI p. 180—184.

De dialecto Cretica qui olim disputaverint affert Hey p. 6. Praeterea respiciendi sunt imprimis:

Gustavus Hey de dialecto Cretica; diss. inaug. Lips. Dessaviae a. 1869.

Ioan. Hugo Helbig, quaestiones de dialecto Cretica; diss. inaug. Lips. Numburgi 1869.

Kleemann, de universa Creticae dialecti indole adiecta glossarum Creticarum collectione; diss. inaug. Hal. 1872.

Helbigii de dialecto Cretica quaestiones grammaticae; Plaviae 1873. Hunc tamen librum ut adipiscerer mihi non contigit.

De inscriptionum nuper inventarum gravissimis dialecti proprietatibus agere solebant qui primi publici iuris fecerunt. Legis Gortyniae dialectum accuratissime tractaverunt Baunackii in libro Die Inschrift von Gortyn, Lipsiae 1885, p. 17—89. Praeterea afferendi sunt: Fr. Buecheler in legis Gortyniae editione in mus. rhen. vol. 40 suppl. a Buechelero et Zitelmanno curata; idemque in mus. rhen. 41, p. 1 sqq. in editione fragmentorum legis Gortyniae; Fr. Blass, Zu den Gesetztafeln von Gortyn, in Jahrb. f. Phil. vol. 131 p. 479—84; Baunackii de recens inventis fragmentis adnotationes in Berliner philol. Wochenschrift 1887 n. 1 sqq. inspicere licuit cum ad finem perducta esset haec dissertatio. Paucas alias virorum doctorum adnotationes quoad necesse videtur alio loco afferam.

Inscriptiones Creticas quae quidem receptae sint in Boeckhii corpus inscriptionum graecarum ex hoc libro (CIG) laudavimus, decreta Teia quae dicuntur ex le Bas Voyage archéologique en Grèce et en Asie Mineure, vol. III nn. 60 sqq. Nota Bergm. inscr. significavimus inscriptionem quam edidit C. Bergmann De inscriptione Cretensi inedita, Berolini 1860. Ceteros titulos qui per multos libros dissipati sunt, ad quos aditus difficilis est, attulimus ex notissimo Caueri delectu inscriptionum Graecarum, ut priorem editionem (1877) significaverimus Cauer[1], alteram (1883) Cauer[2].

§ 1. De *α* correpto.

In usu brevis *α* in dialecto Cretica hae inveniuntur proprietates:

1. Pro Iadis Atthidisque *ε* exstat *α* in *κα* = *κε* in omnis aetatis titulis saepissime;

ὅκα = *ὅτε* mus. it. II p. 190 sqq. n. 55; *ὅκ'* = *ὅκα* leg. Gort. V 5.

τόκα = *τότε* Cauer[2] 121 C 13; CIG 3048, 38; 3049, 24; le Bas 74. 33; Bull. 1885, n. 10, 18; *τόκ'* = *τόκα* CIG 2556, 40; 3058, 29.

πόκα = *πότε* Cauer[2] 121 A 36; CIG 3053, 19; mus. it. II p. 190, n. 53. 54; *μήποκα* ibd. n. 2.

πρόθθα = *πρόσθε* leg. Gort. V 8; VI 24; XI 21; *πρόθα* IX 17; clisum est *α* in *πρόθθ'* IV 52 et *πρόθ'* VII 13.

μέστα (idem significat ac *μέχρι*) Cauer[2] 120, 39.

In posterioribus titulis haec formatio vere Dorica nonnunquam expulsa est volgaribus formis; cf. *ποτέ* CIG 2254, 33; *τότε* ibd. 51; le Bas 72, 40.

2. *ἰαρός* le Bas 75, 44; *ἰαρόν* 72, 43; 76, 30; *ἰαρῷ* Cauer[2] 118, 6. 9; 120, 12. 13. 14. 15; Mus. it. I p. 145, 48. 50; *ἰαρεῖον* leg. Gort. X 38; *ἰάρο(ν)σι* mus. it. II p. 157, n. 10, 2; *καθιάρωσιν* le Bas 64, 9.

Eodem modo dicitur *Ἱαραπύτνα* Cauer[2] 118, 10; *Ἱαραπύτνιος* ibd. 1. 6. 14; Bergm. inscr. 11. 84.

Non dubium est quin hae sint antiquae formae Creticae. Saepius tamen imprimis in decretis Teiis quae dicuntur *ἱερός*, *καθιέρωσις* leguntur; cf. *ἱερός* CIG 2554, 94. 97. 100; 2555; 2556; 2557; le Bas 60 sqq. *Ἱεραπύτνιος* CIG 2556; Eckhel doctrina num. II 313.

Ἀπταραῖος Cauer[2] 130, 4; *Ἀπταραίων*, *Ἀπταρέων*, *Ἀπτε-*

ραίων Eckhel II 304; semper *Ἀπτέρα, Ἀπτεραῖοι* dicitur le Bas 75, 1. 26. 47. 52. 56.

Ἀρταμιτίου mensis nomen legitur CIG 3052, 1. Ceterum a dialecto Cretica *α* in hac voce alienum est. Cf. *Ἄρτεμιν* leg. Gort. III 7/8; Cauer[2] 121 A 25; CIG 2554, 181; le Bas 75, 56.

τράπεν = *τρέφεν* leg. Gort. III 49; *τραπέθαι* VIII 50. 53; *τραπῆται* XII 28; *ἐπιτραφῶ* CIG 2555, 21; *ἐ]πιτραφίω* Cauer[1] 40 = Herm. 4, 266, l. 13; *ἐπιτραφῆν* Bergm. inscr. 12. 14.

τάμνω = *τέμνω* exstat in *ἀποταμνῆται* CIG 2554, 16; Bull. 1885, 8, 8. 11.

ἁτέρω = *ἑτέρου* CIG 2554, 111; *ἁτέ[ρος* mus. it. I p. 144, 33 certum est. *ἅτερον* leg. Gort. II 43; *μηδατέρῳ* I 22; *μηδατέρᾳ* mus. it. I p. 144, 19. Recens forma est *ἕτερον* CIG 2554, 55.

3. Singulares sunt duae antiquae dativi plur. formae in *-ασι*, *πλίασιν* Cauer[2] 121 B 31 et *υἱάσι* leg. Gort. IV 37.

4. De *Ϝειπάτω, Ϝειπάμενος, Ϝειπάθθω* cf. § 52.

5. Antiquum Doricum *α*, pro quo apud Iones Atticosque *ο* exstat, servatur

a) in *Ϝίκατι* = *εἴκοσι* leg. Gort. IV 13; XI 48; *Ϝίκα[τι* mus. it. II p. 190, n. 80; *ἴκατι* Bull. 1885 p. 1 sqq., n. 10, 14. *πεντακατίος* Bull. 1885 n. 10, 16.

b) *ἰάττᾳ* (ex *ἐσντja*) = *οὔσῃ* (ex *ἐσόνσῃ*) leg. Gort. VIII 47. Cf. *ἔασσα* apud Ahrensium de dial. ling. gr. II 324.

6. *κι-άται* = *κεῖ-νται* exstat in Bergmanni inscr. 22.

7. In verborum compositorum prioris partis exitu *α* legitur

a) in *ἱστοριαγράφων* pro *ἱστοριογράφων* le Bas 82, 12, ut mera vocis stirps etiam in compositione servata sit;

b) in *πεντηκονταστατήρω* leg. Gort. II 38, pro qua forma ex similibus formationibus *πεντηκοντοστατήρω* exspectamus, ut *α* assimiletur antecedenti *ο*; sed haec assimilatio hic neglecta est.

8. Ex glossis quae contra volgares leges *α* exhibent afferre mihi liceat *ἄερσαν· ἔρσην* et *ἄναιρον· ὄνειρον* apud Hesychium.

Contra *ἄβραχεν, ἄδειρεν, ἄσβεσθε,* quae apud eundem leguntur ita ut augmenti loco *α* sit ne nunc quidem exemplo probantur.

9. De *ας* correpta vocali in acc. plur. primae declinationis cf. § 37, 4.

§ 2. De *α* producto.

1. Vetus et genuinum *α*, quod apud Iones Atticosque abiit in *η*, servatur

a) in verborum stirpibus:

ἁγουμένοις Cauer[1] 44, 28; *ἁγεμόσι* ibd.;

ἀρχαγέτας le Bas 76, 34 alibi;

ἀζάμιος le Bas 72, 42; 74, 34;

Ἀθαναία Cauer[2] 117 saepius; 118, 10 alibi;

Ἀθανᾶ Cauer[1] 44, 97; CIG 3048, 41;

ἁλικία Cauer[1] 44, 88;

Ἅλιος Cauer[2] 121 A 27 alibi;

ἀλλάλος Bull. 1885, p. 1 sqq., n. 11, 17. 23 et saepissime. Haud dubie etiam in *ᾶλος* pro *ἄλλος* productio suppletoria quae dicitur facta est. Locos quibus legitur attulimus omnes § 19, I.

ἁμέρα saepissime;

ἁμός, ἁμεῖς, ἁμῶν, ἁμίων § 42, 1;

Δάματρος CIG 2557 B 21;

δᾶμος, ἐπίδαμος leg. Gort. VIII 37/38; *ἐνδάμιος* le Bas 76, 45; *δαμόσιος* CIG 2554, 149; *δαμοκρατίαν* Cauer[1] 44, 14; *Δαμοκάδηος* Bull. 1879 p. 418 sq., n. 3 c;

καδεστάς leg. Gort. II, 18. 29; III, 50 alibi;

καρυχθῆμεν Cauer[2] 130, 8/9; cf. ibd. 10;

κλᾶρος leg. Gort. V, 27; *κλαρῶται* apud Hesychium;

κράνα Cauer[2] 121, 33;

μάτηρ, μάτρωα, ματρώανς; *ματρῷον* in leg. Gort.

ναός cf. § 38, 7; *ναεύῃ* leg. Gort. I 39. 42; *ναωσαίεν* Bull. 1885, p. 1 sqq., n. 10, 24.

πολιάτας leg. Gort. X 35; XI 14; *πολιατεύῃ* ibd. IX, 33. Postea volgo *πολίτας* legitur; cf. CIG 2556, 20. 39; le Bas 72, 26; 76, 39; Cauer[2] 131, 4; 132, 17. 32; *ἰσοπολιτεία* saepissime in decretis Teiis;

πράδδεθθαι leg. Gort. I, 36; *πρᾶξιν* Cauer[2] 120, 37; *πραγμάτων* Bull. 1885 p. 1 sqq., n. 11, 16;

στάλα Cauer[2] 117, 10; 118, 7. 9 alibi;

ψαφίζομαι Bull. 1885, n. 11, 4 ac saepius; *κσακίδονσι* mus. ital. II p. 190 sqq., n. 82, 1; *ψάφισμα* Cauer² 120, 46; *Τᾶνα, Τᾶν* = *Ζῆνα* cf. § 39, 16.

Non semel fit, ut formae cum *η* inveniantur in inscriptionibus posterioris aetatis, quae meram dialectum Creticam non exhibent ut *Ζηνός, Δῆνα, Τῆνα* § 39, 16; *ἀζημίοι* CIG 3048, 40; *ἡμῶν* le Bas 75, 30 alia pauca. Sed tamen si imperatorum aetatem non respicimus satis magna constantia hoc *α* retinetur, id quod multo minus dici potest de *ω*, pro quo saepius exstat *ου*.

b) in flexione primae declinationis *γυνά, δικαστάς, ἀμέρας, τιμάν*.

c) in flexione verborum, quorum stirpes in *α* exeunt: *νικάσαι, ἀτάσει, ἀταθείη, νικαθῇ, ἀταμένος, δεδαμναμέναν, καταστασεῖ, καταστάσαι, συνβέβακε, ἕστακε, τετνάκῃ, τνατός*.

d) in omni genere verborum quae derivata sunt a stirpe in *α* exeunte si fit productio vocalis:

μνάμων leg. Gort. IX, 32; XI, 16; *ὑπόμναμα* Cauer² 121 D 10;

βοαθιόντων Bull. 1885, n. 8, 8. 13; *βοαθούντων* Cauer¹ 44, 81; *βοαθησίω* CIG 2554, 190; *βοαθησεῖ* le Bas 76, 36; cf. etiam ibd. 75, 45; 77, 29; CIG 3052, 41. Praeterea forma non Dorica *βοηθούντων* Cauer¹ 44, 65 alibi legitur.

e) in formis *ἕστα, ἀπέστα*, cf. § 54, 1.

f) in aoristo activi et medii verborum in *-αινω*: *ἐνίκανε, ἀνκανάμενος* § 50, 10.

g) in terminatione primae personae sing. med. *συνεθέμαν* CIG 2555, 23.

h) in augmentatione et reduplicatione verborum quae *α* in fronte habent, ut *διακούσαμεν* le Bas 62, 5; *ἀδικήκῃ* leg. Gort. VII, 13; *ἀταμένος* X, 21.

i) in nominibus in *-ότας, -ότατος*. Leguntur *οἰκειότατος* CIG 3050, 15; 3049, 6: *οἰκειότατα* le Bas 63, 6; 73, 6; Cauer² 118, 4.

2. Singularis est formatio *συναγαγά* Bull. 1885 p. 1 sqq., n. 12, 1. 2. Lectio certa videtur esse ut dicatur velut Doricum

θᾶκος pro *θῶκος*. Ceterum alibi exstat *ἀγωγά*; cf. CIG 2556, 59; Cauer² 118, 8; le Bas 82, 12; Bull. 1885, n. 8, 15.

3. Ex indicativi correpto *α* productum videtur esse *ᾱ* in coniunctivis verborum in *-αμι* et *-αμαι*:

δυνάμαι Cauer² 121 A 41; *νυνάται* leg. Gort. VIII, 20. 32; *συνιστάται* Cauer¹ 44, 51; *ἰθθᾶντι* Bergm. inscr. 54; *ἀποστᾶντι* Cauer² 121 C 19; *ἐπιστᾶντι* CIG 2556, 68; *ἰσᾶντι* CIG 3053, 11; *(νυ)νάνται* leg. Gort. XII, 32. Similem igitur formationem in his coniunctivis statuo atque eam quae est in verbis in *-ω* (*λέγομαι, λέγεται* — *λέγωμαι, λέγηται*). Contractas has formas esse (ex *δυνα-ωμαι, νυνα-ωνται*) propterea veri simile mihi non videtur, quod in antiqua dialecto formae non contractae exspectari debent.

4. De *πεπάται* cf. § 53, 5.

5. *ἐπαβολά* leg. Gort. V 50 respondere videtur Ionicae formae *ἐπηβολή* pro *ἐπιβολή*. Cf. thes. l. gr.

§ 3. De *ε*.

1. Nonnulla verba in *-εω* in formatione temporum ut in ceteris dialectis brevem vocalem non producunt. Huc pertinent: *αἱρεθέντες, αἱλεθῇ, ἀρέθη* § 50, 2. Eandem formationem sequitur *αἱρέσιος* le Bas 76, 25; *ἐπαινέσαι, ἐκαλέσαμεν, παρεκαλέσαν, τελεσάντων, ἐπιτελεσθῇ*.

2. In infinitivis usitatissima dialecti terminatio est *-εν* pro Ionum *-ειν*:

a) in infinitivis praesentis verborum in *-ω*, velut *τίκτεν, χαίρεν, φυλάδεν, πεδέχεν* alia; cf. § 46.

b) in infin. verborum in *-εω*, ut *δοκέν, καταμετρέν, ϝοικέν, ϙοσμέν*; cf. § 47, I.

c) in infin. praes. verborum in *-αω* ut *συλέν* § 47 II.

d) in infin. futuri. Unum *ἑξέν* semel legitur; cf. § 48.

e) in infin. aor. sec., ut *ἐλθέν, ἀφελέν, ἐξελέν, ἐνβαλέν*; cf. § 52.

3. *εν* semper legitur in tertia pers. plur. optat. act.: *εἶεν, πραξαίεν, ἐμμενοίεν*; § 45, 3.

4. Saepius in recentioribus titulis tertia pers. plur. ind. aor. passivi formatur in *εν* pro *ην*, ut *διελέγεν, ἐπεμελήθεν*; § 51.

5. ε exstat in nominativo ἀμές et accusativo ἀμέ; cf. § 42, 1. ὑμές et ὑμέ certa sunt, sed casu non leguntur.

6. Ante vocales ε rarius est, quod in antiquiore et severiore dialecto Cretica abire solet in ι; cf. § 5, 4. Retinetur tamen ε:

a) in flexione nominum in -ευς: Ϝοιχέος, Ϝοιχέα, δρομέες, δρομέανς; cf. § 39, 11. Putaverit quispiam quoniam una eademque nota significentur in antiquis inscriptionibus ε et η, Ϝοιχῆος, δρομῆες transscribendum esse, ut apud Iones ηος, apud Boeotos ειος dicantur. Sed posteriores inscriptiones tanta constantia εος, εα, εων, εας exhibent, ut non liceat dubitare quin ηος, ηες, ηας omnino aliena sint ut a ceteris Doriensium dialectis ita etiam a Cretica. Videtur igitur ab hac in ι immutatione ε defendisse genuinum Ϝ, quod inter has duas vocales exstabat.

b) In recentioribus inscriptionibus saepissime ante sequentem vocalem ε servatur et in verborum et nominum flexione; cf. § 15.

De χρέος et ϑεός cf. § 5, 4.

7. Saepissime in recentiore dialecto ante sequentem vocalem hyphaeresis ε fit:

a) in coniugatione verborum in -εω, ut eodem modo flectantur ac verba in -ω. Eicitur igitur ε ante ο:

in imperativo praesentis διαπολεμόντων;

in particip. praes. κοσμόντων, κατοικόντας, ἐπιορκόντι aliis;

in imperfecto ἀπεστάτον; § 47 I;

in indic. fut. πειρασόμεν, βοαϑησόμεν, τελόμαι, χαριξόμεϑα, πειρασόμεϑα;

in part. fut. πρεσβευσόντας; cf. § 48.

Ante ε excidisse videtur ε:

in infin. praes. in εν verborum in -εω et -αω; cf. § 47;

in infin. fut. in εν; § 48;

in infin. fut. med. in -εσϑαι; cf. συντελέσϑαι § 48;

in tertia persona sing. ind. fut. medii in -εται; cf. τελέται § 48.

Genuinum -εεν, -εεται, -εεσϑαι nunquam legitur, sed aut hyphaeresin patitur aut contractionem in ην, ηται, ησϑαι. At-

que *εται* quidem et *εσθαι* semel tantummodo leguntur, contra *εν* iam antiquo tempore usitatum fuisse videtur praeter *ην*, ut satis docent antiquae formae *ϙοσμέν, κορτικωνέν* aliae. Satis certum non est num etiam infinitivi praesentis et aoristi secundi in *εν* referri debeant ad *εεν*, quod non constat etiam *ην* formatum esse in his infinitivis.

b) In flexione nominum *ε* excidit

ante *ο* in genetivo *Ἀριστοκλέος* pro *Ἀριστοκλέεος*; § 39, 10.

ante *ε* in nominativo *Πριανσιές* CIG 2556, 30 pro *Πριανσιέες*, quam formam cur mutemus iustam causam non habemus quod infinitivis illis optime defenditur, etsi illud quoque facile potuit fieri, ut errore lapicidae alterum *ε* omitteretur.

8. Mirum est *ε* in *ἵλεος* pro *ἵλαος*. Antiqua et vere Cretica forma videtur esse, etsi tantummodo in recentioribus titulis legitur. CIG 2555, 26; Bergm. inscr. 71. 75; Cauer[2] 117, 7. 18. 25; 121 C 6.

9. *ε* pro aliarum dialectorum *α* est in *ἐρσένες* leg. Gort. X, 52; *ἐρσένων* X, 49.

10. *ε* pro volgari *ο* exstat

a) in *Ἀπέλλωνα* Cauer[2] 121 A 19. 23; *Ἀπέλλωνος* ibd. 132, 45. 48;

b) in *ὀδελόν* = *ὀβολόν* leg. Gort. II, 14; *ὀδελόνς* ibd. II, 15; *τριοδελόν* Mitth. d. dtsch. arch. Inst. 1885, p. 92; mus. it. II p. 165, n. 8, 3.

Alibi semper *Ἀπόλλων* dicitur. Cf. CIG 2555, 13; 2557 B 22; Cauer[2] 117, 11. 14. 20; 120, 12. 15; Bull. 1885, n. 14.

ὀδολκαί· ὀβολοί· Κρῆτες apud Hesychium et *ὀβολούς* Cauer[1] 44, 27 volgare *ο* prae se ferunt.

11. De *ἐς* pro *εἷς* ex *ἐνς* vide § 32, 7.

12. De *ἐς* pro *ἐκ* cf. § 21, 2.

§ 4. De *η*.

In antiqua lege Gortynia et inscr. Cretica in mus. ital. II p. 190 sqq. n. 82 *η* propria nota non significatur, sed *ε* et brevem et longam vocalem reddit. Quare nonnunquam dubium esse potest, utrum in transscriptione *ε* an *η* ponendum videatur

esse, ubi utrumque dictum esse in linguae Graecae dialectis constat. Tum unum rei diiudicandae subsidium relinquitur usus recentioris dialecti.

1. Vetus ac genuinum *η*, quod omnium dialectorum proprium est, exstat in:

ἤ aut;

μή, μηδέ, μηδέν, μήτις, μηδένα aliis saepissime;

ἡβίων, ἡβίονσα, ἄνηβος leg. Gort.;

ἡμίναν leg. Gort. II, 49; III, 36 saepius;

θηλείαι leg. Gort. X, 51. 53;

μηνός CIG 2554, 207. 210; 2556, 4; Cauer[1] 44, 72; Cauer[2] 121 C 20; *μηνί* CIG 2556, 62; *μηνσί* leg. Gort. VII, 46; *διμήνῳ* CIG 2556, 68; *τριμήνῳ* Cauer[2] 121 C 28; *ἑξαμήνῳ* Cauer[2] 120, 20.

κηρεύονσα leg. Gort. III, 53; IV, 9;

in stirpibus *γνη-, κλη-, πλη-, κτη-, βλη-, ῥη-, χρη-* (*κρη-*) et verbis quae ab his derivantur:

γνήσιος leg. Gort. X, 41. 45. 48; XI, 7; Cauer[2] 132, 41;

ἐκκλησία CIG 2556, 34; Cauer[1] 44, 91; *παρακλήσιος* Bull. 1885 n. 11, 21; *ἔνκλημα* Cauer[2] 120, 30;

πληθύν leg. Gort. VI, 52; *πλῆθος* Cauer[2] 121 C 35; 132, 17; le Bas 72, 22; *πλήθει* Cauer[1] 44, 95;

ἔνκτησιν CIG 2556, 13; le Bas 76, 41; Cauer[2] 118, 8; *ἀνεκτημένοι* Bull. 1885 n. 11, 23; *κτησίων* ibd, 17;

Περιβλήμα[*σι* Bull. 1885 n. 10, 21;

ἀπορρηθέντι leg. Gort. XI, 17; *διρήσιος* ibd. IX, 36; *τἄρρητα* CIG 2554, 80; *ἰρήνας* Bergm. inscr. 9. 68; *εἰρήνα* Cauer[2] 117, 9; 130, 12; 131, 11; 132, 36;

χρήσιμα CIG 2554, 220; *παραχρῆμα* Cauer[1] 44, 87. 91; *κρήματα, χρήματα* saepius; eodem modo *κρῆος* transscribendum esse censemus in leg. Gort. III, 11. 40; VI, 27; IX, 19; X, 24. 31. Nam pro *κρέος*, quod nonnulli editores, in his Comparetti, volunt, ex legis dicendi genere exspectamus *κρίος*, quod revera exstat; cf. § 5, 4 l. Contra *χρῆος* constat forma *χρήια* Cauer[2] 121 B 41 et apud Hesychium.

Κρησίν Cauer[2] 118, 5; *Κρήτας* saepius Cauer[1] 44; *Κρητογενία* CIG 2554, 178.

Antiquum η expulsum est α producto in πλᾶθος CIG 3048, 21.

2. η ex ε productum est.

Ac duae quidem si originem spectas rationes cognosci possunt. Una ea est, ut productio efficiatur consona quadam eiecta. Et hic quidem in dialecto Attica ει oriri solet. Fit autem productio suppletoria quae dicitur

a) in multis omne genus formis:

Ϝῆμα (= εἶμα) ex Ϝέμμα, Ϝέσμα (cf. ἄεμμα, γέμματα apud Hesychium) leg. Gort. III, 38; Ϝήμας ibd. V, 40;

ἦμεν (cf. εἶ-ναι) ex ἔσμεν; cf. § 54, 8;

Δηράς (cf. δειρά) CIG 2554, 134. 169;

ἥσθων (cf. sed-eo) CIG 2554, 56; καθήσθω CIG 2556, 34. 36;

πρήγιστος CIG 2562, 23 ex πρέγγιστος, πρέσγιστος; cf. πρεγγευτάς, πρεσγευτάς § 22, III;

ἀνπιδήμας leg. Gort. V, 40;

κσηνίω, quod in leg. Gort. XI, 16 Baunackii scribunt, non probatur exemplis dialecti Creticae. Apud le Basium quidem 72, 44 ξένια legitur; mus. ital. II p. 163, n. 3, 4 κσεν . . . .; ibd. p. 190 sqq. n. 61 κσενοδό[ϙῳ; ibd. n. 82, 4 κσένιον. Semper igitur ε scribitur. Quare etiam in leg. Gort. l. l. κσενίω legere necesse est. Etiam κήρανς leg. Gort. I, 26. 34 veri simile non est. In inscriptione quidem Cauer[2] 120, 31. 61 χέρα legitur.

b) in verbis liquidis in ηλω pro ελλω, ελjω. Paucae tantummodo praesentis formae leguntur in lege Gortynia:

ὀπήλων = ὀφέλλων, ὀφείλων IX, 26; X, 20; XI, 32; ὀπήλη ibd. IX, 36. 39.

Similiter in aoristo ηλα pro ειλα dicitur, ut ἀποστηλάντων, ἀποστηλάνσας, παρανγήλαν[τες; cf. § 50, 10.

In recentioribus inscriptionibus saepius volgares formae in ειλα leguntur, ἀπέστειλαν, παραγγείλωντι.

Possis etiam σπήρω pro σπείρω exspectare in antiqua dialecto Cretica, sed eiusmodi forma non exstat. CIG 2556, 18 σπεῖρεν legitur.

Alterum productionis genus fit in formatione temporum et modorum verbi. Huc spectant:

a) *η* in tertia persona sing. coniunctivi medii praesentis et aoristi, ut *τραπήται, ὀπυιήται, ἀνδεκσήται, ἐκςαννησήται, γενήται.*

b) *η* in futuro, aoristo, perfecto verborum in *εω*, velut *συμμαχησῆν, ἐκςαννησήται, ἀδικήκῃ.*

Eodem modo explicatur *η* in nominibus de his verbis derivatis: *ποιητᾶν* CIG 3053, 9; le Bas 82, 8. 12; *συνθήκα* CIG 2554, 38. 46. 90; Cauer[1] 44, 48. 79. 85. 86 saepius.

De *ἐπιμωλισάτω, ἀναιλίθαι* cf. § 5, 10.

3. *η* pro *ει* legitur in

δηαί· ζειαί· Κρῆτες apud Hesychium et in Et. M.; *Ϝοιζήα* mus. it. II p. 190 sqq., n. 35. 36 pro *Ϝοιζεία* et ibd. n. 51 *Ϝοιζηαζε* . . . pro *Ϝοιζειαζε* . . . legi videntur.

His exemplis nixi etiam in lege Gortyn. III, 41. 52; IV, 18/19 *Ϝοικήα*; ibd. IV, 3 *Ϝοικήας*; ibd. II, 8. 10 *Ϝοικήαν* scribendum esse censemus.

4. Antiquum et omnium dialectorum proprium est *η* in optativo *εἴη, ἀταθείη, ἀποθείη, δοίη*;

5. in aoristi passivi formis: *διελέγην, διελέγησαν, καρυχθῆμεν, δοθῆμεν*;

6. in numeralibus: *πεντήκοντα* leg. Gort. I, 29; II, 24; IV, 12; Cauer[2] 121 D 35; *πεντηκονταστατήρω* leg. Gort. II, 38; *Ϝεκσήκοντα* ibd. VII, 12; *ὀγδοήκοντα* Cauer[2] 121 A 12;

7. in tertiae declinationis nominibus in *ηρ, ης*:

ἀνήρ leg. Gort. III, 17. 38 ac saepius;

πατήρ ibd. IV, 21. 49 alibi;

μάτηρ ibd. VI, 32; VII, 7; VIII, 52;

στατῆρα, στατήρανς saepissime in leg. Gort. et alibi;

σωτήρας Bull. 1885, n. 11, 28;

Κωρήτας CIG 2554, 130. 184; 2555, 14; Cauer[2] 117, 14. 21; mus. it. I p. 145 l. 60 76;

λέβητα, λέβητος, λεβήτων, λεβήτας mus. it. II p. 190 sqq. n. 1. 5/6. 14/15. 43. 47. 57. 81, 7.

Eandem normam sequuntur verba, quae de his nominibus derivantur:

σωτηρία CIG 2554, 1; Cauer[1] 44, 63; Bull. 1885, 11, 11;

δικαστήριον CIG 2556, 49. 60. 65;

λαστήρια Cauer[1] 44, 52. 80;
νικατήρια Cauer[2] 121 D 26;
ἐπικριτήριον CIG 2556, 67; Bergm. inscr. 52. 53;
ὁρματήρια Cauer[1] 44, 10;
Ἐπιστατήριος· Ζεὺς ἐν Κρήτῃ Hesych.;

Μενεκλῆς, Λυσικλῆς alia. Ex nominativo *η* etiam in accusativum *Μενεκλῆν, Λυσικλῆν* irrepsit; in *Μενεκλῆ* contractione *η* ortum est.

Huc pertinet etiam *Ϝαρήν* ad stirpem *Ϝαρ(ε)ν, Ϝαρν-*, cf. *ἀρνός, ἀρνί*, in mus. it. II p. 190 sqq., n. 53. 54, si vera est opinio Comparetti.

8. Augmento adiecto *η* fit in verbis, quae *ε* in stirpis fronte habent; cf. *ἤιε* ad *ει-, ἤνθον*.

Forma non Dorica est *εἶκεν* de *ἔκω*, quod loco difficillimo leg. Gort. fr. A 4 non recte scribere vult Buecheler.

9. In *η* formantur in dialecto Cretica adverbia locum ubi significantia, *ἦ, ὁπῆ, Ϝεκατέρη*, quibus in deterioribus titulis nonnunquam falso adscribitur *ι*: *ᾗ, ὁπῇ*. Cf. § 43, 7.

Cum his adverbiis cohaerere videtur pronomen *κῆνος*, quod in leg. Gort. fr. A 4 proposuerunt viri docti, sed certum minime est.

10. Singularis est perfecti formatio in nonnullis verbis, quorum stirpes duas in fronte habent consonas. Reduplicationis enim non factae supplementum quoddam accipiunt *η*. Sunt autem: *ἠγραμμέναν* Cauer[2] 117, 4; *ἠγραμμένον* Bull. 1885, 12; *ἠγραμμένα* mus. it. II p. 157 n. 10, 3; *ἀπήστελκε* Cauer[2] 132, 5/6. De veritate formarum certe dubitare non licet. A lege Gortynia haec scriptura aliena videtur esse, ut satis docet *ἐγράτται* in fr. A 11 et B 6. Hic igitur reduplicationis vice fungitur augmentum in eiusmodi verbis.

11. Memoria dignum est *ἠ* pro Atticorum *εἰ*. Legitur cum *κα* coniunctum in leg. Gort. I, 23. 34. 52; IV, 31. 44; V, 9; VII, 6; IX, 37. Aliis locis non recte legitur ab editoribus ita ut *κα* absit quod volgari linguae Graecae usui repugnat. Potius leg. Gort. IV, 16 legatur necesse est *ᾧ δέ κα μήτις ᾖ στέγα ὁπυῖ ἐπελευσεῖ ἠ αὐτὸν μὴ ὀρῇ*, ut *αὐτόν* pronomen relativum excipiat. Exstat autem enuntiatum relativum pro condicionali li-

beriore usu, ut etiam III, 9. Similiter VII, 54 scribendum est *αἰ δέ κα τῷ ἐπιβάλλοντι ἠβίονσα μὴ λῇ ὀπυιέθαι ἢ ἄνωρος η ὁ ἐπιβάλλων*; IX, 44 *αἴ τις κα πέρα συναλλάκσει ἢ ἐς πέρας ἐπιθέντι μὴ ἀποδιδῷ*. Etiam fr. A 14 *ἡ καταοκέν ἠ* falsum iam Buecheler intellexit. Haud dubie hic quoque *ἢ* statuendum est; cf. § 23, 1 a. Unus locus leg. Gort. VI, 1 *θυγατρὶ ἠ διδῷ κατὰ τὰ αὐτά* relinquitur, ubi *ἠ* cum mero coniunctivo construitur. Blass (ann. phil. 1885, 131, p. 479 sqq.) *διδοῖ* indicativum esse vult, sed non solum forma ipsa veri similis non est, sed etiam legis structura syntactica coniunctivum verum esse probat. Facillimum est putare omissam esse hoc loco errore particulam *κα*.

§ 5. De *ι* correpto.

1. *ἰῷ* leg. Gort. VII, 23; VIII, 8; cf. § 44.

2. De dativo *Ϝίν* leg. Gort. II, 40 cf. § 42, 3, de *ἐμίν* Cauer[1] 40, 11 § 42, 1.

3. Nomina in *ις* in antiqua dialecto per omnes casus stirpis *ι* retinent, ut flectatur *περιστάσιος, πρυτανίες, δυναμίων, πολίας*; cf. § 39, 12. Dativus in *ισι* nunquam legitur, sed haud dubie ita formatus est. In dativo sing. *ιι* in *ι* contrahitur; cf. § 16, 1.

Ceterum in posterioribus titulis *ι* saepissime cessit volgari *ε*.

4. Ante *α, ο, ω* pro *ε* exstat *ι*:

a) in flexione nominum in *ης, Σωτοκύδιος, Διοτέλιος, ἐμφανία, δυοδεκαϜετία, ψουδία*; cf. § 39, 10.

b) in flexione nominum in *ος, τίριος, μέρια*; cf. § 39, 9.

c) in genetivis pronominum *ἁμίων* et *ὑμίων*; cf. § 42, 1. 2.

d) in coniugatione verborum in *εω* et *αω* et in flexione futuri:

in indic. praes. *ἐπαινίομεν*;

in coni. praes. *ὁμολογίωντι, ἀποπωνίωντι, παρκαλίωντι*;

in optativo praes. *ἐπιορκίοιμεν, πωνίοι, πωνιοῖεν, ἀννίοιτο*;

in imperativo praes. *ἀποπωνιόντων*;

in participio praes. *Ϝοικίων, καλίων, δατιομένοι, μωλιόμενα*; cf. § 47, I; *ἠβίων, τιμίονσα, ἐπαριόμενον, ὁρμιομένων*; cf. § 47, II;

in imperfecto ἐκοσμίον, ἐκορμίον;

in indicat. futur. ἐμμενίω, πραξίομεν, ἐμμενίοντι, χαριξιόμεθα;

in partic. fut. δεισκίων cf. § 48.

e) in coniunctivo συνθιώμεθα a stirpe θε- Cauer[1] 40, 12; mus. ital. I p. 145, 82.

f) in coniunctivo et participio copulae ἦμεν postquam stirpis ἐσ σ excidit, ἴωμεν, ἴωντι, ἰών, ἰόνσα, ἰάττᾳ; cf. § 54, 8.

g) in κιάται Bergm. inscr. 22, quae forma praeclare respondet Ionicae formae κέαται apud Homerum et Herodotum. Cf. Kuehneri gr. gr. I p. 664.

h) in stirpe πλι- pro πλε-: πλίας, πλία, πλίασιν, πλίον, πλίονα; cf. § 41, 1. Certe Baunackii non recte ι longum esse volunt. Nam πλίες, πλία, πλίας prorsus eaedem formae sunt ac πλέες, πλέας, πλέα in dialecto Ionica. Etiam in πλίον, πλίονος ι breve esse docet recentior formatio πλέονες, πλέον. Quod praeterea bis πλεῖον legitur nihil valet. πλῖες, πλῖα certe, ut ῑ pro ει sit, nullo modo probari possunt, quod πλεῖες omnino non exstat in ulla dialecto.

In his formis omnibus ε in exitu stirpis collocatum est, sequens α, ο, ω ad flexionis suffixum pertinet. Sed etiam in media voce ante has vocales ι pro ε exstare solet; velut

i) in nominibus in -ιός, -ιά pro Ionicae dialecti εός, εά:

ἀδελπιός leg. Gortyn. VIII, 42; ἀδελπιῶ ibd. II, 22; V, 3; VIII, 21; ἀδελπιῷ ibd. VII, 16; ἀδελπιοί ibd. V, 14; VII, 19. 21; ἀδελπιῶν ibd. IV, 22; V, 15; VII, 22. 25; X, 51.

ἀδευπιαί (cf. § 12, IV) leg. Gort. V, 18;

δωριάν Mus. ital. II p. 190 sqq., n. 83. 84, 1.

k) in nominibus in -ιων, -ιωνος exeuntibus. Huc pertinet Περιστεριῶνα CIG 2554, 143.

l) in voce κρίος pro κρέος in genetivo κρίως Mus. it. II p. 157 n. 10, 7. In recentioribus titulis volgare ε legitur. Cf. χρέος Bull. 1885 p. 1 sqq. n. 10, 11.

m) in θιός pro θεός:

θιός Bergm. inscr. 64 (43. 80); θιοί mus. it. II p. 190 sqq. n. 82, 1; θ]ιοί etiam ibd. n. 83. 84, 1 legi videtur. ἀλλωσιώς (pro ἄλλως θιώς) CIG 2554, 185 aperte scribitur. Cf. § 21, 4. Θιοδαισίω Cauer[2] 120, 7; Θιοδαίσια mus. it. I p. 145, 43.

In recentioribus tamen inscriptionibus plerumque θεός invenitur. Cf. CIG 2555, 15. 18. 26; le Bas 62, 10; 64, 12; Cauer² 117, 7. 15. 18. 21. 24; ibd. 132, 13; Θεόδοτον Cauer² 118, 3; θεοδαισίοις CIG 2554, 31.

Stirps θι- subest antiquiori formae θῖνος pro θί-ινος, § 16, 2, θε- recentiori θεῖνος pro θέ-ινος; cf. § 15, III 5.

Quam late haec ε in ι mutatio in media stirpe in antiqua dialecto patuerit non certum est. Dubium igitur est, num ἀνανεωμένος Cauer² 132, 13; 118, 4 respondeat antiquiori formae ἀνανιωμένος. In flexione quidem nominum et verborum ea lex est, ut in antiquis monumentis ante α et ο (ω) semper ι dicatur praeterquam in nominibus in ευς (cf. § 3, 6 a), in recentibus aut volgare εα, εο, εω legatur aut contractio vocalium fiat.

5. Ante ε exstat ι pro ε in πλίες (§ 41; 1), quae forma ex analogia formarum πλίας, πλία, πλίονος orta videtur esse. In coniugatione εε et εη iam in antiquissima dialecto contrahuntur (cf. § 15), in declinatione εε non mutatum servatur, τρέες, υἱέες; cf. § 15 II. Huic legi repugnant paucae recentioris legis Gortyniae fragmenti formae. Sunt: ἐπιδιέθαι leg. Gort. fr. B 5; ἐπιδιέθθαι ibd. 8; ἐπιδιῆται ibd. A 8; ἐπεδίετο ibd. B 14, quas formas Blass recte a verbo ἐπι-δέω (vincire) derivare videtur.

6. ε ante ι servatur, ut etiam in antiquissimis inscriptionibus inveniamus κάρτει, Ϝέτει.

7. Ante υ semel ι dicitur in πλίυι leg. Gort. XI, 5.

8. Vocali non sequente ι pro ε exstat his in vocibus:

τίριος· θέρους· Κρῆτες apud Hesych.;

Ἱστία Bergm. inscr. 60. 76. Aliis locis semper Ἑστία legimus. Cf. CIG 2554, 176; 2555, 11; le Bas 76, 49; Cauer² 117, 13; 121 A 14; mus. it. I p. 145, 73.

Constanter ἰν et ἰς dicitur pro ἐν et ἐς in inscriptionibus Vaxiorum nuper inventis, quae publici iuris factae sunt in mus. it. II p. 129 sqq.: ἰν mus. it. II p. 131, n. 1/2, 3. 5. 8. 15; ἰνθέμεν ibd. l. 10; ἰνῆμεν p. 162, n. 2, 4; ἰς ibd. n. 8, 6; p. 157, n. 10, 13; ἰςς (cf. de scriptura § 29, I 1) ibd. p. 131, n. 1. 2, 12; ἴναντι ibd. p. 131, n. 1. 2, 1.

Praeterea ἰν semel legitur in inscr. Cretica in CIA II 547, 8 et ἴττον apud Hesychium, si quidem idem est atque ἔντον,

quod minime constat. In ceteris dialecti Creticae monumentis hae formae non leguntur, ut quidem imprimis in antiqua lege Gortynia semper ἐν et ἐς exstant.

9. Singularis est forma τρίινς (§ 44), quod nihil aliud videtur esse quam τρῖ-νς, ut orthographiae tantummodo licentia statuenda sit.

10. Mirae sunt formae επιμολισαιο leg. Gort. IX, 28. 29, quod facile mutatur in ἐπιμωλισάτω, et ἀναιλίθαι ibd. XI, 4, ut dicantur pro ἐπιμωλησάτω et ἀναιλῆθαι. Et editores quidem omnes praeter unum Buechelerum reiciunt quasi ι sculptoris culpa pro η scriptum sit, ille autem monet ne veras formas deleamus. Ac pro certo quidem quidquam statui non potest. Nimirum offendimur, si tantum numerum formarum ex volgaribus legibus formatarum duabus obstare videmus; sed respiciendum est non solum in pronuntiatione cotidiani sermonis imprimis ante sibilantem facile ι sonare potuisse, sed etiam illud multum valere in linguis analogiam. Nonne praeter legitimas formas ἀναιλιόμαι, ἀναιλιώνται etiam ἀναιλιέθαι aut contractione quadam ἀναιλίθαι, aut ut ἐπιμωλίω ita ἐπεμώλισα dici potuerunt? Quare traditas formas mutare non audeo.

ι pro η etiam Bull. 1885, p. 1 sqq. fr. 2 exstare vult Haussoullier in Ἀθιναίᾳ. Sed haud dubie legatur necesse est τὰ θῖνα αἰ δ' ἀ .... Denique Bull. 1885 n. 21 τὶν σώφρονα invenitur pro τὴν σώφρονα. Hic tamen certe nihil nisi lapicidae error statuendus est.

§ 6. De ι producto.

ῑ nonnunquam pro volgari ει dicitur, velut

1. Ϝίκατι, ἴκατι § 44 pro εἴκοσι; Ϝικαδίων CIG 2598, 2; cf. Εἰκαδίων apud Roehlium IGA 235.

2. ἰρήνα pro εἰρήνα Bergm. inscr. 9. 68.

§ 7. De ο.

1. De ος in acc. plur. secundae declinationis cf. § 38, 3.

2. In leg. Gort. fr. A 13. 17 in neutro τὸ καρταῖπος (cf. τὰ καρταίποδα leg. Gort. IV, 36) haud dubie ο non ω scriben-

dum est. Nam a stirpe ποδ- in neutro genere ω alienum est. (In οὖς diphthongus explicatur stirpis longa vocali ὠτ-ός, ὤτ-ων.) Praeterea autem forma probatur ab Hesychio, qui πόρ a Laconibus (ut rhotacismus in hac dialecto usitatissimus est) pro πούς dictum esse testatur et Doriensium et πώς et πός propria fuisse docet.

3. ο pro volgari α est in stirpe γροφ-: ἀπόγροφον Bergm. inscr. 55; ἐνγρόφω Cauer² 120, 16. 31. 35. 60.

Ceterum semper α servatur non solum in verbo γράπω, γράφω (saepissime in lege Gortynia et alibi) et iis formis, in quibus μ sequitur vocalem (γράμματα leg. Gort. VI, 15; XI, 20; XII, 19; διάγραμμα Bergm. inscr. 56. 57), sed etiam in his formis: ἀντίγραφον le Bas 81, 16; Cauer² 132, 52; ἐγγράφω ibd. 14;

ἀροπῆσαι (i. e. idem atque ἀραβῆσαι)· παταγῆσαι apud Hesychium;

ἀβλοπές· ἀβλαβές apud eundem, quae forma probatur substantivo ἀβλοπία in mus. ital. II p. 141 n. 3, 10.

4. Ex genuino ϝ ortum esse volunt viri docti ο in

Ὀράτριος Iovis cognomine (pro ϝράτριος) CIG 2555, 11; Bergm. inscr. 61; Cauer² 117, 13. 19;

Ὄαξος pro ϝάξος. Cf. Eckhelium, doctr. num. II, 305; Ὀάξιον Bull. 1880 p. 350;

de Ὀλυσσήν egit Ahrens, de l. gr. dialectis II, 50.

5. Forma ἱερoργός pro Atticorum ἱερουργός invenitur Bull. 1885 n. 13, 3, ut contractione non facta ε eiectum sit. Similiter δαμιοργός alia in dialectis Doricis leguntur.

6. Nonnunquam in posterioribus inscriptionibus ο pro ω legitur, quod aut ad neglegentiam sculptoris aut ad pronuntiationis licentiam referendum esse videtur; velut in coniunctivis πράξοντι Cauer² 121 C 32/33. 37; ἀποδόται CIG 2556, 24; aut in Κορήτας ibd. 2555, 14.

§ 8. De ω.

In antiqua lege Gortynia, recentioris cuiusdam leg. Gort. fragmento, inscriptionibus quae publici iuris factae sunt in mus. ital. II p. 129—180 et 181—252 ω eodem signo exprimitur at-

que *o*. Sed nunquam fere de vera transscriptione dubitationes esse possunt. Nimirum *πονίο* est *πωνίω*, i. e. *φωνέω*; *βολά* *βωλά*, *βουλή*; *δõλος δω̃λος* pro *δου̃λος*. *ἀπώμοτον* leg. Gort. XI, 28, non *ἀπόμοτον*, eodem modo *ἐπώμοτον* mus. it. II pag. 190 sqq. n. 43. 44, *ὀρ]ϙωμότας* ibd. n. 40 scribendum esse et ceteris dialectis probatur et exemplo recentioris tituli apud Cauerum[2] 121 B 21, ubi *συνωμοσίας* legitur.

In una voce *μολίω* et quae ab ea derivantur verbis: *ἀπομολίω*, *ἐπιμολίω*, *ἀνπιμολίω*, *ἀντίμολος*, quae saepissime exstant in lege Gortynia, discrepant inter se virorum doctorum sententiae. Ac Buecheler quidem in mus. rhen. vol. 40, 479 Photii et Suidae glossa *ἑτερομόλιος δίκη· εἰς ἣν οἱ ἀντίδικοι οὐχ ἧλθον* nixus cogitat de stirpe *μολ-* quae est in *ἔμολον*, Comparetti (in mus. it. I p. 260), Baunackii (in legis ed. p. 63) alii stirpem *μωλ-* esse volunt conferentes illi quidem *μωλεῖ· μάχεται καὶ ἀντιμωλία* (haec vox coniecturae debetur) *δίκη εἰς ἣν οἱ ἀντίδικοι παραγίνονται* apud Hesychium et ibd. *μωλήσεται· μαχήσεται.* Et hanc quidem sententiam veram esse censeo. Nam ut non dicam verbi *μολέω*, *μολη̃σαι* formas omnino adhuc repertas non esse, in altera illa derivatione satis mirum est, quod nihil nisi eundi vis in verbi stirpe insit. Quanto facilius intellegitur pugnae imaginem translatam esse ad litem, ut etiam *ἀγωνίζεσθαι*, *ἀγών* hoc sensu dictum esse novimus! Non igitur dubito *μωλη̃ν*, *ἀντίμωλος* scribere.

1. *ω* productum est ex *o*

a) in coniunctivis *ἴωμεν*, *συνγιγνώσκωντι*;

b) in formatione temporum verborum in *-οω*: *δολωσάθθαι*, *ναωσαίεν*, *περαιώσει*;

de coni. perf. *ἐςτετεχνώται* cf. § 53, 5;

c) in augmentatione verborum quae *o* in fronte habent, ut *ὤπνιε*;

d) in adiectivorum comparatione, ut *ὁρχιώτερον* alia;

e) in nominativo non sigmatice formato nominum, quorum stirpes in *-ον* aut *-οντ* exeunt, *μνάμων*, *καλίων*, *δεικσίων*.

2. Productione suppletoria quae dicitur *o* producitur ex Doricarum dialectorum legibus in *ω*, ut soleat esse pro Atticorum *ου*. Hoc fit

a) in accusativo pluralis secundae declinationis in paucis recentibus titulis; cf. § 38, 3.

b) in dativis in -ωσι pro -ον(τ)σι: ἐῶσι, ἄγωσι; cf. § 39, 7 c.

c) in femininis in -ωσα pro -ουσα (-οντjα): ἐώσας, ὑπάρχωσαν; cf. § 39, 7 c.

Et -ωσι et -ωσα sunt terminationes vere Doricae, sed satis antiquae in dialecto Cretica hae formae non sunt, quod νσ diutissime servatum est. Ceterum saepissime in deterioribus titulis volgare ου irrepsit.

d) in nonnullis verborum stirpibus:

βωλά CIG 3049, 2; le Bas 62, 3; 64, 2; 75, 3; Cauer² 121 C 18. 22; D 2; 131, 1; Bull. 1879 p. 418 sqq. n. 2ᵃ, 8; ibd. n. 6 saepius; mus. ital. II p. 157 n. 10, 13; ibd. p. 190 sqq. n. 80, 4.

βωλόμαι CIG 2554, 26; 2556, 48. 52; 3050, 19; 3052, 29; 3058, 21 alibi; le Bas 73, 29; 74, 24 alibi; CIA II 547, 6; Cauer² 118, 16.

βωλευόμαι CIG 2554, 213; 2555, 8; Cauer² 120, 4; mus. ital. I p. 144, 20; βωλουομέναις CIG 2556, 74.

ἐπεβωλεύσαν Cauer² 121 D 18.

Εὐβώλῳ Cauer² 120, 59.

δῶλος pro δοῦλος leg. Gort. I, 4. 8. 15 ac saepissime; δώλαν ibd. II, 11. 16; δῶλα ibd. VII, 3. 5; καταδωλώ[θαι mus. ital. II p. 190 sqq. n. 82, 3.

Κωρῆτες CIG 2554, 130. 184; Cauer² 117, 14. 21; mus. ital. I p. 145 l. 60. 76.

Κώρα dea CIG 2567, 2.

φρώριον Bull. 1885 p. 1 sqq. n. 8, 8. 12.

Cf. etiam κωραλίσκος· μειράκιον· Κρῆτες apud Photium.

Praeterea saepius Doricum ω in recentioribus titulis expulsum est volgari ου, ut dicatur

βουλά CIG 2557 B 1; Cauer² 130, 1;

βουλόμενοι CIG 3049, 15; 3048, 29; le Bas 72, 31; βουλευσαμένοις Cauer² 120, 51;

Βούλω Mitth. 1886 p. 180 sqq. n. 2, 15;

φρούρια CIG 2554, 17.

Διοσκουρίδης Cauer² 132, 2. 3. 27. 28.

3. Vere dorica forma est ὦν CIG 3053, 11; Cauer² 132, 20; saepius tamen est οὖν CIG 3048, 25; 3052, 29; le Bas 72, 26; ὁτιοῦν CIG 2556, 22; ὁστιςοῦν Cauer¹ 44, 64.

4. *ω* exstat in genetivo singularis secundae declinationis pro *οο*. Haec contractio iam facta est in antiquissimis inscriptionibus. In titulos initio fere secundi a. Chr. saeculi conscriptos irrepsit *ου*.

5. De adverbiis in *-ω*, *ὦ*, *τούτω* cf. § 43, 11.

6. *Λατώ* accusativum plerumque format in *-ῶν*, praeterea tamen etiam in *-οῦν*. Cf. § 39, 13.

7. Mirum est *Ἐρωνίων* le Bas 76, 17. 22 pro *Ἐραννίων* ibd. 1. 36. 38. 40. 47. Contra semper dicitur *Βιαννίων* le Bas 77, 1. 2. 14.

Praeter *Ῥαυκίων* le Bas 63, 1. 2. 6. 12; Eckhel doct. num. II, 320 etiam *Ῥωκίους* ibd. 3/4 legitur. Et hic quidem *ω* contractum potest videri ex *αο*, ut constat in variis dialectis transiisse *ο* in *υ*.

§ 9. De *υ*.

1. *Ὑππάγραν* CIG 2554, 107 pro *Ἱππάγραν* et *Ὑππασίαν* ibd. 127. 128 pro *Ἱππασίαν* dictum esse, quod olim coniecerunt viri docti, postea negaverunt, nunc constat inscr. in mus. ital. I p. 145, l. 52 *Ἱππάγ[ρα]ν*. Cf. etiam l. 59, ubi *Ἱ[ππασίαν* pro certo debet haberi.

2. *Υ* pro *ο* legitur, ut similia in omnibus dialectis inveniuntur, in *Ἑκατωνύμου* CIG 3051, 4; *Ἀριστονύμω* ibd. 2554, 210; *Ὀνυμάρχω* Bull. 1885 n. 13, 3; denique *ὀνυμαίνω* fortasse dicitur in mus. it. II p. 149 n. 8, 4, quamquam antecedens aspirata offendere potest animos nostros. Facile tamen una littera excidere potuit, ut non *καθονυμαιν* . . ., sed *καθὸ ὀνυμαιν* . . . scribendum sit.

τοὔνομα Cauer[2] 121 C 34 volgare *ο* exhibet; cf. *ἐξονομαινόντες* ibd. C 36.

§ 10. De *ᾳ*, *ῃ*, *ῳ*.

1. *ᾳ* exstat

a) in dativo sing. primae declinationis: *χώρᾳ*, *Ϝᾷ*, *ἀπομοσάνσᾳ*, *πάστᾳ*;

b) in adverbiis modi: *κοινᾷ*, *ἰδίᾳ*, *ᾇ*, *ὁπᾷ*, *ταυτᾷ*; cf. § 43, 6;

c) in tertia pers. sing. coni. praes. et aor. verbi *ἱστάμεν*: *ἀποστᾷ*. Eadem formatio est in breviore perfecti forma *συν-[ε]θθᾷ*, si recte suppletum est ε in Bergm. inscr. 67.

d) in *λᾳστάς, λᾳστηρίον* Cauer[1] 44, 79. 80.

e) in aoristo *ᾁρέθη* pro *ᾑρέθη* Cauer[1] 44, 101; Cauer[2] 132, 53 ex volgaribus dialecti Doricae legibus.

2. *ῃ* dicitur

a) in coniunctivis *ἄγῃ, μέλλῃ*; *ἀποθάνῃ, καταλίπῃ*; *ἀδικήκῃ, τετνάκῃ*; *αἰλεθῇ, κριθῇ*; eodem modo *δόξῃ, ἀδικήσῃ* in posterioribus titulis. Contra in fr. leg. Gort. in aoristis sigmatice formatis *ει* constat idemque propter sermonis similitudinem scribendum videtur esse in magna lege Gortynia. Cf. § 49, 1.

b) in adverbio *διπλῇ* mus. it. II p. 190 sqq. n. 27; n. 63. Ceterum cf. § 43, 10.

De *ἑκατέρῃ* pro *ἑκατέρη* cf. ibd. 7.

c) in formis recentissimis *ἤμῃν* pro *ἤμεν* Cauer[2] 121 B 3. 36; ibd.[1] 40, 15 (= Herm. IV p. 266); *εἴῃ* ibd.[2] 121 C 29.

3. *ῳ* exstat

a) in dat. sing. sec. declin.;

b) in coniunctivis *διδῷ, ἀποδῷ*.

4. Saepe iota subscriptum quod dicimus in posterioribus titulis non adscribitur. Hoc prorsus alienum est ab antiquis inscriptionibus, ut in lege Gortynia ne unum quidem eiusmodi *ι* deest. Saepius omittitur in foederibus Creticarum urbium et in decretis Teiis:

καταλύη Cauer[1] 44, 69; *ἦ* le Bas 75, 51; 76, 37; *ἀναγραφῆ* ibd. 76, 9; *συλάση* Bull. 1885 n. 10, 11; *ἐμβέη* cf. § 15 VII.

Semper deest Bull. 1885 n. 8 in coniunctivis: l. 7. 11 *πολεμῆ*, 8 *καταλαμβάνη*, adscribitur dativis similiterque Cauer[2] 130, 10 *καρυχθῆ* exstat, etsi dativis iota nunquam deest.

ἐν Τέω le Bas 62, 12; CIG 3049, 23; *ἐν ὁποίω* le Bas 75, 14; *ἑκάστω* Cauer[1] 44, 26; *ἐν πολέμω καὶ ἐν εἰρήνα* [2] 131, 11; *ἐν τῷ ἱερῶ* 132, 48; *τᾶ εὐσεβεία* le Bas 72. 17.

Cf. etiam Bull. 1885 n. 13. 23. 27; *λαστήρια, λαστάς* Cauer[1] 44.

5. Vice versa in decretis Teiorum non semel fit, ut genetivis errore lapicidae addatur iota; cf. *Ἀπολλοδότῳ* le Bas 62

4. 5; *παρὰ τῶ δάμῳ* 63, 3; *καταξίως τῷ θεῷ* 64, 19; *περὶ τῷ γενέσθαι* 65, 8; *Κωλώτᾳ* 62, 5; *τοῦ πρεσβευτᾶ Περδίκκᾳ* 70, 19; 74, 19.

§ 11. De *αι, ει, οι υι.*

I. 1. Ut in ceteris linguae graecae dialectis *αι* exstat in multis verborum stirpibus, ut *αἴτιος, γυναικός, δαῖσις, καί, αἰλεθῇ* aliis;

in flexione nominum et verborum *θηλείαι, αἷς, ἐγράτται, δέκσαιτο, ἐπισπένσαι, ὠνῆθαι*;

in verbis liquidis in *-αίνω*: *ἐξονομαινόντες* Cauer² 121 C 36; *φαινῆται* 132, 21; *φαινώμεθα* CIG 2557 B 13; *ἀμπαινέθαι* leg. Gort. X, 34; *ἀμπαινέθθω* XI, 18. Est igitur haec formatio antiqua nec *ὀνομάνω* similia exstant quae exspectare possis propter *ὀπήλω*.

Etiam *καρταῖπος* leg. Gort. fr. A 13. 17 optime respondet Ionicae dialecti *καρταίποδες*, neque dubium videtur esse quin etiam IV, 36 *καρταίποδα*, non *καρτάποδα* dictum sit.

2. Ante vocales *αι* saepissime legitur: *δικαίαν* leg. Gort. IX, 6; *Ἀμυκλαῖον* III, 8; *ἐπιπολαίων* V, 41; *περαιώσει* VII, 12; *Ταλλαῖος, Ἀγοραῖος* Cauer² 121 A, alibi; *Ἀθαναία, Μαλλαῖος, Λαππαῖος* alia; *αἰεί* leg. Gort. XI, 26; CIG 3050, 23; 3053, 19; le Bas 64, 23; 77, 31.

In recentioribus inscriptionibus non semel diphthongi *ι* ante vocalem eicitur: *ἀγελάοι* Cauer² 121 A 10; *ἀεί* CIG 2556, 40; 3048, 38; 3049, 25; 3050, 11; 3058, 29; le Bas 72, 15. 40; *ἀείμναστος* Cauer² 132, 39.

3. Memoria digna sunt verba *θοαίω* et *λαγαίω*, quae leguntur in mus. it. II p. 190 n. 70 *θοαίοι* et ibd. 82, 4 *λαγαίεν*. Praeter *λαγαίω* brevior stirps *λαγα-* subest aoristo *λαγάσαι* leg. Gort. I, 5. 24/25. Cf. *λε-* et *λει-* § 11, Π 4.

4. Singulare est *αι* in *ἄναιρον* pro *ὄνειρον* apud Hesychium, ut assimilata sit diphthongus *ει* antecedenti *α*.

5. *μαῖτυς* leg. Gort. I, 13. 19. II, 20; *μαίτυρα* I, 20; *μαίτυρες* IX, 34. 36. 46; X, 32; mus. it. II p. 190 n. 81, 6; *μαιτύρων* leg. Gort. I, 40; II, 28. 33; III, 21. 46. 55; fragm. B 9; *μαιτύρανς* III, 51; IV, 8; V, 52; IX, 39; XI, 27; frgm. B 13/14;

μαιτυρ . . . mus. ital. II p. 173 n. 2, 10 (= Bull. 1885 p. 1 sqq. n. 6). Has quidem formas easdem esse ac *μάρτυς, μάρτυρος* pro certo haberi debet, etsi quomodo ortae sint adeo non constat ut non alius aliud indicet.

Eodem modo *Πρίανσος* (cf. § 32, II 2) idem ac *Πρίαισος, Πρᾶσος* (ex *Πράνσος*) idem ac *Πραῖσος* videtur esse. Cf. Eckhel, doctr. num. II p. 319.

II. *ει*.

1. *ει* ut volgo exstat in *δείκσει, δεικσίων*; *κατακείμενον*; *Ϝείπωντι*; *ἐν-σείῃ* leg. Gort.; *εἰρήνα* aliis vocibus; etiam *Ποτειδᾶνι, Ποσειδᾶν* (cf. § 39, 14) pro antiquiore *ι* dialectorum Doricarum volgare *ει* exhibet.

Optativi formae *εἴη, ἀποθείη, ἀταθείη* aliae a ceteris dialectis non discrepant.

2. *ει* ante vocales saepissime exstat. Singulare tamen illud est quod nonnunquam in dialecto Cretica producitur in *ηι*. Ut videamus quam antiqua sit haec scriptura, proficisci necesse est ab iis inscriptionibus, quae maxime prae se ferunt antiquitatis vestigia, sed *η* ab *ε* discernunt. Atque in fragmentis quidem inscriptionum Creticarum in mus. it. II p. 129 sqq. et 190 sqq. et *ει* et *ηι* legitur:

ἀντρηίῳ p. 131 n. 1. 2, l. 8. 15; *ἀντ]ρήιον* ibd. l. 14; p. 190 sqq., n. 55, 5; sed *ἀτελείας, ἀτέλειαν* in eadem illa inscriptione p. 131 n. 1. 2, l. 3. 15; *Κυδαντείοις* p. 157 n. 10, 12; *διπλείαν* ibd. n. 10, 7.

Etiam in ceteris inscriptionibus, quae haud dubie recentiores sunt his fragmentis, *-ήιον, -ήια* ita legitur, ut praeterea saepius volgares formae in *-ει-* adhibeantur. Leguntur autem: *πρυτανήιον* CIG 2554, 51; *πρυ]τανήιον* Cauer² 118, 15; *ἀνδρήιον* CIG 2554, 52; 2556, 38; *Δωρηίαν* CIG 2554, 136; *Δρομηίω* CIG 2556, 4; *πρειγηία* CIG 2556, 29; mus. it. I p. 144, l. 22; *οἰκηίως* Cauer² 118, 13; *χρηίαν* mus. ital. I p. 144, l. 17; *ἀρχηίας* Bull. 1885 p. 1 sqq., n. 8, 1. A decretis Teiorum haec scriptura prorsus aliena est nisi quod *Τηίοι* dici solet. Cf. le Bas 60 sqq. Potius semper invenimus *οἰκεῖος, οἰκειότας, συγγένεια, ἀσφάλεια, θεῖος* alia. Iam vero quaeritur, quomodo in lege Gortynia scribenda videantur esse eiusmodi verba. Et hic quidem certum iudicium non habemus. Legitur quidem in

leg. Gort. fr. B 6—8 *αἰ δέ κα τετνάκῃ ἢ μὴ νυνατον ηἴη*, sed hoc *ηἴη* recte se habere pro *εἴη* minime certum est. Nam offendimus quod *αἴ κα* cum coniunctivo additur optativus. Praeterea autem iure dubitare licet num ante *ι* illud optativi proprium *ε* quod ad verbi stirpem pertinet productum videatur esse. Mea quidem sententia *ἦ* scribendum est, sive cum Buechelero *ἦ ἢ* intellegimus, ut errore membrum omissum sit, sive *η* per dittographiam esse censemus. Qua re hoc loco niti non possumus, sed concedendum est certam rei diiudicandae rationem deesse. Quoniam tamen *ηι* magis antiquioris quam recentioris dialecti proprium fuisse videtur et vere Creticum est ex aliis dialectis non receptum, praeferimus *ἰαρήιον, ἑταιρηίᾳ* X, 38. Contra *θηλεῖαι, εἴη, θείη* scribimus.

Recentioris aetatis est quod iota diphthongi ante sequentem vocalem eicitur. Huc pertinent *ἀτέλεα* CIG 2556, 22 et *ὑγιέᾳ* 2557 B 23.

3. De adverbiis in *-ει*, ut *πεί, ὅπεῖ, ἀτελεῖ* cf. § 43, 10.

4. Memoria dignum est, quod praeter formam *λέω*, quae est in coniunctivo *λῇ* et optativo *λέοι* (cf. § 47, I ex.), plenior stirps *λει-* exstat in lege Gortynia. Et est hic quidem ea lex, ut ante sequentem *ο* aut *ω* retineatur *ι*, sequente *ε* aut *η* eiciatur, quo facto contractio fit vocalium. Hic quoque dubium est, utrum *λείων, λείωντι, λείοντος* an *λήιοι, λήιωντι, λήιοντος* transscribendum sit.

Similiter una exstant et *χρει-* et *χρε-*. Ad *χρει-* referenda sunt: *κρεῖος* aut *κρήιος* leg. Gort. III, 14; V, 38; *χρεία* Cauer[1] 44, 19. 40; CIG 2556, 29; *κρηιμένοι* mus. it. I p. 144, 36. Ad *χρε-* pertinent *χρέος* Bull. 1885 n. 10, 11 et antiqua forma *κρίως*; cf. § 5, 4 l.

Praeterea *χρη-, κρη-* dicuntur. Falso igitur *χρά-ομαι, λάω* grammatici statuunt.

5. Antiquissima forma Cretica stirpis *πρεσγ-* (cf. § 22, III 1) est *πρειγ-*, ut iota ex sibilantis sono prodiise videatur, ipsum autem *σ* eiectum sit. Legitur autem in comparativo *πρείγονα* leg. Gort. XII, 34; in superlativo *πρειγίστῳ* VII, 18; *πρειγίστω* VII, 24. 27; *πρειγίστοι* CIG 2554, 57; in substantivo *πρειγεία* 2556, 32; Cauer[2] 120, 18; *πρειγηία* CIG 2556, 29; *πρειγευτάς* 3050, 5. 13. 14; 3051, 8; 3058, 4; le Bas 72, 4. 21. 45; 74, 4.

19; Cauer[2] 120, 26; CIA II 547, 12; in recentiore *πρειςγευτᾶν* CIG 3051, 11, quod ex commixtis formis *πρεσγευτάς* et *πρειγευτάς* factum videtur, non antiquius debet haberi quam *πρειγευτάς*; *πρειγευσάντων* Cauer[2] 120, 1.

6. *ει* semper fere dici solet in stirpe *τειν-*: *ἀποτεινύτω* Bull. 1885 n. 10, 11; *τεισῆται* leg. Gort. fr. A 7; *ἀποτεισεῖ* Cauer[2] 121 D 33. 34; *ἀποτεισάντων* CIG 2554, 39. 46; 2556, 31. 44. 81; Bull. 1185 n. 10, 15. 24; Mus. ital. I p. 144, 29; *ἀποτεισάτω* CIG 2554, 65; 2556, 27. 71; mus. it. I p. 144, 38; *ἐςτεισάντας* mus. it. II p. 190 n. 82, 6; *Τείσων* Bull. 1879 pag. 418 n. 3[b], 7; etiam *ἐςτεισ* .... mus. it. II p. 190 n. 58 et 78 ad *ἐςτίνω* referendum videtur esse.

Contra *τίνω* dicitur in duabus praesentis formis *τίνεν* mus. ital. II p. 190 n. 72 et *τινέσθαι* ibd. 56.

Singularis et recens est forma *γεινέσθαι* pro *γινέσθαι* CIG 2562, 17.

7. Dativus *ἀμεῖν* pro *ἁμῖν* legitur Bull. 1885 n. 11, 11. Similiter in leg. Gort. VII, 40 semel *πρεὶν* exstat pro *πρίν*, quod alibi semper dicitur; cf. I, 9. 31. 33 ac saepius.

8. Verbum *εἴκω* aut *εἴκω* leg. Gort. fr. A 4. 5 viri docti statuunt. *εἴκω* pro *ἔκω* (*ἔχω*) satis mirum est neque ullo exemplo probatur; potius referat quispiam ad *ἔσχω*, ut inter *εἴκω* et *ἔσκω* eadem ratio intersit atque inter *πρειγευτάς* et *πρεσγευτάς*. Qui *εἴκω* scribunt (ut Lewy eumque sequentes Baunackii), verbum statuunt vi deducendi. Nituntur imprimis Hesychii glossa *συνείκει· συμφέρει* et *συνείκῃ* CIG 2140[b].

9. Productione suppletoria *ει* factum est ex *ε* in *εἰς*, quod saepius in recentibus titulis legitur.

Etiam in participiis formae in *εις, εισα, εισι* nonnunquam leguntur. Cf. § 39, 7 c.

10. *ει* exstat in tertia persona coniunctivi aoristi sigmatice formati in leg. Gort. fragmentis: *ἐπελεύσει, δείκσει, παρώσει*. Eandem formationem suspicari licet in magna lege Gortynia; cf. § 49, 1. Postea in his quoque coniunctivis *ῃ* scribi solet. Quod autem Cauer[2] 121 D 33 *φυτεύσει* legitur, vix antiqua forma est, sed licentiae orthographiae tribuenda, ut non aliter accipi debeat ac *συνδοκεῖ* pro *συνδοκῇ* CIG 2557 B 19 aut *πράξοντι* pro *πράξωντι*. Cf. § 7, 6.

III. *οι.*

1. Ante vocales *οι* servari solet ut in *ποιόμενος, εὔνοια, ὁμοίως* aliis. Sed hic quoque *οι* productum invenimus in *ωι*, ut quidem legimus et *Ὑπερβοίοις* Bull. 1885 n. 10, 23 et *Ὑπερβωίοις* CIG 2556, 41. Etiam iota diphthongi eiectum est in *ποήται* Cauer² 130, 3, neque est cur errore omissum esse putemus.

2. Saepe locativi in *οι* formantur a nominibus secundae declinationis: *Λυττοῖ, Ὠλεροῖ, Πριανσιοῖ.*

3. Singulare est *Ποίτιον* Cauer² 121 A 23. Cf. § 23, 1 c

4. Dialecti Creticae propriae sunt formae *ἔξοι* Cauer² 121 B 24; *ἔκσοι* si vere legitur mus. it. II p. 190 n. 83. 84, 5. Cf. *ἔνδοι,* quod Cretibus tribuit Greg. Cor.

IV. *υι.*

1. *υι* exstat in stirpibus verborum *υἱύς* et *ὀπυίεν*. Praeterea tamen iota eiecto dicitur *ὑοθεσία* Cauer² 132, 2. 28; ibd.¹ 44, 102.

2. In *υι* formantur adverbia locum quo motus fit significantia: *υἷ, ὅπυῖ, τυῖ, πλίυι.* Cf. § 43, 9.

3. Dativum secundae declinationis in *υι* pro *ῳ* exire multi contenderunt, sed hoc non probatur exemplis. Cf. § 38, 2.

§ 12. De *αυ, ευ, ου.*

I. *αυ.*

1. Ut volgo *αυ* exstat in nonnullis verborum stirpibus: *αὐτός, ἐνιαυτός, αὖτιν* aliis. Etiam in flexione pronominis *οὗτος* in feminino genere et in nominativo et accusativo plur. generis neutrius semper legitimum *αυ* reperitur neque leguntur formae quales sunt *τούτας* Greg. Cor. 364 et *τουτᾶ* in Epimenidis fragmentis.

2. In Vaxiorum et Rhauciorum nominibus vocales variant. Antiquior forma videtur *Ϝαυξίων* CIG 3050, 13. 17. 23, recentior *Ϝαξίων* ibd. 1. 2. Cf. *Ϝάξος, Ὄαξος, Ἄξος* in nummis. Eodem modo *Ῥαύκιος* et *Ῥώκιος* se habent.

3. In fragmentis inscriptionum Eleutherniorum et Gortyniorum pro *αυ* scribitur *αϜ*: *ἀϜτόνς* mus. it. II p. 163 n. 3, 2;

(ἀ)ϝτας p. 190, 32; αϝτός n. 63; αϝτόν n. 77. 78; αϝτός n. 81, 7; Ἀϝλῶνι p. 83. 84, 3. 4.

α]ϝυτάν pro αὐτάν scriptum videtur mus. ital. II p. 190 n. 80, 2.

II. ευ.

1. ευ pro ου legi videtur in ἀκεύοντος leg. Gort. II, 17, si recte ad ἀκούω refertur. Hoc probatur sensu quod eam sententiam exspectamus affinem stuprum sensisse. Praeterea autem quamquam alibi nusquam ευ pro ου invenitur, ne grammatica quidem ratio obstat, quod in eadem stirpe saepe ευ et ου variant, ut κέλευθος et ἀκόλουθος, σπεύδω et σπουδά, et vice versa quidem ου pro ευ saepe legitur. Quare nec verbum ἀκεύω nec ἀχεύω suspicari debemus.

2. Ἐλευθυίας CIG 3058, 31; le Bas 74, 35; Cauer[2] 120 13. 14.

3. Pro ευ scribitur εϝ in ἐ]ϝεργεσίας mus. ital. II p. 190 n. 83. 84, 2; εϝυ in ἀμεϝυσάσθαι ibd. n. 53. 54.

III. ου.

1. In antiqua dialecto ου unice invenitur in negatione οὐ et in pronomine οὗτος. Postea saepius ου pro ω legimus, quod productione suppletoria ortum est ex ο, imprimis in participiis ut μένουσα, ὑπάρχουσα. Cf. § 39, 7 c. De βουλά, φρούριον cf. § 8, 2 d.

2. ου pro ευ exstat in

οὐε[ργ]έ[τανς CIA II 547, 10; ἐξοδουσάντες CIG 2556, 53; βωλουομέναις ibd. 74; ἐπιτάδουμα Cauer[2] 132, 12. 42; Ἐλουσ[ιν]ίω mus. it. I p. 144, l. 3; ἐλούθερον Bull. 1885 n. 10, 13. Cf. φουδία· ψευδῆ apud Hesychium. Suspicor etiam τιτουϝέσθω in mus. it. II p. 157 n. 10, 5. 10 (cf. § 33) esse pro τιτευϝέσθω, ut referendum sit ad verbum τιτεύω. Cf. τίτας mus. it. II p. 190 n. 92, 5.

3. ὄϝτο[ς pro οὗτος statuendum videtur esse in mus. it. II p. 162 n. 2, 6, sed certa lectio minime est.

4. In transscriptione nominum Romanorum ου munere fungitur litterae v: Νερούα Bull. 1885 p. 1 sqq. n. 19, 3; CIG 2573—2576; Φλαουίου CIG 2578; Οὐαλάριος CIG 3045; Οὐεντίλιος et Οὐεντιλία Bull. 1885 n. 27.

IV. Mirae et difficiles ad explicandum sunt glossae quae Creticae dicuntur, in quibus λ in fine syllabae ante sequentis syllabae consonam, si una voce continentur, ita eicitur, ut antecedens α in αυ, ε in ευ mutentur. Sunt autem verba haec:

αὐκάν· ἀλκήν, αὖσος· ἄλσος,
αὐκύονα· ἀλκύονα, αὖγεῖν· ἀλγεῖν,
αὖμα· ἅλμη, θευγέσθαι· θέλγεσθαι,
εὐθεῖν· ἐλθεῖν.

Eodem modo in lege Gort. V, 18 ἀδευπιαί legitur. Sed quoniam in eadem lege II, 21; IV, 22; V, 3. 14. 15; VII, 16. 19. 21. 22. 25; VIII, 21. 42; X, 51 ἀδελπιός, ἀδελπιῶ scribitur, editores praeter unum Buechelerum hic quoque formam mutaverunt in ἀδελπιαί. Et certe quidem dubitare licet, num iure tollatur forma ut lapicidae errore orta, quae optime defendi potest illis grammaticorum exemplis. Praeterea autem aliquid simile inveniri videtur in nasali ν in fragmentis inscriptionum nuper inventarum. Legitur enim mus. it. II p. 131 n. 1. 2, l. 9 σποϝδδάν (hoc est idem ac σπουδδάν; cf. αϝτός pro αὐτός I, 3) pro σπονδάν; ibd. p. 145 n. 6, 3 Comparetti conicit τὰ αϝτή[ματα pro τὰ ἀνθήματα, l. 4 λόϝκ[ας pro λόγχ[ας. Haec omnia incerta sunt. Denique mus. it. II p. 190 n. 33 ἐϝθ(ε) exstat, quod optime cum εὐθεῖν pro ἐλθεῖν (ἐνθεῖν cf. § 20, II 2) convenit.

§§ 13—18. De contractione.

Formae non contractae in antiquis inscriptionibus Creticis fere solae exstare solent. In lege quidem Gortynia contractio non fit nisi in genetivo singularis et pluralis primae et secundae declinationis et in flexione verborum in εω, ubi vocalem ε sequitur ε aut η; quibus accedunt particula ᾶς (ἆδ), verbum compositum πατρῳῶκος formaeque crasi contractae. In recentioris aetatis titulis et in nominum et in verborum flexione omnes formae contrahi possunt, praeterea tamen antiquae formae non contractae retinentur ita, ut in una eademque inscriptione saepissime utraque formatio adhibeatur. Quo fit, ut hic summa sit variatio et permagna formarum copia, praesertim cum contractionis norma minime semper sint leges dialecti Doricae, sed saepius Ionicae formae recipiantur.

§ 13.

I. *αα* semper contrahitur in *α* productum et

1. in nominibus contractis primae declinationis, ut *γᾶν*. *Ἑρμᾶν*, et

2. in crasi *τἄρρητα* CIG 2554, 80; *τἆλλα* ibd. 66 ac saepius.

II. *αε* contrahitur in *α*

1. in crasi *τἀμά* Cauer[2] 121, 41;

2. in flexione verborum in *-άω* in forma recentissima *τεχνᾶτο* in mus. it. II p. 131 n. 1. 2, 3. Cf. § 47 II.

III. *αο* contrahi solet in *α* productum

1. in genetivo sing. primae declinationis: *δικαστᾶ*, *καδεστᾶ*, *πρεσβευτᾶ*; cf. § 37, 2.

Recens est forma non contracta *Βάδαο* Bull. 1885 p. 1 sqq. n. 25.

2. in particula *ᾇς* pro *ᾇος* (*ἕως*) in leg. Gort. IV, 27; VI, 2; VIII, 46. 50; IX, 41; XII, 23; *ᾇδ* (cf. § 35, II 3 d) VII. 29.

Contractum non est *τᾶος*, quod Hesychius Cretibus tribuit.

IV. *αω* in *α* contrahitur

1. in genetivo plur. primae declinationis: *ἁμερᾶν*, *πανσᾶν*, *ναυτικᾶν*, *γενομενᾶν*;

2. in *Ποτειδᾶνι*, *Ποσειδᾶν*. Recentissima forma est *Ποσειδῶνος* § 39, 14.

3. De *δυνάμαι*, *ἰθθᾶντι*, *ἀπο-*, *ἐπιστᾶντι*, *ἰσᾶντι*, *νυνάνται* cf. § 2, 3.

§ 14.

Hoc loco etiam crasis mihi tractanda videtur esse, quae fit inter particulam *καί* et sequens verbum cum vocali incipiens. Et iota quidem semper eicitur, sed contractionis leges non semper eaedem sunt ac quas modo cognovimus.

αι cum sequente *α* contrahitur in *α*:

κἀδελπιοί leg. Gort. VII. 19; *κἄτι* ibd. III. 20; *κᾆς* VIII, 50; *κἀνπιδήμος* V. 50; *κἀναιλῆθαι* X, 44; *κἀδόλως* Bull. 1885 p. 1 sqq. n. 8, 4 ac saepius in foederibus.

αι cum sequente *ε* in *η* contrahitur:

κῆκς leg. Gort. V. 15. 19; *κηλομένω* ibd. VI, 48; *κηπιπολαίων* V, 40; *κηπί* leg. Gort. VI. 18; CIG 2554, 136. 167:

mus. it. I p. 145, l. 61; κῆς Bergm. inscr. 19. 23. 27; CIG 2554, 107. 119. 120 saepius; mus. ital. I p. 145, l. 52. 61. 71. 72; κἠπαινίομεν CIG 3047, 22; κἠχθρόν Bull. 1885 p. 1 sqq. n. 8, 6; κἠψῆθθαι (i. e. καὶ ἕψεσθαι) ibd. l. 5.

αι cum *ο* contractum est in *ω*:

κὠ (i. e. καὶ ὁ) leg. Gort. IX, 32; Bergm. inscr. 69; κὤς (i. e. καὶ ὅς) leg. Gort. V, 48; κὤτι (i. e. καὶ ὅτι) leg. Gort. II, 50; III, 3. 4. 26. 34; κὠρκιώτερον leg. Gort. IV, 6; leg. Gort. fr. B 12; κὤνον leg. Gort. fr. B 4.

καί cum ᾱ contrahitur in χᾱ Bergm. inscr. 25.

καί cum *οἰ* contrahitur in *κῳ* in Bergm. inscr. 15.

καί cum sequente *αἰ* contrahitur in *καί* leg. Gort. I, 52; III, 29; VI, 23. 43; VIII, 17; IX, 14; X, 39; mus. ital. I p. 145 l. 79.

Semel *κυλέες* legitur in leg. Gort. VII, 25.

χ[ἰ]ρήνας Bull. 1885 n. 8, 5/6, quod editor scribit, certum non est. Certe crasis facta est.

χἰλλέοι Bergm. inscr. 75 pro καὶ ἰλλέοι non tam vere contracta forma est, quam ex analogia formata. Ut κᾱς pro καὶ ᾱς, κᾰτι pro καὶ ἅτι, ita χἰλλέοι pro καὶ ἰλλέοι dici facile potuit. Eodem modo χἰδιώται mus. it. I p. 144, 33.

§ 15.

I. *εα* in antiquissimo sermone non contrahitur, sed abit in *ια*

1. in accusativo singul. nominum in *ης*: *δυοδεκαϝετία, ψουδία*;

2. in nominativo plur. neutrius generis in nominibus in *ος*: *μέρια, χρήια.*

In recentioribus titulis saepissime *εα* dicitur, ut *Ἄρεα*, (*δένδρεα*?) *συγγενέα*; aut contrahitur in *η*, velut *γένη, συγγενῆ*; cf. § 39, 9. 10.

In omnis aetatis titulis formatur *ϝοικέα, δρομέαυς, γραμματέα*; *πολέας* forma recentissima est.

II. *εε* solet contrahi in flexione verborum etiam in antiquissimis monumentis in *η*:

1. in infinitivis praesentis et activi et passivi, ut *καλῆν, ξενολογῆσθαι*; cf. § 47, I. *νικῆν*, cf. § 47, II.

2. in infinitivis futuri et activi et medii, velut ἐξῆν, ἐπιτραφῆν, ἐφῆθθαι; cf. § 48.

3. in tertia persona sing. indic. praes. medii, ποῆται. Cf. § 47 I.

4. in tertia persona sing. indic. futuri, τειϑῆται. Cf. § 48.

5. in tertia persona sing. imperfecti, ἐκάλη. Cf. § 47 I.

Hae formae semper leguntur in antiquis inscriptionibus. Postea multo usitatiores sunt imprimis in decretis Teiorum formae Ionum et Atticorum, ut contrahatur εε in ει, velut συνεργεῖν, ἐμμενεῖν, παρεκάλει, εὐτυχεῖτε.

Nunquam -ιεν legitur, quod non recte scribitur a Comparetti (mus. it. I p. 144, l. 6) aliis, ubi supplementa postulantur. Contra ἐπιδιέθθαι et ἐπιδιέθαι de verbo δέω legi videntur. Cf. § 5, 5.

Forma non contracta νεέσθαι exstat CIG 2555, 25.

Contra in flexione nominum in antiqua dialecto εε servatur, ut dicatur δρομέες, Πριανσιέες; υἱέες; τρέες leg. Gort. IX, 48. Postea dici solent volgares formae in -εις contractae, ἱερεῖς, Κρηταιεῖς, συγγενεῖς; τρεῖς CIG 2555, 4; ἡμεῖς.

In η contrahitur εε etiam in nomine proprio Κλησθένης Cauer² 131, 2; CIG 2558.

καταϝηλμένων leg. Gort. X, 35; XI, 13 scribendum esse, ut contractum sit ex καταϝεϝελμένων, non verum mihi videtur esse; potius ut in aliis exemplis reduplicatio neglecta est. Cf. § 53, 3.

III. ε-ι nihil singulare habet. Exstat

1. in ἄγει, ἔχει;

2. in dativis κάρτει, σθένει.

3. Recentes formae sunt πόλε-ι aliae; § 39, 12;

4. με-ῖον, μεῖονος leg. Gort. I, 36; IX, 48. 49; X, 16; et πλε-ῖστον ibd. V, 48 volgares formae sunt.

5. θεῖνος ex θέ-ινος legitur CIG 2554, 27; 2557 B 16. 18.

IV. εο non contrahitur in antiquissimis titulis, sed transit in ιο. In recentioribus inscriptionibus praeter antiquam formationem εο retinetur, ut dicatur

ἐπαινέομεν, παρεκαλέον, πολεμεόντας, ἐρευνέοντες. Deesse videntur eiusmodi formae in futuro. Imprimis monosyllaba ita formantur: ἐπιπλέονσι, καταπλέονσι.

Eadem formatio in flexione nominum invenitur, ut legimus *Σωσιγένεος*, *τεμένεος*, quas voces sequitur *πόλεος*, de quo cf. § 39, 12.

Denique contractio fit in *ω, ου, ευ*:

a) *ω* legitur in flexione verborum et in praesentis formis, velut *εὐχαριστῶμες*, *ποιῶνται*, *παρακαλώμενα*; et in futuri, *ἀναγραψῶμεν*, *πειρασώμεθα*.

Semel haec contractionis ratio invenitur in genetivo *κρίως* mus. it. II p. 157 n. 10, 7.

b) *ου* saepissime exstat

et in coniugatione: *ποιοῦμεν*, *ἀπεστάτουν*, *κοσμοῦντες*;

et in tertiae declinationis nominibus, quorum stirpes in *ες* exeunt, velut *ὁμοτελοῦς*, *Εὐσεβοῦς* alia.

c) Raro *εο* in *ευ* contractum est, velut in

εὐορκεῦντι cf. § 47 I;

Εὐκράτευς cf. § 39, 10;

Κλευμενίδα CIG 2573 sqq., *Θευκράτης*, *Θευκυδίδης* apud Greg. Cor. p. 358.

V. *εω* in antiquissima dialecto Cretica neque in nominum neque in verborum flexione contrahitur, sed mutatur in *ιω*.

Recentiores sunt formae non contractae in -*εω*, ut *πολεμέωσι*, *πολεμέων*, *συγγενέων*, *ἔωμεν*. Saepissime autem deteriores posterioris aetatis tituli *εω* contrahunt in *ω*. Solet igitur dici

ἐξῶ, *ἐπιτραψῶ*, *δωσῶ*;

πολεμῶντι, *ἀδικῶντι*, *ποιῶνται*;

ἐπῶν, *μελῶν*;

ἐκτενῶς CIG 3052, 45; *εὐηθῶς* le Bas 72, 22; *εὐσεβῶς* ibd. 75, 18. 29; *ἱεροπρεπῶς* CIG 3047, 23.

VI. *εη* contrahi solet in *η*:

Μενεκλῆς, *Πολυκλῆς*; *προαιρῆται*, *παραιρῆται*.

VII. *εῃ* contrahitur in *ῃ*, ut *λῇ*, *ὀρῇ*, *ᾗ*.

Semel legitur forma non contracta *ἐμβέῃ* iota subscripto ex licentia non inusitata neglecto in CIG 2554, 15.

VIII. *ε* cum sequente *ει* contrahitur in *ει*

1. in tertia persona sing. indic. verborum in *εω*, veluti *προῤῥεῖ*, *παρακαλεῖ*. Eodem modo *λ[εῖ* scribendum esse videtur leg. Gort. VIII, 16.

2. in tertia persona sing. indic. futuri, καταστασεῖ, δειχσεῖ.

3. in dativis Μενεκλεῖ, Διοκλεῖ.

IX. εοι in antiquis inscriptionibus abit in ιοι, ut dicatur μωλίοι, πωνίοι, ἀννίοιτο, ἐπιορκίοιμεν. Recentiores sunt formae quae εοι exhibent, velut λέοι, aut contrahunt in οι, velut μωλοῖ, et mere Attica forma ἀδικοίη.

§ 16.

ι cum ι contrahitur in ι

1. in dativo singularis nominum in ις, πόλι; cf. § 39, 12.

2. in θῖνος, quod a stirpe θι- eodem modo formatum est ac θε-ῖνος a θε- aut ἀντρώπ-ινος (leg. Gort. X, 43). Legitur autem θῖνος leg. Gort. X, 42; mus. it. I p. 144, l. 12. 37; ibd. II p. 141 n. 3, 4 et p. 147 n. 7, 6; similiter dicitur ἔνθινον CIG 2554, 88; Cauer[2] 116, 11; 117, 6. 7; mus. it. I p. 145, l. 46.

§ 17.

De contractione ο cum sequente vocali pauca adnotanda sunt, quod eiusmodi formae raro exstant. Ac nomina quidem contracta in οος non solent contrahi vel in recentioribus titulis paucis formis exceptis. Verba autem in οω in antiquissimis inscriptionibus non leguntur, in recentioribus contrahuntur.

I. ο cum α contrahitur in πρᾶτος pro πρόατας Cauer[1] 44, 25; Πρατο[φ]άνεος Mitth. 1886 p. 180—84 n. 2, 10; retinetur οα in διπλόα Cauer[2] 121 D 3.

II. οε servatum est in Σπινόεντα CIG 2554, 139; Ἀρκευθόεντα ibd. 136; Πρινοέσσας ibd. 142; Βολοέντιος Cauer[1] 40 (= Herm. IV p. 266), 2. 10; Βολόε[ν]τι mus. it. I p. 144, 39; Βολοεντί[ων ibd. p. 145, 83.

Recentissima est forma ἐλάσσους pro ἐλάσσονες Cauer[1] 44, 20.

III. οο retinetur in flexione nominum in -οος: ἁπλόον, ἁπλόους, ῥόον, πρόχοον; cf. § 38, 8. ἁπλῶν leg. Gort. fr. A 6 ob eam rem veri simile non est, sed haud dubie scribendum est ἁπλόον.

Contrahitur οο in verbis in οω, ut dicatur ἀξιώντων, ἀνανεωμένων, ζαμιῶμεν. Deinde contractio fit in ω in πατρωῶχος (leg. Gort. VII, 18. 25. 32 ac saepius).

Non Dorica est contractio in *ου*, quae invenitur in *πολι-οῦχον* Cauer[2] 121 A 22 et in *τοὔνομα* ibd. C 34.

De *ω* in genetivo singularis cf. § 8, 4.

IV. *οι* ex *οοι* contractum in *εὖνοι* Cauer[1] 44, 59 non antiqua forma est. Vere Creticum est *εὐνόοι* CIG 3052, 3.

V. *οω* contrahitur etiam in antiquissimo sermone in gen. plur. secundae declinationis et in adverbiis in *-ως*, velut *καλῶς, ἐνδόξως*; non contractum remanet in adiectivis quae contracta dicunt grammatici, ut *εὐνόως* CIG 3048, 21; 3052, 29; Cauer[2] 132, 26; *ἁπλόως* Bull. 1885, 8, 4; saepius.

§ 18.

ωο servatur in *σώοον* CIG 2555, 25.

ωα contrahitur per crasin in *τὠσύλω* CIG 2557 B 4.

§ 19. De liquidis *λ* et *ρ*.

I. 1. Propria est veteris dialecti Creticae stirps *αἱλε-* pro *αἱρε-*. Inveniuntur autem *αἱλεθῇ* leg. Gort. II, 21; *ἐναιλεθέντος* II, 30; *ἀναιλήθαι* VII, 10; X, 44; XI, 34; *ἀναιλήθθαι* V, 24; *ἀναιλίθαι* (cf. § 5, 10) XI, 4. His accedunt paucae formae ex recentioribus titulis: *ἀ]φαιλῆται* Bergm. inscr. 83; *ἀφαιλ[ησέσθαι* ibd. 82; denique *ἀ[φαι]λήσθαι* scribit Koehler CIA II 547, 6.

Alibi semper volgares formae leguntur, cf. *ᾁρέθη* Cauer[1] 44, 101; [2] 132, 53; *αἵρεσις* ibd.[2] 132, 18; *προαίρεσις* ibd. 40; [1] 44, 68. 87; CIG 2557 B 14; 3052, 39; le Bas 72, 26; 77, 29; Cauer[2] 130, 8; 132, 24. 43.

Similiter res se habet in *λάκη· ῥάκη· Κρῆτες* Hes.

2. *ἄλος* pro *ἄλλος* in dialecto Cretica saepissime exstat. In leg. Gort. legitur *ἄλος* I, 43; *ἄλω* II, 24. Semper inveniuntur hae formae in fragmentis inscriptionum Vaxiorum in mus. it. II, 131—57: *ἄλων* n. 1. 2, 14; n. 7, 4; n. 10, 8. In fragm. Gortynio in mus. it. II p. 190 sqq. n. 53. 54, 1 *ἄλοι* et n. 81, 5 adverbium *ἀλᾷ* certa videntur.

Forma *ἄλλος* in leg. Gort. usitatior est. Cf. I, 52; III, 1. 30. 43; IV, 37. 53; VI, 14. 23. 37. 43. 44; VII, 26. 49; VIII, 4. 5. 19. 54; IX, 14. 28; XI, 29. 40; *ἀλλοπολίας* VI, 47; *ἀλλότ-*

τριος III, 12. Etiam in mus. it. II p. 162 n. 2, 2 ἀλλοπολ[ιά-ταις dicitur et forma duplicato λ semper est in decretis Teiis et foederibus posteriore aetate conscriptis. De ἀλλάλων cf. § 2, 1 a.

Contra errori debetur παραγγέλωντι CIG 2556, 43, quod recte mutatum est aut in παραγγήλωντι aut in παραγγέλλωντι.

3. Singulare est praesens τέλλω pro volgari τελέω his locis: τέλλεν leg. Gort. X, 46; XI, 2; τέλλεμ (per assimilationem) X, 42. Habemus igitur eam stirpem, quae volgari futuri formae subest. Praeterea etiam τελέω legitur in τελίωντι mus. it. II p. 131 n. 1. 2, 12 et p. 141 n. 4, 5. Etiam συντελόντες CIG 2557 B 14 praesentis, non futuri participium esse sensu probari videtur.

4. λ inter duas breves vocales duplicatum legimus in ἀμφιλλεγομένων Cauer[2] 120, 10.

5. De λ assimilatione facto cf. § 35.

II. 1. Exempla in quibus ρ pro λ positum sit incertissima sunt neque inscriptionibus comprobantur. βριτύ· γλυκύ· Κρῆτες apud Hesychium ad βλίττω (pro μλίττω, cf. μέλι) referre volunt homines docti. Cf. Βριτόμαρτιν Cauer[2] 121 A 28; [1] 40, 7; CIG 2554, 183; Βριτομάρπ[εια mus. it. I p. 145, 43. Huic voci accedit ἰαριγμόν· χαρὰν καὶ θροῦν· Κρῆτες, cui ἰαλιγμόν respondere putant. Cf. Hey p. 45.

2. Rhotacismo qui dicitur ρ ex σ ortum est in κό]ρμους Bergm. inscr. 41; κορμιόντων ibd. 4; Bull. 1885 p. 1 sqq. n. 8, 1; κό]ρμοι ibd. n. 12, 4; κόρμοι ibd. n. 13, 1; ἐκορμίον ibd. n. 13, 2. Cf. etiam apud Hesychium κορμῆται· κοσμῆται· Κρῆτες. A lege Gortynia hae formae alienae sunt, ut dicatur κοσμίοντος I 51, ἐκοσμίον V, 5; etiam in decretis Teiorum semper κόσμος, κόσμιος, κοσμίω exstant.

Creticum dicit Hesychius τέορ pro σοῦ.

3. ρ ante dentalem τ eiectum est in ποτί pro πορτί. Est autem haec volgaris recentiorum titulorum forma, quae raro antiquiore πορτί aut non vere Cretica πρός expulsa est. ποτί Cauer[1] 44, 9. 53. 76; CIG 2554, 69. 71. 160; 3048, 21; Bas 72, 22; Cauer[2] 120, 50; ποτ' CIG 2557 B 7; 3047, 7; Bas 73, 7; Cauer[2] 130, 5; Bull. 1885 n. 11, 17. 23; ποθ' CIG 2557

B 3. 4; 3051, 6; Bull. 1879 p. 418 sqq. n. 6, 4; *ποτανέγραψε* Cauer[2] 120, 45; *πόθοδον* Cauer[1] 44, 6. 15. 67.

4. De *τρέ· σέ· Κρῆτες*, quod Hesychius affert, cf. Meyeri gr. gr. 171.

5. *ρρ* post brevem vocalem ut vulgo exstat in verbis compositis *ἀπορρηθέντι* leg. Gort. XI, 17; *τἄρρητα* CIG 2554, 80.

§ 20. De nasalibus *μ* et *ν*.

I. 1. Singularis est dativus *ὅτιμι* in lege Gortynia VII, 51; VIII, 7. 12. 19. 32. Contra in eadem inscriptione *τινά* VII, 13; *οἵτινες* V, 26 dicitur et *ν* etiam posteriores tituli semper exhibent.

2. In antiquiore dialecto Cretica nonnunquam simplex *μ* fungitur duplicati munere in flexione perfecti verborum, quae in palatalem exeunt, si terminationis syllaba *μ* in fronte habet, ut pro *-μμαι, -μμεθα, -μμενος* dicatur *-μαι, -μεθα, -μενος*. Hoc probatur formis *ἐγραμένα* leg. Gort. I, 54, quae etiam I, 45 ex lacunae spatio pro certa haberi debet — legitur *ἐ[γρα]μένα* —, et *ἠγραμένα* mus. it. II p. 157 n. 10, 3/4. Praeterea in lege Gortynia *ἐγραμμένος* dicitur III, 20; IV, 11. 51; XII, 25. 30; sed de illarum formarum veritate eo minus dubitare licet, quod similiter *ται* pro *τται* (cf. § 24, III 4) dictum esse satis constat. Per se autem intellegitur, si vera est, etiam ad indicativum hanc formationem pertinuisse, non ad unum participium.

3. *μμ* ortum est assimilatione

a) ut volgo ex *πμ* in *ἐγραμμένος*;

b) ex *μν*, ut videtur, in *ἐςπρεμμίττεν* pro *ἐκπρεμνίζειν* Bull. 1885 p. 1 sqq. n. 8[b].

II. 1. Memoria dignum est *νυνάμαι* pro *δυνάμαι*, ut prior stirpis consona alteri assimilata videatur esse. Et in lege quidem Gortynia unice hae formae leguntur: *νυνάται* VIII, 20. 32; [*νυνάνται* XII, 32;] *νυνατόν* leg. Gort. fragm. B 5. 7. In posterioris aetatis foederibus et decretis semper volgares formae exstant, velut *δυνατός* CIG 3058, 24; 3048, 32; le Bas 72, 34; 74, 27; 75, 46; 76, 37; 77, 30 alibi; Cauer[1] 44, 21. 43. 55 saepius; Bull. 1885 n. 8, 10. 15. Etiam vetus coniunctivi forma Cauer del.[2] 121 A 41 dicitur *δυνάμαι*.

2. ν pro λ doricum esse in ἦνθον pro ἦλθον notum est. In dialecto Cretica invenitur πορτήνθον pro προςῆλθον Bull. 1885 n. 8, 11. Ab antiquis inscriptionibus aliena est haec formatio; cf. ἐλθών leg. Gort. VII, 1; ἐλθέν mus. it. II p. 141 n 3, l. 6; ἐπελθοίεν ibd. p. 131 n. 1. 2, l. 4. 5; et ne in ceteris quidem titulis etsi saepissime vox legitur alia ac volgaris forma adhibetur. Ceterum cf. βέντιον pro βέλτιον, quod Cretibus tribuit Phavor. 154.

3. Incertum est leg. Gort. IV, 3. 4 αὖτιν pro αὖθις. Facile enim lapicida propter similes litterarum ductus ita errare potuit ut unum omitteret. Alii formam defendunt Laconicae dialecti numeralibus τετράκιν, ἑπτάκιν, de quibus cf. Kuhnii diar. 25, 240.

4. Saepius in nominativo pluralis tertiae declinationis in posterioribus titulis -εν pro -ες legitur, velut ἀναγραφόντεν Cauer² 120, 23; τινέν ibd. 121 C 41; ἐπελθιόντεν 127, 5; ἀκουσάντεν 132, 17; ἁμέν 128, 54; διατριψάντεν CIG 3053, 5. Accedit μαιτύρεν leg. Gort. X, 32. Has formas dualis nominativos esse qui ν ἐφελκυστικόν acceperint, ut Baunackii p. 70 suspicantur, nemo sibi persuadebit. Non dubitandum videtur esse, quin re vera in his formis ς in ν abierit. Hoc si verum est conferre licet similem harum consonarum mutationem in flexione verborum in primae pers. pl. terminationibus -μες et -μεν quamquam hic sane utriusque formationis usus certis normis definitur.

5. ν ἐφελκυστικόν quod dicimus in antiqua lege Gortynia non reperitur. Contra exstat in antiquo fragmento in mus. ital. II p. 173 n. 2, 4 σὺν τοῖσιν et fortasse etiam ibd. p. 163 n. 3, 3 τά]δ' ἔγραπεν (cf. leg. Gort. XI, 20 ᾇ τάδε τὰ γράμματα ἔγραψε). Postea saepissime scribitur, ut πλίασιν Cauer² 121 B 32; ἑταιρείαισιν ibd. C 38, D 8; ἐστίν Bull. 1885, 11, 24; πόλεσιν Cauer² 117, 6; ἔτεσιν Cauer¹ 44, 25. In decretorum Teiorum nullo fere deest.

6. Nonnunquam νν contra volgarem usum pro simplici ν scribitur in antiquioribus inscriptionibus post brevem vocalem, ut συννῇ leg. Gort. X, 41; Διοννυσίαν Mitth. 1885 p. 92; mus. ital. II p. 165 n. 8; longa vocalis antecedit in τὰνν ἡμίναν leg. Gort. II, 49.

7. De ἀννίοιτο pro ἀρνίοιτο cf. § 35, II 1 g.

§ 21. De sibilante σ.

1. σ Doriensium proprium in primae pers. pl. terminatione -μες bis legitur in ὀμωμόκαμες Cauer[2] 121 C 16/17 et in εὐχαριστῶμες CIG 2557 B 26.

2. In antiquiore dialecto Cretica semper dicitur ἐς pro ἐκ ante sequentem consonam:

ἐς τῶ leg. Gort. VII, 27; VIII, 42; ἐς τῶν ibd. II, 49; III, 35; V, 20; ἐς τᾶς VII, 4; ἐς τουτῶν V, 11. 16; ἐς ταυτᾶν V, 19; ἐς τέκνων V, 10. Eadem lex est in verbis compositis: συνεςσάκσαι III, 16; ἐςτετεκνώται VIII, 24; συνεσάδδη (pro συνεςσάδδη) III, 13. In posterioribus titulis legitur ἐς: Bull. 1885 n. 11, 12 ἐς δὲ τᾶς ἄνωθεν πόλεως; l. 13 ἐς δὲ τᾶς ἐπὶ θαλάσσᾳ; ἐςπρεμμίττεν ibd. n. 8[b]; ἔςγονος Cauer[2] 132, 32; ἐςτεισάντας mus. it. II p. 190 sqq. n. 82, 6; cf. ἐςτεισ.... ibd. n. 57. 58 et 78; ἐςδυομέναν Bull. 1885 n. 10, 18. Ad eandem formationem referenda sunt ἔγγονος, ἐδδιῆται, ἐλλείπων, de quibus cf. § 35, II 2 c.

In plerisque recentioris aetatis titulis haec antiqua forma expulsa est volgari ἐκ, velut in Caueri del.[1] 44, 23. 67. 82. 92; Cauer[2] 120, 32; ἐκπλέονσι Cauer[2] 120, 37 ac saepius.

Ante vocales semper ἐκς, ἐξ dicitur. Cf. leg. Gort. V, 15; VI, 47; VII, 10. 22. 25; ἐκς-αννησῆται III, 6; ἐκς-είεν VII, 9; ἐκς ὦ mus. it. II p. 131 n. 1. 2, l. 9; ἔκσοι, ἔξοι § 11, III 4; ἐξῆμεν Bull. 1885, 8[b]; ἐξέστω Bull. 1885 n. 10, 8 ac saepissime.

3. Nonnunquam σ munere ξ fungitur, ut quidem dicitur Σενοφίλου CIG 2585 et Δεσίω pro Δεξίω ibd. 2598. Constare videtur etiam πε]ριαππέ[τι]ς mus. it. I p. 145, l. 63; cf. in simillima inscriptione CIG 2554 l. 109. 115. 118. 138. 144, ubi semper περιαμπέτιξ invenimus.

4. Exempla in quibus σ pro dentali exstare dicitur, σεῖναι· θεῖναι apud Hesychium et ἄλλωσιώς CIG 2554, 185 quod pro ἄλλως θιώς dictum esse viri docti volunt, non probantur inscriptionibus recens inventis. Unus ex imperatorum aetate titulus exhibet σύμβιον pro τύμβιον (Bull. 1885 p. 1 sqq. n. 26), quod auctoritatem sane habet nullam. Illud ἄλλωσιώς autem per assimilationem θ explicari non posse videtur, quod semper

solet prior consona assimilari alteri; suspicari igitur licet errore ϑ a sculptore omissum esse.

5. Singulare est *ὀσκίας* pro *οἰκίας* Cauer[2] 132, 35. Cf. *πρεσγ-* et *πρειγ-*. (*ἐσκ-*, i. e. *ἐσχ-*, et *εἰκ-*?)

§ 22. De mediis *β, γ, δ*.

I. De usu mediae palatalis pauca adnotanda sunt.

1. In recentioribus titulis *β* saepius genuinum *ϝ* reddere videtur:

Βαναξιβούλου CIG 2572, 10; 2577, 4.

Βοίνοπα CIG 2554, 127; *Βοίνωπα* mus. it. I p. 145 l. 59; *Βοινοβίου* Bull. 1885 n. 24.

Βολοέν[τα Cauer[1] 41, 11; *Βολοέντιος* ibd. 40, 2. 10; mus. it. I p. 144, l. 34. 39. 83. Contra CIG 2554 semper *Ὀλόντιος*, *Ὀλόντι* dicuntur, quae etiam in mus. it. l. l. praevalent.

Ex Hesychio afferenda videntur esse *ἀβέλιος· ἥλιος*; *βαλικιώτας· συνέφηβος* pro *ἡλικιώτης*. Cf. Hey p. 40.

2. In nominibus propriis Romanis *β* pro Latinorum v nonnunquam scribitur, velut *Βηρόν* Bull. 1885 p. 1 sqq. n. 20; *Νέρβα* CIG 2573.

II. 1. *δ* pro volgari *β* exstat in *ὀδελός, τριοδελόν, ὀδολκαί*; cf. § 3, 10. Cf. *δέλτος· ἀγαθός* apud Photium.

2. Mira est forma *πεδά*, quae haud dubie prorsus eadem est ac *μετά* (*βετά*), ut metathesi quadam media abierit in tenuem, tenuis in mediam. Legimus autem in lege Gortynia II, 13; III, 28; X, 49; CIG 3050, 7; Cauer[2] 121 A 40; 132, 14; *πεδέχεν* ibd. 132, 33; *πεδέχοντι* ibd. l. 34. Forma *μετά* in lege Gortynia nusquam legitur, in decretis Teiis saepius, imprimis in formula *μετὰ πάνσας σπουδᾶς*, pro qua eodem sensu dicitur *πεδὰ πάνσας σπουδᾶς* illo CIG loco quem attuli. Unam igitur eandemque vocem utramque esse certum videtur.

3. In antiquissimis inscriptionibus *δ* reddere solet volgare *ζ*. Atque in lege quidem Gortynia haec scriptura unice invenitur in fronte verborum:

δωός IV, 49; *δωῶ* III, 41;

δώοι IV, 21; *δώῃ* VI, 2; IX, 33; *κατηδώῃ* pro *κατὴδ δώῃ* IX, 41; *δώωντι* IV, 27.

Eadem scribendi ratio servata est in *Δῆνα* pro *Ζῆνα* Cauer[2] 121 A 16. 17 et in glossa *δηαί· ζειαί.*

Inter vocales *δ* pro *ζ* exstat — est autem, ut diximus, a lege Gortynia haec scriptura aliena — in his exemplis: *πσαπίδονσι* mus. it. II p. 190 sqq. n. 82, 1; *καταϝοικιδέθαι* ibd. l. 2.

4. Antiqua formatio subest verbo *διαφυλάδεν* pro *διαφυλάττεν* CIG 3050, 11. Cur tamen *δδ* corrigamus cum Cauero aliis, iusta causa non est. Ut *πσαπίδονσι* et *δικάδδεν,* ita etiam *διαφυλάδεν* et *πραδδέθθαι* dici potuerunt.

5. De assimilatione *δ* in fine verborum cf. § 35.

6. *δδ* exstat

a) pro volgari *ζ* in lege Gortynia inter vocales. Apertum est hoc *δδ* idem esse atque Doricum *σδ,* ut hic quoque assimilatio consonarum facta sit, quae tam late patet in antiqua dialecto Cretica. Legitur autem in

δικάδδεν I, 20; XI, 27. 28; *δικαδδέτω* IX, 30. 38. 50; *καταδικαδδέτω* I, 7. His accedit *δικαδδέ(θ)θ[αι* apud Roehlium IGA 477.

b) pro volgari *ττ* in praesentis et imperfecti formis verborum quorum stirpes in gutturalem exeunt. Haec tamen formatio antiqua in paucis tantummodo verbis servata est. Sunt autem:

πραδδέθθαι leg. Gort. I, 36;
συνεσάδδη i. e. *συνεςσάδδη* III, 13.

Utrumque verborum genus, etsi in futuro et aoristo in mere Creticis titulis semper eandem formationem sequebatur, in praesentis formatione satis antiquis temporibus aliud ab alio discrepuisse videtur. Nam postea semper *φυλάττω, ἀλλάττω* aut *πράσσω, φυλάσσω* dici solent.

7. Mirum est *σποϝδδάν* (cf. § 12, IV) mus. ital. II p. 131 n. 1. 2, l. 9 propter duplicatum *δ.* Cf. *τὰνν* pro *τὰν* § 20, 6.

8. De *τοίδδε, ἐδδιήται* cf. § 35.

III. 1. Antiquum et genuinum *γ,* quod volgo in *β* abiit, servatum est in stirpe *πρεσγ-,* cuius antiquissimam formam *πρειγ-* supra novimus in *πρείγων, πρείγιστος, πρειγεία, πρειγευτάς, πρειγεύω.* Cf. § 11, II 5. Praeterea *πρεσγευτάς* legitur apud le Basium 64, 4/5; *πρ]εσγευόντας* CIA II 547, 15; aut assimilatione *σ* *πρεγγευτάς* CIG 3053, 4. 14; le Bas 75, 4. 16. 57;

76, 5. 14. 42; 77, 5; 82, 4. De *κρεισγευτᾶν* CIG 3051, 1: cf. § 11, II 5, de *πρήγιστος* CIG 2562, 23 § 4, 2 a. Denique etiam volgare *πρεσβευτάς* saepissime legitur in recentioribus titulis. Cf. CIG 2557 B 2; 3047, 3. 15; 3048, 4. 19; 3049, 4. 5. 3051, 3; 3052, 4. 19. 25. 25. 36. 44; le Bas 62, 4; 72, 20; 73, 3. 16; 77, 33 alibi.

2. De *τὰγ Γᾶν, ἔγγονος* similibus formis cf. § 35.

§ 23. De tenuibus pro aspiratis.

In antiqua lege Gortynia, in legis Gortyniae fragmento, in fragmentis inscriptionum Creticarum in mus. it. II p. 129 sqq. et 190 sqq., denique in nonnullis recentiorum titulorum formis tenues aspiratarum munere funguntur.

1. In verborum stirpibus tenues pro aspiratis scribuntur ita ut nunquam aspirationis nota *H*, ut in aliarum dialectorum antiquis monumentis addatur.[1])

a) Exstat autem *κ* pro *χ* scriptum in his formis:

κέρανς leg. Gort. I, 26. 34.

κηρεύονσα ibd. III, (45) 53; IV, 9.

ἀνκωρῆν XI, 10; *ἐπικωρῆν* XI, 6; *κώρᾳ* IV, 35.

πρόκοον X, 39; cf. *πρόχοον* apud Hesychium.

ἄρκων leg. Gort. XI, 51; *Τίμαρκος* mus. ital. II p. 165 n. 8, 2.

λανκάνοντι leg. Gort. X, 51; *λανκάνεν* IV, 39; *λακέν* (*λακῆν*) IV, 47; *ἀπολανκάνεν* V, 7; VII, 34; *ἀπολάκῃ* VI, 6; *ἀπολάκωντι* VI, 9; *δια[λ]ακόντων* V, 50; *διαλακόνσαν* VIII, 5. 25.

ἔκεν (*ἔκην*) II, 47; III, 25. 43; IV, 53; V, 12. 17. 21. 28; VII, 8. 28. 32; VIII, 3; X, 47; *ἔκει* V, 2; XI, 21; *ἔκονσ'* II, 47; *ἔκονσαν* III, 19; VII, 48; *ἐκόντων* X, 20; XI, 36; *ἐκόμενος* VI, 48.

πατρωῶκος VII, 31; VIII, 1. 21. 38; XII, 26; *πατρωώκω* VII, 44; VIII, 15; IX, 20. 22; *πατρωώκῳ* VII, 38; VIII, 10. 30;

---

[1]) Unum aspirationis vestigium in dialecto Cretica Haussoullier repperisse sibi videbatur in Bull. 1885 n. 7, ubi *EMEN|HAYTON* esse voluit *ἔμεν αὐτόν* haud dubie *ἦμεν* transscribendum esse ratus ut *η* in hoc fragmento non discerneretur ab *ε*. Sed *ἔμεν* pro *ἦμεν* constat in mus. it. I p. 144, 15. Quare hic quoque legi potest *ἔμεν ἢ αὐτόν*.

IX, 10; πατροφῶκον VII, 15. 28. 32; VIII, 2. 37. 40. 48; IX, 2; πατροφώκοι VII, 19. 25; πατροφώκοις XII, 22.

μοικίων II, 21; μοικίοντ' II, 44.

θυκάγαθᾷ mus. it. II p. 190 sqq. n. 83. 84, 1.

κρῆθθαι leg. Gort. II, 35; κρῆθαι XI, 19; XII, 24; κρημένοι mus. it. I p. 144, 36.

κρῆος cf. § 4, 1; κρεῖος (κρήιος) § 11, II 4; κρίως mus. it. II p. 157 n. 10, 7.

κρήματα saepissime in lege Gortynia; κρημάτων mus. it. II p. 190 sqq. n. 82, 6.

κρόνω leg. Gort. I, 10. 37.

δαρκνάν (pro δραχμάν) leg. Gort. I, 8. 32; δα[ρ]κνάνς ibd. II, 9; δα]ρκμάς Mittheil. XI, 1886, p. 180—184 n. 1, l. 1. 3 (cf. mus. it. II p. 175. 176).

Aliter res se habet in formis ἐπιδεκέθαι leg. Gort. XI, 25 et ἀνδοκᾶδ IX, 34. Statuenda enim videtur esse tenuis, quoniam omnium dialectorum proprium est κ, unius Atthidis χ. (Ceterum hic quoque πανδοκεύς, προςδόκιμος alia inveniuntur.)

In legis Gortyniae fragmento A 14 verum intellexisse videtur Buecheler cum censet non esse legendum ἠ κατασκέν (i. e. κατασχεῖν) ἠ̄, sed latere coniunctivum alterum qui coniunctione ἢ addatur priori παρώσει. Nec enim solum infinitivi terminatio -ην esse solet in his fragmentis, sed etiam illud ἠ̄ cum infinitivo constructum alienum videtur ab inscriptionum dictione (cf. B 7. 8 νυνατὸν ἠ̄ ἐπιδιέθαι). Gravissimam autem offensionem illud adfert quod ἠ cum coniunctivo particula κα non addita neque volgari linguae Graecae usu probatur neque in dialecto Cretica constat. Quid legendum sit nescio, certe tamen κατασκένῃ (= κατασκεδάσῃ, quod vir doctissimus vult in mus. rhen. 41 p. 1 sqq.) vix probari potest.

b) π pro φ scribitur:

πέρῃ leg. Gort. III, 4; V, 37; πέροι III, 2. 23. 30. 43; περώνται mus. it. II p. 157 n. 10, 3; ἐπιπερῆται leg. Gort. II, 17.[1]

πυλᾶς VII, 51; VIII, 6. 11. 32.

---

[1]) ἐπιπηρῆται i. e. ἐπιπειρᾶται scribere non licet, quod η pro ει nulla dialecto probatur. Cf. etiam in decr. Teiis πειρασόμεθα CIG 3047, 29; le Bas 73, 26; 77, 31 alia.

πωνῇ II, 36; πωνίοι II, 54; πωνίοντες I, 18; ἀποπωνῇ I, 19; ἀποπωνίωντι I, 16. 21; IX, 45; ἀποπωνίοι I, 13; II, 19; ἀποπωνιοίεν X, 31; ἀποπωνιόντων IX, 37; ἀποπωνιόμενα IX, 30. 51; πορτιπωνέν mus. it. II p. 127 n. 10, 8.

ἀμπαινέθαι leg. Gort. X, 34; ἀμπαινέθθω IX, 18; ἀμπανάμενος X, 37; ἄμπαντος X, 50; XI, 22; ἀμπαντύι XI, 21; ἀνπανάμενος X, 43. 48; XI, 3. 5. 9. 11; ἄνπαντος XI, 1. 6. 7; ἄνπανσιν X, 33; ἀνπάντῳ mus. it. II p. 190 n. 81, 3.

ἐνύπανε leg. Gort. III, 34; ἐνυπάνῃ II, 51.

οἴπῃ II, 3; οἴπεν II, 17.

ὀπήλῃ XI, 36. 39; ὀπήλων IX, 26; X, 20; XI, 32.

τράπεν (τράπην) III, 49; τραπέθαι VIII, 50. 53; τραπῆται XII, 28.

ἔγραπεν (aut δὲ γράπεν?) mus. it. II p. 163 n. 3, 3.

πσαπίδονσι ibd. p. 190 n. 82, 1.

ἀδελπιός cf. § 5, 4 i.

ἀνπί leg. Gort. I, 17; V, 46; VI, 26; ἀμπί VI, 52; ἀνπιμωλῆν I, 1; ἀνπιμωλίωντι VI, 27; IX, 19; ἀμπίμωλος X, 27; ἀνπιδήμας V, 40.

ἀνποτέροις I, 21; ἀνποτέρωσ᾽ mus. it. II p. 190 n. 81, 6.

ὀρπανοδικασταί leg. Gort. XII, 23. 27.

μενπό[μ]ενος ibd. IX, 54; μ]εμπομένῳ mus. it. II p. 190 n. 82, 8.

c) τ pro ϑ exstat in lege Gortynia in iis formis in quibus aspiratam sequitur consona. Sunt autem hae:

ἄντρωπον X, 25; XI, 24; ἀντρώπινα X, 43.

τνατῶν V, 39; τετνακός fragm. A 10; τετνάκῃ ibd. B 7.

Singulare est τ pro ϑ ante vocalem. Unum omnino exstat in lege Gort. exemplum αὖτιν pro αὖθις IV, 3. Contra mirum est quod Apollinis cognomen Πύθιος (CIG 2555, 13) semper fere tenuem exhibet ut quidem scribitur Πύτιον Cauer[1] 40, 6; [2] 117, 14. 20; Πυτίῳ Bull. 1885, 14; Ποίτιον i. e. Πυίτιον Cauer[2] 121 A 23.

Scribitur etiam in antiquis monumentis ϑ ante vocales:

1. in nonnullis verborum stirpibus, velut ἐλεύθερος, θήλειαι, θῖνα, θυγάτηρ, πληθύν, Αἰθαλεύς in lege Gort., θυσίαν mus. it. II p. 157 n. 10, 6, θύματα ibd. 13;

2. in aoristis pass. αἰλεθῇ, νικαθῇ, ἀπορρηθέντι aliis formis;

3. in *θέμεν, θένς, καταθέθαι*;

4. in formis verbi *ἀπέθανον*;

5. in *ἐλθών*;

6. in adverbiis in *-θεν*, velut *ἔνδοθεν* leg. Gort. III, 27 et *ἐνδοθιδίαν* II, 11.

2. Si elisione vocalis aut crasi tenuis ante vocalem collocatur spiritu aspero instructam aspiratione neglecta servata videtur esse in antiquiore dialecto. Hoc non tam concludi potest ex lege Gortynia quam ex posterioris aetatis titulis, qui aspiratas a tenuibus discernunt, hic saepius tenuem retinent. Suspicari licet illis quoque temporibus quibus leges Gortyniae insculptae sunt pronuntiationem ita fluctuasse ut aspiratio modo facta sit, modo non facta, ut nasalis assimilationem cum sequente gutturali aut palatali aut init aut non init. Nam ne aspiratio quidem aliud est atque assimilationis genus. In lege Gortynia semper tenuis est pro aspirata:

κατιστάμεν I, 53; XI, 35; *κατισ[τάτ]ω* I, 44; *πέντ' ἀμερᾶν* I, 25; *Ϝεκσήκοντ' ἀμερᾶν* VII, 12; *μοικίοντ' ἑλέν* (*ἑλῆν*) II, 44; *λείωντ' οἱ* X, 18; *ἀπεταίρω* II, 5. 25. 41. De *κὠ, κἆς, κὤτι, κἄτι, κὦς, κὠρκιώτερον, κἠλομένω, κυἱέες* cf. § 14.

In posterioribus titulis tenuis servata est in:

κὠ (= *καὶ ὁ*) Bergm. inscr. 69; Bull. 1885 n. 12, 13; *κωἰ* Bergm. inscr. 15; *κἠψήθθαι* Bull. 1885 n. 8, 5; *κατ' ἕκαστον* ibd. 10, 17; *πορτ' ἁμέ* CIG 3050, 16; *ἐπ-ισταμένοι* CIG 2556, 65; *κατ' ἁμέραν* mus. it. II p. 131 n. 1. 2, 4; *πέντ' ἁμέρας* ibd. 6; *κατιστ[άμεν* Mittheil. 1886 p. 180 n. 1, l. 3; *κατιστάτω* mus. it. II p. 190 sqq. n. 24; *κ' ἁλωτόν* ibd. n. 69.

Multo saepius tamen in posterioris aetatis inscriptionibus aspiratio fit, ut dicatur *καθά* Cauer[1] 44, 6; *καθώς* CIG 2554, 201; *ποθ'* cf. § 19, II 3; *καθίσταντα* Cauer[2] 132, 25; *χἀ* Bergm. inscr. 25; *χ[ἰ]ρήνας* Bull. 1885 n. 8, 5; *χἰλέοι* Bergm. inscr. 75, *χἰδιώ[ται* mus. it. I p. 144, l. 33; *καθ' ὑοθεσίαν* Cauer[2] 132, 2; *καθότι* CIG 3048, 23 saepius atque alia multa.

§ 24. De tenuibus.

I. Antiquum et Doriensium proprium *κ* servatur per omnes fere dialecti aetates in *ὅκα, τόκα, πόκα*. Cf. § 1, 1.

2. Singularis est glossa Hesychiana *κλάγος· γάλα· Κρῆτες*, quae optime confertur cum *γλάγος* in Hom. Il. II, 471.

II. 1. Tenuis *π* pro media *β* exstat in *ἀβλοπές, ἀβλοπία, ἀροπῆσαι* (cf. § 7, 3), ut vocalis mutatio etiam consonae mutationem adduxerit.

2. Palatalis *π* pro dentali *τ* legitur in *Βριτομάρπ*[*εια* mus. ital. I p. 145, l. 43. Cf. *Βριτόμαρτιν* § 19, II 1.

III. 1. *τ* pro volgari *ζ* (*τj*) dicitur in *Τᾶν, Τῆνα, Τᾶνα*. Cf. § 39, 16.

2. Antiquum et genuinum *τ* servatum est neque abiit in sibilantem *σ* inter vocales in:

πενταχατίος Bull. 1885 n. 10, 16; *Μιλατίοι* Cauer² 121 D 17; *Ἀρταμιτίου* CIG 3052, 1; *ποτί* § 19, II 3; *πορτί* § 28; *ϝίκατι, ἴκατι* § 1, 5 a; *Ποτειδᾶνι* mus. ital. II p. 147 n. 7, 1; non certum est *ἡμ*]*ιτυέκτω* ibd. p. 165 n. 8, 4 pro *ημισυέκτω*.

In posterioribus titulis semper fere volgare *σ* dici solet: *Ποσειδᾶν, εἴκοσι, διακοσίους, πεντακοσίους, πρός*.

3. Recentiorum inscriptionum proprium est *τ* in fronte articuli, ut dicatur *τοί* pro *οἱ*, et in formis pronominis relativi *τοῦ, τᾶς, τόν, τῶν* (cf. § 42, 9).

4. *τ* pro *ττ* exstat in antiquiore dialecto in perfecto *ἐγράται* leg. Gort. VII, 47/48 et mus. it. II p. 190 sqq. n. 82, 7.

5. a) *ττ* quod ortum est ex *τj* et apud Iones redditur *σσ*, legitur in *ὁπόττοι* leg. Gort. IV, 40; *ὁπότται* IV, 42; *ἰάττᾳ* (pro *ἐάσσᾳ*) VIII, 47. Sic etiam *διττάμενον· ἀρνούμενον· Κρῆτες* apud Hesychium ad *δισσός* referendum videtur esse.

Postea eiusmodi *ττ* non legitur, sed quoad hae formae inveniuntur volgarem formationem sequuntur.

b) Ex *κj* factum est *ττ* in praesenti verborum, quorum stirpes in gutturalem exeunt, velut *συναλλάττοντα* CIG 2554, 75; *διαφυλάττεν* ibd. 2557 B 7. 10. Plerumque tamen hic quoque irrepsit *σσ*, ut dicatur *συναλλασσόντας* CIG 2556, 16; *πράσσειν* CIG 3049, 10; Cauer¹ 44, 49. 82. 83; *διαφυλάσσω* CIG 3047, 11. 25; le Bas 73, 12; Cauer² 118, 12.

De antiquissima horum verborum formatione cf. § 22, II 4.

Similiter antiquior forma *ἐλάττων* expulsa est recentiore *ἐλάσσων* Cauer¹ 44, 19. 20. 28.

c) ττ pro σσ quod ex τσ ortum est exstat in aoristi formis δαττώνται leg. Gort. V, 34 et ἀποδαττάϑϑαι IV, 29/30 a radice δατ- quae in praesentis formis amplificata est in δατε-. Hic quoque postea dicitur δασσάσϑωσαν Cauer[2] 121 C 39 et D 7.

d) Volgare ζ (δj) reddit ττ in
Ττῆνα Bergm. inscr. 60. 61. 77;
ἐςπρεμμίττεν Bull. 1885 n. 8[b].

e) Saepissime ττ assimilatione facta est imprimis in antiquo sermone. Dicitur autem

pro κτ in νυττί leg. Gort. II, 14, Λύττος, Λύττιος § 35, II 1 a;

pro πτ in ἐγράτται, ἔγραττο § 35, II 1 b;

pro στ in μέττ' ἐς leg. Gort. IX, 48; § 35, II 1 c; cf. μέστα § 1, 1.

§ 25. De aspiratis.

Pauca de aspiratis addenda sunt:

1. Assimilatione quae etiam in aliis dialectis saepius fit (cf. Dittenbergeri syll. indicem) in paucis recentiorum titulorum formis praepositio ἐκ in compositione ante aspiratam transit in ἐχ-. Formae hae sunt: ὑπεχϑῆται CIG 2556, 21; ὑπεχϑεσίμων ibd. 25; ἐχφερέσϑαι Cauer[2] 117, 9.

2. In καταϑιϑέϑϑαι leg. Gort. VI, 4 praefixa reduplicationis syllaba aspiratam retinet, ut dissimilatio quae ex notissima linguae graecae lege in eiusmodi formis fieri solet neglegatur. Simili ratione explicari fortasse debet etiam ϑύχᾳ Bull. 1885 p. 1 sqq. n. 8, 1; ϑυκάγαϑᾷ mus. it. II p. 190 sqq. n. 83. 84, 1.

3. Ut in aliarum dialectorum recentioribus inscriptionibus etiam in dialecto Cretica saepius μηϑείς, μηϑέν alia pro volgari μηδείς, μηδέν dicuntur. Leguntur: μηϑείς Cauer[1] 44, 46. 77; μηϑέν, μηϑενός Cauer[2] 120, 30; μηϑενί Cauer[1] 44, 44. 84; μηϑενε . . . . Cauer[2] 121 B 2; οὐϑενός le Bas 72, 23; 77, 16; οὐϑένα CIG 3047, 17; οὐϑέν ibd. 16.

In feminini formis ϑ nunquam legitur. Videtur igitur assimilatione ortum esse ante spiritum asperum qui in masculini et neutrius generis formis latet (μηδείς = μηδεὶ̔ς = μηϑείς).

De τάϑ cf. § 35, II 3 d.

4. ϑϑ pro volgari σϑ legitur in antiquissimis dialecti monumentis:

a) in infinitivis medii et passivi praesentis: πραδδέϑϑαι, ἀλλυέϑϑαι, ὀπυιέϑϑαι, ἐπιδιέϑϑαι, κρῆϑϑαι, ἀναιλῆϑϑαι, δεκτῆϑϑαι, ὠνῆϑϑαι, καταϑιϑέϑϑαι;

futuri κηψῆϑϑαι (i. e. καὶ ἐψῆϑϑαι);

aoristi: ἀποδαττάϑϑαι, δεκσάϑϑαι, δολωσάϑϑαι, λυσάϑϑαι.

b) in imperativis medii et passivi: ἀμπαινέϑϑω, ἀποϝειπάϑϑω, ἀποδιδόϑϑω.

Praeterea in his formis simplex quoque ϑ scribitur, ut καταϝοικιδέϑαι, ἀγέϑαι, ἐπιδεκέϑαι, ὀπυιέϑαι, τραπέϑαι, ἀμπαινέϑαι, ἐπιδιέϑαι, κρῆϑαι, ἀναιλῆϑαι, ἀναιλίϑαι, ἀποδατῆϑαι, ὠνῆϑαι, καταϑέϑαι, ἀποδόϑαι, δεκσάϑαι, ἐπισπενσάϑαι, ἀνδαζάϑαι, ὀπυιέϑω.

Posteriores tituli semper volgares formas exhibent ut ἀποκρίνασϑαι, γενέσϑαι in decretis Teiis, δασσάσϑωσαν, ἥσϑων alia; cf. etiam in fragmento satis antiquo in mus. ital. II p. 157 n. 10, 5. 10 τιτουϝέσϑω.

c) Eodem modo pro πρόσϑε in leg. Gort. exstant πρόϑϑα et πρόϑα. Cf. § 1, 1.

d) Denique in leg. Gort. fr. A 9 παρωϑέν pro παρωϑϑέν, παρωσϑέν scriptum esse volo; cf. παρώσει ibd. 14. Blass a παρόω i. e. πηρόω formam deducit.

5. Singulares sunt formae ἰϑϑᾶντι, ἰϑϑάντες in Bergm. inscr. 54 et συν[ε]ϑϑᾷ ibd. 67. In lege Gortynia semper στ scribitur.

6. ϑάλαϑϑα pro ϑάλασσα legitur in Bergm. inscr. 17. 36; Bull. 1885 n. 8, 9. 14. 17.

§ 26.

γν in media voce servatum est in συνγιγνώσκωντι leg. Gort. V, 46. Contra postea semper dicitur γινέσϑαι CIG 2555, 26; 3047, 12; 3048, 14; le Bas 64, 23; 73, 13; 77, 32; Cauer[1] 44, 31. 67; Cauer[2] 117, 18. 24. 25; ἐγγινομένων CIG 2556, 63; ἐπιγινομένοις Cauer[2] 121 D 13; 132, 39; γινώσκων CIG 2555, 21; ἐπιγινώσκωντι le Bas 82, 18; ἀναγινώσκεν CIG 2554, 34; 2556, 39. 42; Bull. 1885, 10, 20; mus. it. I p. 144, l. 25.

§ 27.

πτ non vere Creticum est in *Πτολιοῖκος* apud Mionn. descr. de méd. ant. II, 262, 27 et *πτολέμῳ* CIG 2554, 197. Antiquae formae sunt *πόλις, πολιάτας, πόλεμος.*

§ 28.

Si dentalis aut gutturalis aut palatalis cum liquida *ρ* coniuncta est, saepissime in antiqua dialecto metathesi vocalis quae sequitur anteponitur liquidae. Ita dicitur

δαρκνάν leg. Gort. I, 8. 32; *δαρκνάνς* II, 9; *δα]ρκμάς* Mitth. 1886 p. 180 n. 1, l. 3 (= mus. it. II p. 175). Postea volgaris forma *δραχμάς* legitur Cauer[1] 44, 72. Contra etiam in lege Gortynia dicitur *δρομεύς* I, 40; III, 22; V, 53; VI, 36; VII, 41; *ἀπόδρομος* VII, 36.

Ἀφορδίταν Cauer[2] 121 A 26 ad antiquiorem dicendi rationem pertinet, recentior est *Ἀφροδίταν* CIG 2555, 14; Bergm. inscr. 79; Cauer[2] 117, 14. 20.

Unice in lege Gortynia leguntur:

κάρτει II, 3. 11; V, 36; *καρτερόν* IV, 24; VI, 33; *καρτεράν* VIII, 48; *καρτερόνς* VI, 45; VIII, 43; *καρτόνανς* I, 15.

καρταῖπος leg. Gort. fr. A 13. 17; *καρταίποδα* IV, 36.

Similiter *Λυ]σικάρτιο[ς* formatum est in mus. it. II p. 177, l. 4.

Πο[ρ]τε[σ]ιλά[ω Mittheil. 1886 p. 180 sq. n. 2, 15.

Antiquissima praepositionis *προτί* forma est *πορτί* quae in recentissimis quoque titulis saepissime legitur. Cf. leg. Gortyn. V, 44; VI, 54; IX, 30. 50; XI, 30; CIG 3048, 15; 3051, 3; 3053, 4; CIA II 547, 3; le Bas 74, 15; 82, 4; Cauer[2] 120, 11. 17; 132, 4. 13. 50. 51; Bull. 1885 n. 8, 12; mus. it. I p. 144, l. 39; *πορτ'* CIG 3050, 16; le Bas 76, 38; Cauer[2] 132, 26. 43; *πορτιγράψαι* Cauer[2] 120, 41; *πορτήνθον* Bull. 1885 n. 8, 11; *πορτιπωνέν* mus. ital. II p. 157 n. 10, 8.

§ 29.

I. *στ*. 1. In inscriptionibus *στ* nonnunquam *σ* duplicat. Cf. F. Blass, Ausspr. d. Griech. p. 77 adn. 338. In titulis Creticis legimus *πάσστᾳ* leg. Gort. fr. A 16; *Ἀρισστάνδρω* Cauer[2] 120, 48; ad idem pertinet quod scribitur *ἴςς τε* in mus. ital. II p. 131 n. 1. 2, l. 12 et *τᾶ[σ]ς τιμᾶς* leg. Gort. VI, 42. Plerum-

que tamen volgaris scribendi ratio invenitur; cf. in lege Gortynia imprimis πάστας II, 32. 43; IV, 2. 5. 20. 22; III, 54; Cauer[1] 44, 101. 102 Ἀριστώνδα, Ἀριστόλοχος, Ἀριστάρχου alia.

2. Singulare est στ pro σθ in fragmentis inscriptionum Vaxiorum in mus. it. II p. 129—157. Legitur

a) -σται pro -σθαι in infinitivo Ϝεργακσάσται p. 131 n. 1. 2, l. 6. 7;

b) μιστῶ ibd. n. 1. 2, l. 7. 11; ἀμίστως l. 7.

II. τρ pro δρ legi videtur in ἀντρηίῳ mus. ital. II p. 131 n. 1. 2, l. 8. 15.

§ 30. ζ.

1. Ut volgo ζ exstat in Ζηνός, ζημία aliis verbis posteriorum inscriptionum quae in antiquiore orthographia δ exhibent.

2. Ex τσ, δσ ortum videtur esse ζ in aoristo verborum, quorum stirpes in dentalem exeunt. Formae quae ita formantur paucae sunt. Leguntur enim ἀνδαζάθαι mus. it. II p. 190 sqq. n. 52 pro δαττάθαι aut δασσάθαι et ἐξορκιζάντων ibd. I p. 144, l. 20 pro ἐξορκισσάντων. Eodem modo Comparetti II p. 190 n. 60 δικά]ζαι conicit; ibd. n. 62 ἐδίκαζε aut imperfectum aut aoristus esse potest. Certe hae formae recentiores sunt quam δαττάθαι, δικάκσαι in lege Gortynia.

3. Ex τj aut κj (cf. ὅτεια, ὅκα) ζ factum videtur esse in ὅζοι pro ὅττοι, ὅσσοι in mus. it. II p. 190 sqq. n. 67. Ibd. 53. 54 ὀζοοπερ pro ὅζωπερ esse suspicor cum Comparettio, ut errore ο bis scriptum sit.

4. Ϝοιζῆα mus. ital. II p. 190 n. 35. 36 et Ϝοιζηαζε . . . n. 51 idem esse puto atque Ϝοικεύς, Ϝοικῆα in leg. Gort.

§ 31. De κς et πς.

1. Pro ξ in antiquis dialecti monumentis κσ scribi solet.

a) ἄκσια leg. Gort. X, 23; mus. it. II p. 131 n. 1. 2, 2.

Ϝέκς mus. it. II p. 190 sqq. n. 6; Ϝεκσήκοντ' leg. Gort. VII, 12.

κσενίω leg. Gort. XI, 16; κσένιον mus. it. II p. 190 n. 82, 4; κσεν . . . ibd. 163 n. 3, 4; κσενοδό[κῳ ibd. p. 190 n. 61.

ἐκς leg. Gort. V, 15; VI, 47; VII, 10. 22. 25; mus. ital. II p. 131 n. 1. 2, l. 9; ἐκςεῖεν leg. Gort. VII, 9; ἐκςαννησῆται III, 6; ἔκσοι mus. it. II p. 190 sqq. n. 83. 84, 5.

κσανθᾶς mus. it. II p. 190 n. 70.

b) *δεικσεῖ, δεικσίων, δικσάθαι, ϝέρκσαι, παρέκσοντι, συνεςσάκσαι, δικάκσαι, καταδικακσάτω, ϝεργακσάσται.*

2. Ex analogia verborum, quae gutturalem in stirpis exitu habent, ξ irrepsit in futura et aoristos verborum in -ζω (-δδω, -δω), ut dicatur *δικάκσαι, ψαφιξαμένοις, ἐξορκίξωντι.* In posterioribus tamen inscriptionibus hae vere Creticae et Doricae formae saepius expulsae sunt volgaribus, ut *κομίσαι, ἐδοκίμασαν.* Cf. § 50, 9.

II. *πσ* pro *ψ* scribitur in

πσαπίδονσι mus. it. II p. 190 n. 82, 1 et

ἔγραπσε leg. Gort. XI, 20.

§ 32. De *ντ* et *νσ*.

I. 1. Singularis est forma *πέντον* pro *πέμπτον* (*πένπτον*) leg. Gort. II, 39.

2. Inter vocales *ντ* servatur

a) in tertia persona pl. activi: *λανχάνοντι, ἐμμενίοντι, πράξοντι, προεστάκαντι, ἐνδεδαμήκαντι, ϝείπωντι, ἴωντι, ἐντί.*

Raro volgare *-σι* pro *-ντι* irrepsit.

b) in *Βολοέντιος, Ὀλόντιος.*

II. 1. *νς* exstat in antiquissima accusativi plur. formatione: *τάνς, μοίρανς, καδεστάνς, στέγανς, τόνς, ἁπλόονς, ἐλευθέρονς, ἐγραμμένονς, τούτονς, μαιτύρανς, ἀποδόντανς, υἱύνς.*

In recentioribus titulis *ν* eici solet, quamquam hic quoque saepius antiquiores illae formae exstant.

2. Intra vocales *νς* saepissime servatur:

a) *Πριανσιεύς, Πριάνσιος* Bergm. inscr. 4. 6. 13. 33. 51. 59; CIG 2556, 5. 8. 12 ac saepius; le Bas 82, 1. 2.

b) *μηνσί*, sed postea *μησί, ἁγεμόσι*; cf. § 39, 6.

c) *ἄνπανσιν* leg. Gort. X, 33.

Postea vel *ἐστάλᾳ* pro *ἐν στάλᾳ* (le Bas 77, 23) dicitur.

3. *Γόρτυνς* mus. it. II p. 190 n. 83. 84, 2.

4. *νς* quod ortum est ex *ντς* retinetur

a) in *Κύδανς* Bull. 1885 n. 13, 3;

b) in nomin. sing. participiorum, velut *ἐπισπένσανς, καταθένς*; cf. § 39, 7 c.

c) in dativis pluralis participiorum, velut *ἐπιβάλλονσι*, *π-κάσανσι*.

Recentiores tituli *-ας*, *-εις*, *-ωσι*, *-ουσι*, *-ασι* formare solent.

5. *νς* quod factum est ex *ντj* servatur

a) in femininis participiorum, velut *ἔχονσα*, *ληίονσα* (*λεί-ονσα*), *ἀποστήλανσα*; cf. § 39, 7 c;

b) in feminino *πάνσα*; cf. § 39, 7 b.

Hic quoque in recentioribus monumentis *ν* eici solet, ut fiat productio suppletoria.

6. *νσ* pro *νδσ* exstat in aoristi formis verbi *σπένδω*: *ἐπ-έσπενσε*, *ἐπισπενσάθαι*; cf. § 50, 6.

7. *νς* satis antiquis temporibus priorem consonam eicit, ut vocalis antecedens non producatur

a) in accus. plur. primae, secundae, tertiae declinationis;

b) in praepositione *ἐς*. Atque antiquior quidem forma *ἐνς* ne in lege quidem Gortynia exstat, nisi V, 36 *ἐνς-είη* ad *εἶμι* referendum esse velis, de qua re cf. § 54, 13. *ἐς* legitur I, 26. 34; X, 24. 31; *ἐδ* XI, 15 et haec forma in omnibus fere titulis vel recentissimae aetatis reperitur. Per se intellegitur hic quoque volgare *εἰς* saepius irrepsisse.

c) De *νικαθές* in mus. it. I p. 144, l. 38 cf. § 39, 7 c.

§ 33. De *ϝ*.

ϝ in fronte verborum in antiquis Cretum inscriptionibus saepissime legitur:

ϝός, *ϝά*, *ϝόν*; cf. § 42, 4.

ϝίν leg. Gort. II, 40; *ϝοί* leg. Gort. fr. A 5.

ϝέκαστος leg. Gort. V, 51; Bull. 1885, 12; mus. it. II p. 131 n. 1. 2, 10; *ϝεκάστω* leg. Gort. VI, 31; IX, 24; *ϝεκάστας* I, 9. 30. 33; *ϝέκαστον* II, 40; IV, 41; mus. it. II p. 190 n. 82, 5; *ϝεκάσταν* leg. Gort. IV, 43; mus. it. II p. 157 n. 10, 6; *ϝεκά-τερος* leg. Gort. I, 18; *ϝεκατέρη* Bull. 1885 n. 8, 18.

ϝοικεύς leg. Gort. II, 9; IV, 34; *ϝοικέος* II, 42; III, 41; IV, 6. 36; mus. it. II p. 190 n. 80, 3; *ϝοικέα* leg. Gort. II, 8. 9; *ϝοικῆα* III, 41. 52; IV, 18; *ϝοικῆας* IV, 3; *ϝοικῆαν* II, 8. 10.

ϝοικίας V, 26; *ϝοικίαν* mus. it. II p. 190 sqq. n. 83. 84, 4.

ϝοικίων leg. Gort. IV, 35; *ϝοικιόντες* mus. ital. II p. 190

n. 83. 84, 3; ἐνϝοικῆ leg. Gort. IV, 34; καταϝοικιδέθαι mus. it. II p. 190 n. 82, 2; ἐν]ϝοικέν ibd. n. 80, 9.

ϝοικοπέδων ibd. n. 83. 84, 5.

ϝοιϙοδ ..... ibd. n. 52.

ϝοιζήα ibd. n. 35. 36.

ϝοιζηαζε . . . ibd. n. 51.

(ϝεῖπαι leg. Gort. VIII, 15;) ϝείπωντι VIII, 18; προϝειπάτω II, 28; XI, 50; ἀποϝείπωντι IX, 38; ἀποϝειπάθθω XI, 11; διαϝειπάμενος IX, 27; προϝειπέμεν mus. ital. II p. 171 n. 1, 2.

ϝίσϝον leg. Gort. fr. B 2; ϝίσϝᾳ mus. ital. II p. 190 sqq. n. 82, 2.

ϝ]ισϝόμοιρον leg. Gort. X, 53; ϝ]ισϝομοιρ .... mus. it. II p. 190 sqq. n. 79.

ϝ]ιδίᾳ mus. it. II p. 131 n. 1. 2, l. 8 pro certo haberi debet; ϝιδ[ίᾳ ibd. p. 190 sqq. n. 56, 3.

ϝίκατι leg. Gort. IV, 13; XI, 48; ϝίκα[τι mus. it. II p. 190 sqq. n. 80.

Ϝικαδίονος CIG 2598, 2.

ϝέκς mus. it. II p. 190 n. 6; ϝεκσήκοντ' leg. Gort. VII, 12.

ϝέτει mus. ital. II p. 157 n. 10, l. 13; δυοδεκαϝετία leg. Gort. XII, 34.

ϝοίνω leg. Gort. X, 39.

ϝέρκσαι leg. Gort. X, 30; ϝερκσ[α]ίεν mus. it. II p. 190 sqq. n. 82, 7.

ϝεργαζέ[σθαι mus. it. II p. 141 n. 4, 4; ϝεργακσάσται ibd. p. 131 n. 1. 2, 6.

ϝέργον p. 141, 3, 9.

ϝεργα[σ]ία[ς] leg. Gort. VIII, 44.

ϝῆμα leg. Gort. III, 38; ϝήμας V, 40.

καταϝελμένων ibd. X, 35; XI, 13.

Ϝαξίων le Bas 65, 1. 2; Ϝαυξίων ibd. 13. 17. 23.

ϝαρήν mus. it. II p. 190 sqq. n. 53. 54.

ϝαστίαν ibd. n. 62.

ἔϝαδε ibd. n. 82, 1.

De εϝ et εϝυ pro ευ, αϝ et αϝυ pro αυ cf. § 12.

In media voce ϝ vel in antiquissimis inscriptionibus excidit, ut dicatur λάω pro λάϝω (lapis) leg. Gort. X, 36; XI, 11.

τιτουϝέσθω mus. it. II p. 157 n. 10, 5. 10 idem est ac *τιτουέσθω*. Nullum igitur discrimen nisi orthographicum interest inter hanc formam et *τιτοϝτός* ibd. p. 190 sqq. n. 71. Eodem modo p. 190 n. 59 *τ]ίτας τιτ[ο]υϝόμ[ενος* scribendum esse censeo. Verbum igitur *τιτουόμαι* (= *τιτεύομαι*, cf. *τίτας* l. l.) statuendum esse videtur.

§ 34. De ϙ.

In inscriptionum Gortyniarum fragmentis in mus. ital. II p. 190 sqq. iuris publici factis saepissime ante *ο* et *ω* ϙ pro *κ* exstat, ut et tenuem et aspiratam gutturalem reddat.

a) ϙ pro *κ* legitur in

ϙοσμο .... n. 4; *πεντήϙοντα* n. 12. 13; *ὁρ]ϙωμότας* n. 40; *ὅρϙοι* n. 48; *ὅρ?]ϙον* n. 51; *ϝοιϙοδ[ομίας?* n. 52; *ὁρ]ϙόμνυ* n. 57; *ϙόσμος, ϙοσμέν* n. 77. 78; ϙ . . . n. 80 fortasse *καί* est. *ϙὤζοι* pro *κὤζοι* i. e. *καὶ ὅσσοι* n. 67.

b) Pro *χ* exstare videtur in (*ἄ*]*ρϙος* n. 56;) *λάϙοι* n. 62.

§ 35. De assimilatione consonarum.

I. Nasalis *ν* in antiquiore dialecto Cretica saepissime servatur, ubi postea assimilatio fieri solet.

1. Ante gutturalem in lege Gortynia nasalis semper retinetur, ut scribatur *νγ, νκ,* nunquam *γγ* aut *γκ*. Leguntur: *ἀνάνκας* VI, 47; *ἀνάνκᾳ* VIII, 33; *ἐπάνανκον* IV, 28; XI, 1; *ἐνκοιωτᾶν* IX, 35; *λανκάνεν* IV, 39; *λανκάνοντι* X, 51; *ἀπολανκάνεν* V, 1. 7; VII, 34; *ἀνκωρῆν* XI, 10; *συνγιγνώσκωντι* V, 46.

Eadem scribendi ratio etiam in recentioribus titulis non semel invenitur:

συνκειμένοις Cauer² 117, 17. 23; *συνκείμενα* CIG 2556, 47; *ἔνκλημα* Cauer² 120, 30; *Βενκά*[*σ*]*ω* mus. it. I p. 145, l. 52; *ἀνάνκας* mus. it. II p. 157, n. 10, 5;

ἔνκτησιν CIG 2556, 13; 3052, 37; le Bas 76, 41; Cauer² 118, 8; 131, 8;

λανχάνεν mus. it. I p. 144, l. 18; CIG 2556, 54;

Φαρανγίταν Bergm. inscr. 27;

συνγνοίη mus. it. II p. 157 n. 10, l. 2;

παραγγήλαν[*τες* mus. it. I p. 144, l. 28;

ἐνγρόφω Cauer[2] 120, 16. 60; *ἐνγρά*[*ψαι* mus. it. I p. 145, l. 46; *ἀνγράφοντες* Cauer[2] 120, 23; *ἀνγράψαι* Bull. 1885, 11, 27.

2. Ante labiales nasalis *ν* saepius in lege Gortynia, nonnunquam in posterioribus inscriptionibus servata est:

ἀνπί leg. Gort. I, 17; V, 46; VI, 26; *ἀνπιμωλίωντι* VI, 27; IX, 19; *ἀνπιμωλῆν* I, 1; *ἀνπιδήμας* V, 40.

μενπόμενος ibd. IX, 54.

ἀνποτέροις ibd. I, 21; *ἀνποτέρωσ'* mus. it. II p. 190 sqq. n. 81, 6.

ἄνπαντος leg. Gort. XI, 1. 6. 7; mus. it. II p. 190 sqq. n. 81, 3; *ἄνπανσιν* leg. Gort. X, 33; *ἀνπανάμενος* cf. § 23, 1 b.

ἐνφανίζοντες CIG 3052, 8.

ἐνβαλέν CIG 2555, 9/10.

Φιλόνβροτον CIG 2557 B 8.

ἐνϝοικῇ leg. Gort. IV, 34; *ἐ*]*νϝοικέν* mus. it. II p. 190 sqq. n. 80, 9.

Saepissime tamen etiam in lege Gortynia *ν* in *μ* transit; cf. *ἀμπί, ἀμπίμωλον, ἀμπαινέθαι* § 23, 1 b; *μ*]*εμπομένῳ* in antiquo fragmento mus. it. II p. 190 sqq. n. 82, l. 8. In decretis Teiis et foederibus civitatum Creticarum *μ* fere solum exstat.

3. Ante *λ* assimilatio nasalis neglecta est in *ἐνλιμενίων* Bull. 1885 p. 1 sqq. n. 8, 18.

Eodem modo haud dubie etiam *νμ* dictum est, sed exemplum non inveni.

II. Ceterum assimilatio in antiqua potissimum dialecto Cretica longe patet. Ac semper quidem prior consona alterius similis fit.

1. In media voce non composita assimilatio consonarum plerumque non fit nisi in antiquiore sermone. In nominibus propriis antiquae formae usque ad imperatorum aetatem pertinent. Cf. *Λυττίων* Bull. 1885 n. 19. 20.

a) *κτ* in *ττ* mutatum est in dativo *νυττί* leg. Gort. II, 14 et in *Λύττιος* Cauer[1] 41 (= Herm. IV, 276), 3. 4. 10. 11. 13; Cauer[2] 117, 1. 2. 5. 11. 23; 121 A 36. 43; Bull. 1885, 10, 6. 9. 25. 26; ibd. n. 11, 8; n. 19, 20; *Λύττοι* Cauer[2] 117, 3; Bull. 1885, 10, 19. 21; *Λυττόνδε* Cauer[1] 41, 12.

Forma *Λύκτιος* legitur Cauer[2] 117, 21. 23.

b) ττ pro πτ exstat in ἐγράτται leg. Gort. III, 29; IV, 31. 48; VI, 31; VIII, 10. 25. 29. 36. 40. 54; IX, 24; X, 45. 46; XI, 27. 28; XII, 21; fragm. leg. Gort. A 11, B 6; ἔγραττο leg. Gort. XII, 18.

c) ττ ex στ ortum videtur esse in μεττ' ἐς pro μεστ' ἐς.

d) γγ pro σγ in πρεγγευτάς, vide § 22, III 1.

e) ππ ex μπ assimilatione ortum est in Λάππα, Λαππαῖοι Bull. 1885 n. 8, 2. 3. 5 ac saepius; cf. Eckhel, doctr. num. II p. 314. 315; singularis est forma πε]ριαππέτις in mus. ital. I p. 145, l. 63 pro περιαμπέτιξ; ποππά[ν pro πομπάν certum videtur in mus. it. I p. 144, 32.

f) μμ pro μν exstare videtur in ἐςπρεμμίττεν Bull. 1885 n. 8[b].

g) νν pro ρν dicitur in ἀννίοιτο leg. Gort I, 11; ἐκςαννησήται ibd. III, 6.

2. De assimilatione quae fit inter duas verbi compositi partes haec adnotanda sunt:

a) Ex usitata lege nasalis ν ante λ ipsa quoque in λ abit in ἀλλυέθθαι leg. Gort. II, 30; ἀλλυσήται II, 34; X, 26; ἀλλυσαμένῳ VI, 49. νλ servatum est in πανλόγιον CIG 2554, 102.

b) σγ assimilatione fit γγ in ἔγγονος quae vox saepissime legitur in Bull. 1879 p. 418 sqq. n. 1[a], 6; 3[a], 3; 4[b], 4; 7[a], 3; 7[b], 4; 8[b], 6; Cauer[2] 131, 6. Semel legitur ἔσγονος Cauer[2] 132, 32.

c) λλ pro σλ est in ἐλλιποίεν Cauer[2] 117, 4; ἐλλείπων CIG 3047, 16; le Bas 73, 16.

d) δδ ex σδ factum est in ἐδδιήται apud Roehlium IGA 477 et τοῖδδε pro τοῖςδε leg. Gort. XI, 19.

e) φφ pro μφ (νφ) exstat in ἀφφάνω mus. it. I p. 144, 31, quod ex ἀνφάνω i. e. ἀναφάνω ortum est.

3. Denique vel inter duas voces saepius assimilatio consonarum fit.

a) In omnis aetatis titulis invenitur ea licentia, ut ante sequentem palatalem nasalis ν abeat in μ:

τὰμ πατρῳῶκον leg. Gort. VII, 15; VIII, 2; τῶμ πολιαταν X, 35; τὰμ πόλιν Cauer[2] 121 B 6; 132, 50; τὰμ πᾶσαν 130, 5; ἐμ πᾶσιν CIG 3048, 25; le Bas 72, 27; ἐμ Πάρῳ CIG 2557 B 16; ἀμ ποταμόν Bergm. inscr. 31; CIG 2554, 105; ἐμ πρυτα-

νείῳ Cauer[2] 121 A 15; ἐμ πόλει ibd. B 23, C 40; 117, 12; τὸμ Φοίνικα 121 A 29.

Praeterea in leg. Gort. ν servatur, ut ἀμπί et ἀνπί dicuntur. Ita exstat ἐν πόλι IV, 32; VIII, 2; τὰν πληθύν VI, 52; τὰν πατρῳῶκον VII, 32; VIII, 37; τὸν πάτρωα VI, 52; τᾶν πέντε I, 25. In recentioribus titulis plerumque eiusmodi assimilationem non fieri per se intellegitur.

b) ν ante sequentem nasalem μ in μ transit saepissime. Invenimus

τὸμ μάτρωα leg. Gort. XII, 29; ἄνπαντομ μὴ XI, 6; στέγαμ μὲν VIII, 1; τέλλεμ μέν X, 42; τὸμ μέν I, 24; τὸμ μή et μὲμ μή Roehl IGA 457; ἐμ μηνί CIG 2556, 62; ἐμ μέν Cauer[2] 120, 23; ὦμ Μύρινος 132, 9; ἐμ Μίτοις mus. it. I p. 145, 54.

Ne hic quidem in lege Gortynia semper fit assimilatio. Cf. στέγαν μέν VII, 31; αὐτὸν μοικίοντ' II, 44.

c) Nasalis ante gutturalem in antiquis titulis non mutatur; itaque σὺν Κύ[λ]λῳ leg. Gort. V, 6 legimus. Contra postea inveniuntur: τὰγ γᾶν Cauer[2] 121 A 30; τὸγ γραμματέα le Bas 72, 43; σὺγ Κυίᾳ Cauer[2] 121 A 5; τὸγ κόσμον C 10; τῶγ Κνωσίων B 11; ἄγ κα CIG 2556, 66.

d) ς in fine verborum sequentis vocis consonae assimilatur saepe in lege Gortynia.

Ante mediam dentalem abit in δ:

τᾶδ δέ VII, 32; τᾶδ δ[ίκ]ας I, 49; τᾶδ δαίσιος IV, 25; ταῖδ δέ V, 7; τὰδ δὲ IV, 41; ἐδ δικαστήριον XI, 15; ἐδ δυς . . . VI, 46; ὁρκιωτέροδ δέ III, 50; δατιομένοιδ δέ V, 51; υἱέεδ δέ VII, 22; πλίαδ δέ VII, 29; ἇδ δέ VII, 29; ἀνδοκᾶδ' ἔκεν i. e. ἀνδοκᾶδ δ' ἔκεν IX, 35; πατρὸδ δόντος V, 2 (sed πατρὸς δόντος VIII, 21).

Videmus assimilationem imprimis factam esse inter articulam et sequens nomen quocum in pronuntiatione artissime solebat coniungi et ante particulam δέ quae enclitica fere vi inclinatur ad antecedens verbum.

In θ abit in τὰθ θυγατέρανς IV, 47. Cf. -θθαι pro σθαι in infinitivis.

Sequenti λ assimilatur in τοῖλ λείονσι V, 32; τοῖλ Λατωσίοις Mitth. d. arch. Inst. 1885 p. 92; τὶλ λῇ leg. Gort. X, 33.

e) ρ in exitu verborum in lege Gortynia nonnunquam in

δ transit ante sequentis vocis mediam dentalem. Formae quae leguntur hae sunt:

ἀνὴδ δῷ III, 20. 29; *πατὴδ δάῃ* VI, 2; *πατηδώῃ* i. e. *πατὴδ δώῃ* IX, 41; *ὑπεδὲ* i. e. *ὑπὲδ δέ* XI, 44.

Praeterea hic quoque volgare ρ integrum relinquitur, ut *πατὴρ δωός* IV, 49.

§ 36. De apocope.

Apocope vocalis fit in praepositionibus *ἄν* et *πάρ* pro *ἀνά* et *παρά*. Atque in antiquis quidem inscriptionibus imprimis in lege Gortynia quae utramque vocem saepius exhibet hae formae unice leguntur; postea multo saepius inveniuntur volgares formae *ἀνά* et *παρά*.

ἂν ῥάχιν CIG 2554, 159. 161; mus. it. I p. 145, l. 69; assimilatione nasalis *ἂμ ποταμόν* Bergm. inscr. 31; CIG 2554, 105; *ἂρ ῥάχιν* mus. it. I p. 145, l. 70.

ἀνδεκσῆται leg. Gort. IX, 41; *ἀνδεκσάμενος* IX, 24; *ἀνδοκᾶδ* IX, 34.

ἀνκωρῆν ibd. XI, 10.

ἀνπανάμενος, ἄνπαντος, ἄνπανσιν § 23, 1 b.

ἀνθέμε[ν leg. Gort. XI, 14; Cauer² 132, 45; *ἀνθέντων* CIG 2557 B 21.

ἀνγράφοντ[ες Cauer² 120, 23; *ἀνγράψαι* Bull. 1885, 11, 27.

ἀνδαζάθαι mus. it. II p. 190 sqq. n. 52.

Assimilatio nasalis facta est in:

ἀμπαινέθαι, ἀμπαινέθθω, ἀμπανάμενος, ἄμπαντος, ἀμπαντύι; § 23, 1 b.

ἀμβαλέν Cauer² 120, 52;

ἀπαμπαιομένο[νς leg. Gort. fr. B 17;

ἀγγράφων Cauer² 120, 27; *ἀγγράψαι* CIG 3058, 31; le Bas 72, 42; *ἀγγραψάντων* CIG 2555, 3; Cauer² 121 C 30; *ἀγγραψάτωσαν* le Bas 75, 49; *ἀγγραφῇ* Cauer² 120, 39; *ἀγγραφέντα* ibd. l. 28;

ἀλλυέθθαι leg. Gort. II, 30; *ἀλλυσῆται* ibd. II, 34; X, 26; *ἀλλυσαμένῳ* ibd. VI, 49;

ἀφφάνω in mus. it. I p. 144, l. 31.

πάρ legitur in lege Gortynia II, 47; III, 8; VI, 3. 30; VIII, 51; XI, 8. 22; XII, 28; CIG 3047, 24; 3053, 4; le Bas 72, 36;

mus. it. II p. 157 n. 10, 3; *παρπέμψαι* Cauer² 118, 15; *παργενήται* ibd. 120, 25; *παργενομένῳ* le Bas 74, 31; *παρκαλίωντι* Bull. 1885, 8, 6; *παρκαλεσάντων* Cauer² 120, 2.

Contra apocope *α* in praepositione *κατά* in usu fuisse non videtur. In lege quidem Gortynia etsi saepissime legitur semper *α* retinetur. Duobus tamen locis *α* eiectum est, *κατό* Bull. 1885 n. 8ᵇ i. e. *κὰτ τό* et *κατὰν θυσίαν* i. e. *κὰτ τὰν θυσίαν* in mus. it. II p. 157 n. 10, 6. Certe non est quod bis statuamus errorem lapicidae ita ut in *τ* praepositionis aberraverit in articuli formam, quoniam, etsi in eadem musei italiani inscriptione l. 11 *κατὰ τὰ αὐτά* legitur, optime hic quoque apocope concessa fuisse potest.

§ 37. De prima declinatione.

1. In flexione nominum primae declinationis semper *α* pro *η* est. Demum in inscriptionibus posterioris aetatis etiam *ης*, *ῃ*, *ην* legitur ita, ut paucae sint eiusmodi formae in unoquoque titulo; velut singularis est forma *προστάτην* in Bull. 1885 n. 11 (l. 30); *Διοσκουρίδης* Cauer² 132, 2; *τῆς* le Bas 75, 48; *πολίτης* CIG 3048, 25. In titulis imperatorum aetatis formae Atticae solae exstare solent: *σεβαστήν*, *ἡ*, *δημαρχικῆς*, *κακή*, *γῆ* Bull. 1885 n. 17 sqq., sed *ἐπαρά*, *καταρά* n. 23, *Αἰλίαν*, *Πουπλίαν* ex dialecti Atticae norma.

2. Genetivus masculinorum in *ας* in *ᾶ* exit:

δικαστᾶ leg. Gort. V, 35; XI, 49; *καδεστᾶ* II, 18; *πρειγευτᾶ* CIG 3050, 13; 3051, 8/9; *πρεσβευτᾶ* le Bas 72, 20; *Χερνητάδα* CIG 2554, 207; *Περδίκκα* le Bas 72, 20; *παιδε[υ]τα* Cauer² 132, 16; *Ἀριστώνδα* Cauer¹ 44, 101; *Ἡρωίδα* Cauer² 120, 7; *Γλαυκία* ibd. 48; *Κλυμενίδα* ibd. 132, 54; *Μενοντίδα* ibd. 120, 55; Bull. 1885 n. 8, 2; *Πειθία* ibd. n. 11, 2; *Μόννα* ibd. 11, 14; *Πανταν δρίδα* ibd. n. 20, 7.

Singularis est forma non contracta *Βάδαο* Bull. 1885 n. 25, 2 et *Διοσκουρίδου* Cauer² 132, 2. 28.

De genetivis in -*ᾳ* cf. § 10, 5.

3. In genetivo pluralis *αων* contractum est in *ᾶν*:

τᾶν ἁμερᾶν leg. Gort. I, 25; VII, 12; *τᾶν τιμᾶν* V, 49; *ὀρπανοδικαστᾶν* ibd. XII, 27; *ἐνκοιωτᾶν* IX, 35; *πολιατᾶν* X, 35; XI, 14; *πολιτᾶν* Cauer¹ 44, 51; Cauer² 132, 17; Bull. 1879 p. 418 sqq. n. 6, 6; *τᾶν εὐχᾶν γενομενᾶν* Cauer¹ 44, 6; *τᾶν ναυτικᾶν* ibd. l. 61; *δραχμᾶν* ibd. 99; *ταυτᾶν* CIG 2554, 91; *τᾶν ἀγελᾶν* Cauer² 121 C 12; *πρεσβευτᾶν* CIG 2557 B, 2/3; 3052, 36; le Bas 62, 4; Cauer¹ 44, 88; ² 120, 47; *πρεισ-*

γευτᾶν CIG 3051, 11; *ποιητᾶν* CIG 3053, 10; le Bas 82, 9; Cauer[2] 132, 5; *ναπᾶν* CIG 2554, 113; mus. it. I p. 145, l. 55; *Ἀλλαριωτᾶν* CIG 2557 B 1. 9. 14; le Bas 73, 18. 30; *Κυδωνιατᾶν* le Bas 64, 1. 2. 25. Cf. etiam § 38, 9.

4. Accusativus pluralis in antiqua dialecto Cretica exit in *ανς*. Leguntur:

τὰνς . . . τιμάνς leg. Gort. I, 47; *δαρκνάνς* II, 9; [*ἐνκ*]*οιωτάνς* IX, 25; *καδεστάνς* III, 50; VII, 44; VIII, 14; *στέγανς τάνς* IV, 32; *μοίρανς* IV, 41; *τάνς* Bergm. inscr. 23; *πρεσγευτάνς* in inscr. Cret. CIA II 547, 13; (*πρειγευτάν*[*ς* CIG 3050, 14;) *πρειγευτάνς* 3058, 4; *καταξίανς* Cauer[2] 132, 23; *τίτανς* mus. it. II p. 190 sqq. n. 82, 5.

In lege Gortynia in nominibus formae in *-ας* omnino non leguntur, articuli autem forma *τάς* subest formis *τάδ* IV, 41 et *τάθ* IV, 47. Postea *ας* saepissime legitur neque dubium est, quin *α* productum non sit. Hoc docet analogia accusativorum in *ος*, de quibus cf. § 38, 3.

5. Dativus pluralis in *-αις* formatur. Paucae formae in *-αισι* quae leguntur recentiores videntur esse. Sunt autem: *ταῖς ἑταιρείαισιν* Cauer[2] 121 C 38 et D 8 et *ἰν ταῖσι πέντε* (scil. *ἀμέραις*) in mus. it. II p. 131 n. 1. 2, l. 5.

6. Dativus vi locativa exstat Bull. 1885 n. 8, 2 *Λάππᾳ*. Contra *ἐν* additur ibd. n. 10, 22 *ἐν Μάλλᾳ*. Possumus locativum illum scribere *Λάππαι*, etsi Cretibus certe discrimen erat nullum, ut etiam in scriptura locativum a dativo discernamus, id quod volgo fieri solet in secunda declinatione.

7. Forma localis in *-θεν* una legitur *Λάπ*[*πα*]*θεν* Bull. 1885 n. 8, 15. 16.

§ 38. De altera declinatione.

1. Genetivi singularis antiquissima forma exit in *ω*. Saepissime tamen in inscriptiones secundi a. Chr. saeculi volgaris formatio in *-ου* irrepsit, ita ut in uno codemque titulo saepius utraque formatio inveniatur. Cf. le Bas 63, 73; in inscriptione apud Cauerum[1] 44 semper *ου* legitur.

De genetivis in *ῳ* cf. § 10, 5.

2. In dativo singularis *υι* pro *ῳ* dictum esse non constat.

Falso quidem in leg. Gort. XI, 21 ἀμπαντῦι pro eiusmodi dativo habuerunt viri docti; nam ἀμπαντύι haud dubie dativus est ab ἀμπαντύς. Cf. Dittenberger, Herm. 20, 573. Praeterea Comparetti τιτῦι in mus. it. II p. 190 sqq. n. 53. 54 et ὀπυστῦι ibd. n. 80, 7 dativos esse vult, ut referat formas ad τιτός pro τιτθός et ὀπυστός pro ὀπυιστός. Sed neutra certa est.

3. Accusativi pluralis antiquissima terminatio est ονς; praeterea iam in lege Gortynia legitur ος, imprimis in articulo. Ac Baunackii quidem contenderunt ante consonam τός, ante vocalem τόνς dictum esse et quae huic legi repugnent, neglegentiae aut errori lapicidae deberi. Et illud quidem verum est voce quae consonam in fronte habebat sequente propter procliticam articuli vim offensum videri esse in magno consonarum quae tum concurrebant numero. Etsi igitur in lege Gortynia ante vocales semper servata est antiquior forma τόνς, ante consonas saepius expulsa est recentiore τός. Sed certa lex atque norma, quam secutum esse constat sermonem in usu praepositionis ἐς aut ἐκς, statui non debet, nisi exemplis aperte probatur. Sed hoc minime dici potest, ut satis docent exempla quae infra composuimus. Denique autem articuli formatio non prorsus certe alia fuit atque nominum, in quibus eiusmodi lex omnino non potest observari.

Alia quaestio ea est, utrum in antiquissimis inscriptionibus quae ο ab ω non discernunt in scriptura, in his imprimis in lege Gortynia, τώς an τός scribendum videatur esse. Ac Comparetti quidem, Baunackii alii τώς scribunt. Non recte, ut videtur. Nam in recentioribus titulis fere omnibus unum τός legitur, in his qui multas antiquitates servaverunt. Ut pauca afferam, in inscr. Bergm. praeter τάνς, τόνς, φοινίκανς dicitur τός, ἱλέος, θιός, in inscriptione Cretica apud Cauerum[2] 132, quae antiquam formationem et in nominum et in verborum flexione prae se fert — semel hic quoque τόνς invenimus — unice ος legitur, Bull. 1885 n. 10, l. 16 forma ceterum antiquissima πενταχατίος ος exhibet. Contra ως non videtur legi nisi in recentissimis inscriptionibus CIG 2554 et le Bas 73, 13. Dubitare igitur non licet quin unice vera et antiqua Cretum formatio fuerit in ος, ut productio suppletoria eodem modo neglecta sit, quo semper esse constat neglectam in praepositione ἐς pro ἐνς.

Sed iam componere placet antiquos accusativos in *ους*. Ac *τόνς* quidem legitur ante vocales in leg. Gort. VII, 7. 9; IX, 1; X, 47; XII, 30; Cauer² 132, 47; Bergm. inscr. 11; ante consonas in leg. Gort. IX, 4. 39; fragm. leg. Gort. B 13; Bergm. inscr. 28; Bull. 1885 n. 8, 17. 18; mus. it. II p. 190 sqq. n. 82, 5.

Praeterea leguntur:

ἁπλόονς leg. Gort. I, 47; *ὀδελόνς* II, 15; *ἐλευθέρονς* V, 54; VII, 8; *καρτερόνς* VI, 45; VIII, 43; *ἐγραμμένονς* XII, 30; *Ἱαραπυτνίον*[ς Bergm. inscr. 11; *κό*]*ρμονς* ibd. 41; *Ῥωκίονς* CIG 3051, 3/4; *αὐτόνς* ibd. 6; *συγκεκλειμένονς* CIA II 547, 12; *Γορτυνίονς* Bull. 1885 n. 8, 12; *τὸνς νόμονς τὸνς ϝεκατέρη κειμένονς* ibd. l. 18; *θε*]*όνς* ibd. n. 9; *αϝτόνς* mus. ital. II p. 163 n. 3, 2; *δι*]*καίονς* ibd. II p. 173 n. 2, 18 (= Bull. 1885, 6, 18); *τούτονς* leg. Gort. V, 27.

Formae in *ος* in lege Gortynia hae leguntur:

τός III, 50. 51; IV, 8. 39; VII, 43. 44; VIII, 14. 15; *ὁρκιωτέροδ δ'* III, 50.

Postea hanc formationem usitatissimam esse supra diximus. Saepe *ους* in recentibus titulis ex Ionica dialecto receptum est, imprimis in decretis Teiis quae dicuntur.

4. Dativi pluralis in *οισι* formati sunt *σὺν τοῖσι* mus. it. II p. 173 n. 2, 4 (= Roehl IGA 478) et *το*]*ῖσι ναοῖσι* p. 190 n. 51, 2.

5. Locativi in *οι* hi exstant: *Λύττοι* Cauer² 117, 3; Bull. 1885, 10, 19. 21; *Ὠλεροῖ* Cauer² 117, 11; *Λατοῖ* 120, 6. 13. 57; *Κνώσσοι* ibd. 5. 12. 33. 54. 57; mus. it. I p. 145, 49. Illud quoque fit, ut locativi formae cum praepositione coniungantur, ut *ἐν Πριανσίοι* CIG 2556, 3. 33; *ἐν Δάλοι* Cauer² 132, 47. 50; *ἐπὶ Μονητίοι* Bull. 1885, 10, 19.

6. Forma localis in *-θεν* legitur in *Λατόθεν* CIG 3058, 25; le Bas 74, 28; *Κνώσσοθεν* Bull. 1885, 11, 12; in *-δε Λύττονδε* Cauer¹ 41, 12.

7. Atticum *νεώς* est *ναός*: *ναῷ* CIG 2554, 93; leg. Gort. I, 42; *ναοῖσι* mus. it. II p. 190 n. 51, 2.

Ἀρκεσιλάω Bull. 1885, 13, 4.

8. Nomina in *εος* et *οος* non contrahuntur in antiquiore dialecto:

a) *χαλκέᾳ* Cauer² 130, 17; *χρύσεον* Bull. 1885, 14, 10. *δέν-*

δρεα CIG 2555, 24 a δενδρεο aut δενδρεσ derivari potest. Forma quae ιος pro εος exhibeat nulla legitur, etsi ex tota dialecti indole pro certa debet haberi haec formatio.

b) ῥόον Bergm. inscr. 21; CIG 2554, 157; διπλόα Cauer[2] 121 D 3; διπλόω Bull. 1885, 10, 4; εὐνόοι CIG 3052, 3; πρόχοον leg. Gort. X, 39; ἁπλόον VI, 23. 43; IX, 15. 40; I, 49; ἁπλόους I, 47; leg. Gort. fr. A 6/7 haud dubie errore ο semel omissum est, ut non ἁπλῶν, sed ἁπλόον legendum sit.

Non vere Creticae formae sunt εὖνοι Cauer[1] 44, 59 et εὔνους ibd. 11.

9. Adiectiva in genere feminino etiam in gen. pl. primam declinationem sequuntur:

τᾶν εὐχᾶν γενομενᾶν Cauer[1] 44, 6; τᾶν ναυτικᾶν δυναμίων ibd. 61; τᾶν πολέων ἀμφοτερᾶν CIG 2557 B 24; 3052, 16. 47; le Bas 76, 46; 77, 36; τᾶν λοιπᾶν Bull. 1879 p. 418 n. 10, 5; ταυτᾶν CIG 2554, 91; leg. Gort. V, 19.

10. ἁπλόος in lege Gortynia femininas formas non habet. Dicitur τὰν ἁπλόον τιμάν I, 49; τὰνς ἁπλόους τιμάνς I, 47.

11. δῶλος etiam adiectivi munere fungitur: δῶλα τέκνα leg. Gort. VII, 3. 5.

§ 39. De tertia declinatione.

1. De nominativo plur. in εν pro ες cf. § 20, II.

2. Singularis est dativi pluralis forma in οις in dialecto Cretica in λιμένοις Cauer[2] 130, 12 (= rév. archéol. 1864 p. 77). Similia in aliis quoque dialectis inveniuntur imprimis septentrionalis Graeciae. Cf. Meyeri gr. gr. 376.

3. Locativam vim habet dativus Γόρτυνι Bull. 1885, 8, 1. Ceterum ἐν addi solet: ἐν Γόρτυνι Cauer[2] 117, 12; ἐν Ὀλόντι 120, 7. 14; mus. it. I p. 144, 11. 22.

Forma localis in -θεν legitur una Γορτύναθεν Bull. 1885, 8, 16.

4. Accusativus plur. in antiqua dialecto exire solet in ανς:
κέρανς leg. Gort. I, 26. 34;
καρτόνανς I, 15;
μαιτύρανς III, 51; IV, 8; V, 52; IX, 39; XI, 27; fr. B 13. 14;
ἐπιβαλλόντανς VII, 9; X, 47; XI, 9;

ἀποδόνταυς X, 12;
ματρώαυς IX, 4;
θυγατέραυς IV, 42;
πατρώαυς VIII, 44;
δρομέαυς V, 53;
πλίαυς V, 54;
κύναυς leg. Gort. fr. B 16;
φοινίκαυς Bergm. inscr. 28;
καταβαλλόνταυς Bull. de corr. hell. 1885, 8, 17;
πάνταυς ibd. n. 9, 2;
χαρίταυς Cauer[2] 132, 23;
στατήραυς leg. Gort. I, 4. 29. 32; II, 4. 10. 12. 18. 23. 52; III, 3. 11. 14. 39; IV, 13; V, 37; XI, 15; mus. ital. II p. 157 n. 10, 40; ibd. p. 190 sqq. n. 82, 5.

Formae in *ας* in lege Gortynia duae leguntur: *θυγατέρας* IV, 47; *πλίαδ* VII, 29. Postea haec volgaris formatio est.

Eodem modo formatur in antiqua leg. Gort. IV, 40 *υἱύνς* de *υἱύς*.

5. Nomina quorum stirpes in dentalem exeunt in dativo pluralis ante *σ* eiciunt hanc consonam ut volgo; quamquam formae quae leguntur recentiorum titulorum sunt: *Ἀρκάσιν* CIG 3052, 43; *προγεγονόσι* CIG 2556, 9; *προεστακόσι* Cauer[2] 132, 42; *χρήμασι* ibd. l. 38.

6. Nomina quorum stirpes nasali concluduntur, retinent etiam ante *σ* in antiquissima formatione. Dicitur igitur *μηνσί* leg. Gort. VII, 46, *ἰάρονσι* mus. it. II p. 157 n. 10, 2. In recentiore dialecto *ν* eicitur: *μησίν* Cauer[2] 120, 56; *ἁγεμόσι* Cauer[1] 44, 28.

In nominativo singularis si quidem sigmatice formatur, eodem modo *νς* servatur. Unum legimus huius formationis exemplum *Γόρτυνς* in mus. it. II p. 190 sqq. n. 83. 84, l. 2.

7. Nomina, quae *ντ* in stirpis exitu habent, ante terminationis *σ* dentalem quidem eiciunt, nasalem ante sibilantem in antiquissima dialecto retinent. Legitur autem eiusmodi *νσ*:

a) in *Κύδανς* Bull. 1885 n. 13, 3;

b) in gen. fem. adiectivi *πᾶς*: *πάνσας* CIG 3050, 7; 3051, 9; le Bas 62, 6; *πάνσᾳ* mus. it. II p. 190 n. 66; *πάνσα* . . ibd. n. 83. 84, l. 2. Eodem modo haud dubie *πάνσι* formatum est, sed nunquam legitur.

Postea recentior forma πᾶσα volgo dici solet.

c) in flexione participiorum. Ac nominativi quidem in -ανς et -ενς pauci tantummodo inveniuntur in lege Gortynia:

ἐπισπένσανς VI, 20; συναλλάκσα[ν]ς IX, 53; καταθένς VI, 19; IX, 12; X, 27.

Saepissime dativi in -ονσι, -ανσι, -ενσι leguntur:

ἐπιβάλλονσι III, 33; XI, 42; λείονσι (λῃίονσι) V, 32; ἐλόνσι II, 34; καταπλέονσι Cauer² 132, 36; ἐκπλέονσι ibd. 37; πσαπίδονσι mus. it. II p. 190 sqq. n. 82, 1;

νικάσανσι leg. Gort. XI, 39; ἐ]πομόσανσι mus. it. I pag. 144, l. 17;

κριθένσι Cauer² 120, 36.

Feminina in -νσα etiam in satis recentibus titulis multa inveniuntur:

πρέπονσαν le Bas 82, 16; προυπάρχονσαν ibd. 74, 21; CIG 3058, 19; ὑπάρχονσαν ibd. 3051, 6; ἔκονσ' leg. Gort. II, 47; ἔχονσαν ibd. III, 19; VIII, 48; VIII, 11. 28; κηρεύονσα III, 45. 53; IV, 9; ἡβίονσα VII, 53; ἡβίονσαν VII, 37. 41; ἀπολακόνσα V, 4; διαλακόνσαν VIII, 4. 24; καταλιπόνσα VI, 32; λείονσαν (λῃίονσαν) VII, 42;

τιμίονσα Cauer² 132, 22;

ἴονσα Cauer² 132, 21;

ἀποδιδόνσα Cauer² 132, 23;

ἀπομοσάνσα leg. Gort. III, 10; ἀποστηλάνσας Bull. 1885, n. 11, 25;

καθιστάνσα Cauer² 132, 25.

Recentiores formae nasalem ante sibilantem eiciunt. Et hoc quidem iam in legis Gortyniae formis ὀμόσας IX, 38 et ὀμνύς IX, 21 factum est. Ac de nominativo nihil adnotandum est nisi quod praeter volgares formas αἱρεθείς Cauer¹ 44, 93; ἀποσταλείς CIG 3047, 16; πεμφθείς ibd. 18 semel legitur νικαθές in mus. ital. I p. 144, l. 38, ut productio suppletoria omnino omissa sit. In dativis masculini generis et in feminino participia in -οντ- aut dialecti Doricae leges sequuntur, ut producant ο in ω, aut accipiunt volgare ου.

μετέχωσι CIG 2557 B, 15. 18; διδῶσι 2556, 19; εὐορκῶσι 2555, 25; Cauer² 117, 18. 24; εἰςάγωσι, ἐξάγωσι Cauer² 131, 9; ἐῶσιν le Bas 73, 19;

ἑώσας CIG 2556, 24; ὑπάρχωσαν le Bas 73, 7; προυπάρχωσαν ibd. 72, 28; 75, 9; CIG 2556, 6.

Sed dicuntur οῦσιν CIG 3047, 21; le Bas 75, 27; μένουσα le Bas 76, 25; ὑπάρχουσαν CIG 2557 B 6; Cauer[1] 44, 94; προυπάρχουσαν le Bas 77, 20; CIG 3048, 26; ἄγουσαν ibd. 2554, 119. 128 alia.

8. Nomina quorum stirpes exeunt in κτ in antiqua dialecto Cretica assimilatione in -ττος, -ττι, -ττα flexa videntur esse. Exstat una eiusmodi forma νυττί in leg. Gort. II, 14. A recentioribus titulis hoc alienum est. Cf. νυκτί Cauer[2] 121 A 39.

9. Neutra in ος in antiquissimo sermone formantur in ιος, ια, ιων: τίριος· θέρους· Κρῆτες apud Hesychium; ἔθνιος Cauer[2] 132, 5;

μέρια Bull. 1885, 10, 7; χρήια Cauer[2] 121 B 41.

Dativi semper ει exhibent: κάρτει leg. Gort. II, 3. 11; V, 36; ϝέτει mus. it. II p. 157 n. 10, 13; σθένει Bull. 1885, 8, 10 alibi; πλήθει Cauer[1] 44, 95.

Recentiores sunt formae τεμένεος CIG 2554, 164; τέλεα ibd. 2556, 19. 25.

Praeterea in nominativo pluralis η, τέλη Bull. 1885, 8, 17; λάκη· ῥάκη· Κρῆτες; in genetivo singularis ως, κρίως mus. it. II p. 157 n. 10, 7; in genetivo pluralis ων inveniuntur, ἐπῶν, μελῶν Cauer[2] 132, 6.

10. Nominum in -ής antiquissimae formae sunt

in genetivo: Φάνιος CIG 2557 B 3; Σωμένιος Bull. 1885 n. 11, 3; Σωτοκύδιος ibd. 4; Διοτέλιος ibd. 2; Δυ]σικάρτιο[ς mus. it. II p. 177, l. 4;

in accus. sing.: ψουδία· ψευδῆ apud Hesychium; Κρητογενία CIG 2554, 177; δυοδεκαϝετία leg. Gort. XII, 34; ἐμφανία Cauer[2] 132, 10;

in accus. plur.: ἐμμανίας CIG 2555, 23; Cauer[2] 117, 18. 24; 121 B 36.

Recentioris dialecti sunt

genetivi in εος: Ἄρεος le Bas 77, 24; Σωσιγένεος Cauer[2] 131, 4; Σωτέλεο[ς Mittheil. 1886, p. 180—184, n. 2, l. 7; Πρατοφάνεος ibd. l. 10;

aut in ους: ὁμοτελοῦς Cauer[1] 44, 62; Ὑπεράνθους Bull. 1885 n. 15; Εὐσεβοῦς ibd. n. 20, 4;

aut in ευς: *Εὐκράτευς* CIG 3047, 14;

aut in ηος, quae formatio semel legitur in *Δαμοκάδηος* Bull. 1879 p. 418 sqq. n. 3[c], 4;

accusativi sing. in εα: *Ἄρεα* CIG 2554, 181; 2555, 14; Cauer[2] 117, 14. 20; ibd. 121 A 25; *συγγενέα* le Bas 64, 18;

aut in η: *συγγενῆ* le Bas 73, 21; *Νικομήδη* Bull. 1879 p. 418 sqq. n. 2[a], l. 14;

genetivi plur. in εων, velut *συγγενέων* le Bas 76, 21;

accusativi in εας: *συγγενέας* le Bas 75, 39; *ἐμμανέ[ας* Bull. 1885 n. 9.

Omnino vere Creticae formae non sunt nominativus *συγγενεῖς*, qui in omnibus fere Teiorum decretis legitur, et accusativi *ἀτελεῖς* le Bas 77, 25 et *τριήρεις* Cauer[1] 44, 70.

Nominativus pluralis haud dubie in εες formatus est.

Nomina contracta in ῆς in antiquis monumentis non leguntur. Postea hoc modo flectuntur:

Μενεκλῆς le Bas 75, 5; 81, 3. 8; 82, 3. 7 alibi; *Πολυκλῆς* Bull. 1879 p. 418 sqq. n. 6, 2; *Διονυσοκλῆς* Bull. 1885, 13, 5;

Ἀριστοκλέος Cauer[2] 118, 3; cf. § 3, 7; *Διοκλεῖος* Cauer[2] 120, 54;

Διοκλεῖ Cauer[2] 120, 6; *Ἀντικλεῖ* ibd. 59; *Μενεκλεῖ* le Bas 81, 18;

Μενεκλέα le Bas 76, 43; CIG 3052, 44; aut *Μενεκλῆ* CIG 3052, 49; aut — et haec usitatissima formatio est — *Μενεκλῆν* le Bas 76, 6; 77, 6; 82, 15; CIG 3052, 5; *Ἀγαθοκλῆν* Cauer[2] 131, 3/4; *Στρατοκλῆν* Bull. 1879 p. 418 n. 1, 1; *Λυσικλῆν* in inscr. Cret. CIA II 547, 10.

11. Nomina in εύς genetivum in εος formant: *βασιλέος* CIG 3051, 8; le Bas 74, 18; *γραμματέος* Cauer[2] 121 A 8; *Ϝοικέος* leg. Gort. II, 42; III, 41; IV, 6. 36; mus. it. II p. 173, n. 2, 14; ibd. p. 190 sqq. n. 80, 3. Non vere Creticum est *βασιλέως*, quod saepius in decretis Teiis exstat, velut CIG 3047, 14. 18; 3048, 18; 3050, 12/13; le Bas 73, 15;

dativus *Πριανσιέϊ* CIG 2556, 18/19 potius quam *Πριανσιεῖ* scribendum videtur; cf. in nom. pl. *Πριανσιέες*;

accusativus in -έα exit: *γραμματέα* le Bas 72, 44; *Ϝοικέα* leg. Gort. II, 8. 9; *καταλοβέα* Mittheil. 1886, p. 180 n. 2, 4. Recentissima est forma contracta *ἀρχιερῆ* in inscriptione ex imperatorum aetate Bull. 1885 n. 19, l. 5;

antiquissimae nom. plur. formae sunt: *δρομέες* leg. Gort. VI, 36; *Πριανσιέες* CIG 2556, 46. Recentior est forma *Πριανσιές* (cf. § 3, 7 b) CIG 2556, 30;

genetivus plur. formatur in *εων*: *δρομέων* leg. Gort. I, 40; III, 22; *Πριανσιέων* Bergm. inscr. 33. 51; CIG 2556, 35. 45; *Αἰθαλέων* Cauer[2] 121 A 3; Bull. 1885 n. 11, 1. *Πριανσιῶν* pro *Πριανσιέων* CIG 2556, 72 veri simile non est; scribendum videtur esse *Πριανσίων* a *Πριάνσιος*; cf. *Πριανσίοι* ibd. 73. 79;

dativus *Πριανσιεῦσιν* Bergm. inscr. 6; CIG 2556, 30 volgarem formationem exhibet;

accusativi antiquissimam formam habet *δρομέανς* leg. Gort. V, 53; postea ut volgo *εας* dicitur: *γραμματέας* CIG 3048, 42. Dialecti Creticae formae omnino non sunt *Κρ]ηταιεῖς* CIG 3052, 28; *ἱερεῖς* Cauer[1] 44, 1.

12. Nomina in *-ις* in antiquissima formatione *ι* retinent. Dicitur igitur:

πόλιος CIG 3048, 10. 28. 35. 42; 3049, 9; 3052, 32; le Bas 64, 10; 72, 29; 73, 10; 72, 37; 74, 10. 30; 75, 12; 76, 4 12. 28; Cauer[1] 44, 61. 63; Cauer[2] 120, 1; 130, 4; *καθιερώσιος* CIG 3052, 32; le Bas 73, 9; 76, 12. 27; *αἱρέσιος* le Bas 76, 25 *συντάξιος* Cauer[1] 44, 95; *ἀναθέσιος* Cauer[2] 132, 53; *στάσιος* ibd. 121 B 18; *περιστάσιος* Bull. 1885 n. 11, 5; *παρακλήσιος* ibd. 21; *κ]η[ρ]εύσιος* leg. Gort. II, 53; *δαίσιος* IV, 25; *διρήσιος* IX, 36; *διάλσιος* mus. it. II p. 131 n. 1. 2, 8;

in nom. pl. *πόλιες* Cauer[1] 40, 14; *πρυτάνιες* ibd. 44, 91;

in genet. plur. *πολίων* le Bas 76, 46; 77, 36; *δυναμίων* Cauer[1] 44, 61;

in acc. plur. *πολίας* CIG 3053, 5;

in dativo sing. *ιι* in *ι* contrahitur: *πόλι* Cauer[2] 118, 2; 120, 10. 11. 32; 130, 12; 132, 1. 27; leg. Gort. IV, 32; VIII, 2; Bull. 1885, 10, 16; ibd. 11, 4; mus. ital. II p. 131 n. 1. 2, l. 7. 11; ibd. p. 190 sqq. n. 66; 82, 8.

Postea pro *ι* volgare *ε* dicitur:

πόλεος CIG 3049, 21; 3050, 4. 9; 3051, 7. 14; 3052, 49; 3058, 27; le Bas 72, 44; Cauer[2] 120, 44. 48. 49; 132, 32. 40; Bull. 1885, 11, 29;

πόλει CIG 2554 saepius; 2556, 45. 46. 72. 73; le Bas 82, 2. 6. 13; Cauer[2] 117, 5. 6; 120, 61; 121 A 42, B 23, D 21; *παρευρέσει* ibd. 120, 30; *προαιρέσει* 132, 30;

πόλεας Bull. 1885, 11, 25;

πολέων CIG 2556, 52; 2557 B 23; 3052, 47 alibi.

Recentissimae sunt formae in *εις* in nom. plur.: *πόλεις* CIG 2557 B 20; et in accusativo: *πόλεις* Cauer[2] 120, 1; *πράξεις* CIG 2554, 200; *διαλύσεις* 3047, 16.

Denique in genetivum singularis saepissime Attica forma *πόλεως* irrepsit; cf. CIG 2554, 104; 3052, 24; le Bas 72, 10; Cauer[2] 121 B 25; Bull. 1885, 11, 12/13 alibi.

Accusativus singularis semper in *ιν* formatur, velut *δαῖσιν* leg. Gort. V, 47; *ἄνπαυσιν* X, 33 multa alia.

In dativo pluralis in antiquiore dialecto haud dubie *πόλισι* dictum est, sed eiusmodi forma non legitur. In recentioribus titulis inveniuntur tantummodo *πόλεσι* CIG 2554, 84. 217; 2557 B 7 alibi; *δυνάμεσι* Cauer[1] 44, 49.

13. *Λατώ* deae nomen in accusativo tres formas exhibet: *Λατοῦν* Cauer[2] 121 A 24; *Λατῶν* Cauer[1] 40, 6; CIG 2554, 180/181; mus. it. I p. 145, 75; *Λατώ* CIG 2555, 13; Cauer[2] 117, 14. 20.

Λατώ urbis nomen dativum *Λατῷ* format CIG 2554, 4. 70. 208; mus. it. I p. 144, 40. 43; ita scribendum esse, non *Λατώϊ*, docent *Λατοῖ* et *Λατόθεν* de quibus cf. § 38, 5. 6; accusativus *Λατῶν* dicitur CIG 2554, 50. 55; mus. it. I p. 144, l. 31.

Cf. etiam accusativum *Αἱρεπώ* CIG 2554, 166.

14. De *Ποσειδῶν* qui Dorice dicitur *Ποτιδᾶν* hae formae leguntur:

Ποτειδᾶνι mus. it. II p. 147 n. 7, 1;

Ποσειδᾶν CIG 2554, 179; eademque forma dici videtur mus. it. I p. 145, 74 *Ποσειδᾶ*[*ν*.

Forma Attica *Ποσειδῶνος* invenitur CIG 2554, 93.

15. *υἰύς* in antiqua lege Gortynia hoc modo flectitur:

υἰύς IX, 40; X, 15; *υἰυίς* XII, 17, quae forma tam mire formata est, ut certe errore lapicidae exstet pro *υἰύς*;

υἰέος VI, 3;

υἰύν VI, 12;

υἰέες VII, 25; *υἰέεϛ* VII, 22;

υἰάσι IV, 37;

υἰύνς IV, 40.

In recentioribus imperatorum aetatis titulis saepius vox secundae declinationis terminationes accipit. Cf. *υἱός* Bull. 1885, 15, 3, *υἱόν* ibd. 19, 3.

16. *Ζεύς* Eckhel doctr. num. II p. 301;

Ζηνός CIG 2554, 95; Cauer[2] 120, 14; mus. it. I p. 145, l. 48; *Τανός* Eckhel 301; *Διός* recentissima forma legitur CIG 2554, 135;

Τᾶν Eckhel l. l.; *Τᾶνα* CIG 2555, 11 (bis); *Τῆνα* Cauer[1] 40, 5 (bis); *Ττῆνα* Bergm. inscr. 60. 61. 77; *Δῆνα* Cauer[2] 121 A 16. 17; *Ζῆνα* CIG 2554, 177. 178; Cauer[2] 117, 13 (bis). 19. 20; Eckhel l. l.

17. *γυνά, γυναικός* et *μαῖτυς, μαίτυρος* singulare nihil habent.

§ 40.

Addere mihi liceat hoc loco varia quaedam de nominum flexione quae adnotatione digna videntur.

a) Pro *λᾶας* in lege Gortynia *λαός* dicitur in genetivo *λαᾶ* X, 36; XI, 12.

b) Praeter stirpem *ϝηματ-* quae est in *ϝῆμα* leg. Gort. III, 38 (cf. Atticum *εἶμα*) exstat *ϝημα-* ex primae declinationis norma, unde derivatur genetivus *ϝήμας* leg. Gort. V, 40.

c) Praeter *ἐπάνανκον* quod legitur in lege Gort. IV, 28; XI, 1 invenitur *ἐπάναγκες* in recentiore titulo apud Cauerum[1] 44, 39. 74.

§ 41. De comparatione.

1. *πολύς* ad comparativi formationem utitur stirpe *πλε-*, quam in antiqua dialecto Cretica in *πλι-* abiisse supra docuimus, ita ut aut comparationis suffixum *-ιον-* addat aut nihil accipiat nisi flexionis terminationes. Exstant igitur duo formarum genera, ad quorum unum referendae sunt hae:

πλίες leg. Gort. VII, 18. 24;

πλία ibd. X, 12. 17;

πλίασιν Cauer[2] 121 B 31/32;

πλίανς leg. Gort. V, 54; *πλίας* mus. it. II p. 141 n. 3, 8 *πλίαδ* leg. Gort. VII, 29;

πλίνι ibd. XI, 5.

Ad alterum genus spectant:

πλίον leg. Gort. I, 37; III, 40; X, 16;

πλίονος ibd. II, 39; IX, 47; Cauer[2] 132, 15;

πλίονα leg. Gort. IV, 51.

In posterioribus titulis dici solent *πλέον* CIG 3047, 13; le Bas 73, 14; Cauer[2] 118, 12; *πλέονες* CIG 2554, 53; aut iota servato *πλεῖον* le Bas 76, 9. 31.

Dubium non videtur esse quin *πλίον, πλίονος, πλίονα* iota correptum habeant. Excidit igitur *ι* in comparativi suffixo inter vocales.

Superlativus *πλεῖστος* (leg. Gort. V, 48) volgarem formationem exhibet.

2. Memoria digni sunt comparativi *καρτόνανς* leg. Gort. I, 15 et *κρείγονα* ibd. XII, 34, quod *ι* eiecerunt.

Superlativus *κρείγιστος* nihil singulare habet.

3. A mera dialecto Cretica contractae comparativi formae alienae sunt. Est igitur Attica forma *ἐλάσσους* Cauer[1] 44, 20.

§ 42. De pronominibus.

1. De pronomine personali primae personae haec adnotanda sunt:

Dativus singularis dicitur et *ἐμίν* Cauer[1] 40, 11 et *μοί* Cauer[2] 121 B 34.

In nominativo pluralis usitatissima forma est *ἁμές* CIG 2557 B 14; le Bas 75, 54; Cauer[2] 121 C 16; praeterea *ἡμεῖς* exstat CIG 3052, 29; de *ἁμέν* cf. § 20, II 4;

genetivi antiquissima forma est *ἁμίων* CIG 3047, 27; le Bas 76, 8; 77, 18; Bull. 1885, n. 11, 7; volgo tamen *ἁμῶν* dicitur;

in dativo praeter *ἁμῖν* legitur *ἁμεῖν* Bull. 1885, n. 11, 11;

accusativus *ἁμέ* invenitur CIG 2557 B 3; 3050, 16; 3052, 16. 36; le Bas 73, 4; 76, 7; 82, 4; Cauer[2] 132, 9.

2. Secundae personae pronomen personale *ὑμεῖς* genetivum *ὑμίων* exhibet le Bas 77, 21, *ὑμέων* ibd. 72, 30; 75, 4; plerumque volgare *ὑμῶν*; dativum *ὑμεῖν* ex Boeckhii coniectura legi-

mus pro ὑμέν quod scriptum est CIG 2557 B 25; in accusativo forma tantummodo contracta ὑμᾶς invenitur, non antiquiores ὑμίας aut ὑμέας.

3. Pronominis tertiae personae dativus ϝίν leg. Gort. II, 40 legitur cum αὐτῷ coniunctum vi reflexiva, ϝοί in leg. Gortyn. fr. A 5.

4. Pronomina possessiva haec leguntur:

ἁμός CIG 2557 B 12; 3050, 4; 3053, 6. 9; Cauer[2] 121 D 23/24; 132, 4. 5. 19. 31. 32; Bull. 1879 p. 418 sqq. n. 6, 5; ibd. 1885, 11, 15. 29;

ὑμός CIG 3047, 22; 3051, 10; praeterea etiam ὑμέτερος CIG 3052, 13;

ϝός, ϝά, ϝόν. Ac semel quidem praedicative dicitur vi reflexiva in leg. Gort. I, 18: πωνίοντες ϝὸν ϝεκάτερος ἦμεν (sc. τὸν δῶλον). Ceteris locis semper ita legitur, ut articulo instructum attributive dicatur aut substantivi munere fungatur. Addi solet in lege Gortynia αὐτῶ, αὐτᾶς, αὐτῶν. Ac plerumque refertur ad subiectum enuntiati in quo exstat: τὰ ϝὰ αὐτᾶς ἔκεν leg. Gort. II, 46; III, 25. 42; τὰ ϝὰ αὐτᾶς ἔκονσαν ibd. III 18; τὰ ϝὰ αὐτᾶς ἀποδόμεν ibd. III, 32; δότω τᾷ ἑταιρείᾳ τᾷ ϝᾷ αὐτῶ ibd. X, 38; τὰν ματέρα τῶν ϝῶν αὐτᾶς χρημάτων (sc. καρτερὰν ἦμεν) ibd. IV, 26; τῶ ϝῶ ἀποδόμεν mus. it. II p. 190 sqq. n. 80, 6; ad subiectum enuntiati primarii spectat in leg. Gort. II, 49; III, 36 ἔκεν (ἀποδόμεν) τῶ καρπῶ αἴ κ' ῇ ἐς τῶν ϝῶν αὐτᾶς τὰν ἡμίναν.

5. Αὐτός in antiquioribus titulis etiam αϝτός scribitur, de qua re cf. § 12, I 3. Memoria digna est antiqua acc. plur. forma αϝτόνς mus. ital. II p. 163 n. 3, 2. Neutrum in nom. sing. in lege Gortynia semper formatur in -ον: III, 4. 5 καταστασεῖ . . . ὅτι κα πέρῃ αὐτὸν κὤτι κα παρέλῃ ἀποδότω αὐτόν; III, 12 τὸ κρῆος αὐτόν. Cum ordinalibus αὐτός coniungitur leg. Gort. II, 39 πέντον αὐτόν; ibd. 42 τρίτον αὐτόν; 43 ἅτερον αὐτόν.

Ὁ αὐτός in casibus obliquis crasin ubi fieri potest non sinit in antiquo sermone; cf. τῶ αὐτῶ leg. Gortyn. VIII, 42; τὰ αὐτά VI, 1; postea ταὐτά saepissime legitur, velut CIG 2556, 26; Cauer[1] 44, 90; Cauer[2] 117, 3; 121 D 9 alibi. Duplicata pronominis forma αὐτοςαυτός quae saepius etiam in aliis dialectis

invenitur, ut altera tantummodo vocis pars flectatur, prior non flexa per omnes casus retineatur, legitur Cauer[2] 120, 32. 61 *δόντων χέρα τᾷ τῶν Κνωσίων πόλει καὶ αὐτοςαυτοῖς* et ibd. 132, 7 *Διοσκουρίδης . . . ἀπήστελκε Μύρσινον . . . ποιητὰν ἐπῶν καὶ μελῶν τὸν αὐτοςαυτῶ μαθετάν.* Docent exempla hac formatione circumscribi pronomen reflexivum.

6. Pro *οὗτος* semel *ὅϝτος* scriptum est in mus. ital. II p. 162 n. 2, 6. Genetivum *τουτῶν* pronuntiatum esse a Doribus grammatici docent. (Cf. Ahrens, de l. gr. dial. II: de accentu.) In feminino genere dicitur *ταυτᾶν* CIG 2554, 91; leg. Gort. V, 19. Accusativi plur. antiquior forma *τούτονς* semel legitur in leg. Gort. V, 27; recentior *τούτος* exstat ibd. V, 12. 16. 21. 24; *ταύτανς* iam in lege Gortynia V, 6 cessit volgari *ταύτας*.

Τούτας apud Greg. Cor. 364 et *τουτᾶ* in Epimenidis fragmentis inscriptionibus non firmantur.

7. *ὅδε* dativum plur. per assimilationem format *τοῖδδε* in leg. Gort. XI, 19.

8. *κήνω* a *κῆνος* pro Atticorum *ἐκεῖνος* leg. Gort. fr. A 4 non certum est. Cf. § 4, 9.

ὁ ἐκεῖθ' ἐρω[ί]ων quod Baunackii in leg. Gort. VI, 55 eliciunt lapidis litteris *οεκειθεροτον* certe falsum est, quod et non Doricum *ει* offendit et suffixum *-θεν* exspectatur; cf. adverbia eiusmodi formata § 43, 4. Aptiorem aut leviorem emendationem loci quam Comparettii *ὁ ἐλευθερωτός* non novimus.

Denique ne *θήνω* quidem quod pro *τήνω* dictum viri docti volunt CIG 2554, 163 certum est quoniam fortasse antecedentes litterae coniungendae sunt cum illo *θηνω* ut unam vocem efficiant.

9. Articuli formae *οἱ, αἱ* in antiquissimis quoque inscriptionibus velut in lege Gortynia genuinum *τ* a fronte abiecerunt. Servatum est *τ* in uno posterioris aetatis titulo apud Cauerum[1] 44, l. 32 *τοὶ ἀποστελλομένοι*; 56 *τοὶ μὲν λασταὶ τοὶ ἁλισκομένοι*; 60 *τοὶ ἄρχοντες τοὶ ἀποστελλομένοι*; 87 *τοὶ αἱρεθέντες*; 91 *τοὶ πρυτάνιες*; 92 *τοὶ δὲ ταμίαι*; 97 *τοὶ δὲ πωληταί*; 99 *τοὶ ταμίαι*.

De *τάνς, τᾶν, τόνς* cf. decl. I et II.

Pronomen relativum volgarem flexionem sequitur in antiquis monumentis; nonnullae posteriores formae *τ* in fronte accipiunt:

τᾶς χώρας τᾶς αμφιμαχόμεθα Cauer² 121 D 24; *ὅρκον τόνπερ ἁμὲς ὀμωμόκαμες* ibd. C 15; *αἰ δέ τι ἐπιορκήσαιμι τῶν ὤμοσα* CIG 2555, 22; *τοὺς θεοὺς τοὺς ὤμοσα* Cauer² 121 B 35; *τὸς θεὸς τὸς ὤμοσα* CIG 2555, 23; *ἄνδρας τὸς ἐδοκιμάσαν ὑπάρχεν* Bull. 1885 n. 11, 14.

10. *ὅστις* in antiqua dialecto Cretica duas flexionis rationes sequitur, ut aut utramque aut alteram vocis partem flectat. Ad illam volgares formae *ὅτι, ἅτι, οἵτινες* spectant, ad hanc paucae legis Gortyniae formae. Sunt autem hae:

dativus *ὅτιμι* VII, 51; VIII, 7. 12. 19. 32;

ὅ[τ]εια V, 1; *ὁτείᾳ* IV, 52.

11. *ὅσσος, ὁπόσσος* in antiqua lege Gortynia dicuntur *ὅττος, ὁπόττος*. Atque [*ὅττο*]*ι* quidem ex coniectura legitur I, 16, probatur tamen spatio lacunae. Certa sunt *ὁπόττοι* IV, 40 et *ὁπόττα*ι IV, 42. In mira fragmentorum Gortyniorum orthographia scribuntur *ὅζοι* et *ὅζωπερ* de quibus cf. § 30, 3. Postea legimus *ὅσσα* Cauer² 121 C 32; *ὅσοι* Cauer¹ 44, 3; CIG 2556, 14; *ὅσους* Cauer¹ 44, 21; *ὅσα* Cauer² 130, 14; *ὅσαν* ibd. 132, 35.

12. De *ἄλος* pro *ἄλλος* cf. § 19, I 2.

Neutrum semper *ἄλλο* dicitur: leg. Gort. III, 1. 30. 43; cf. contra *αὐτόν* § 42, 5.

§ 43. De adverbiis.

1. Adverbia in *ως* legitime formantur de adiectivis: *καλῶς* leg. Gort. IV, 39; *ἁπλόως, ἀδόλως, εὐνόως, ἀπροφασίστως* alia. Praeterea memoria digna sunt: *αὔτως* Cauer² 132, 13; *ὡςαύτως* CIG 2554, 42. 80; 2556, 35; 2557 B 17; 3047, 17 ac saepius; *καθώς* Cauer¹ 40, 12; CIG 2554, 201; 2556, 39. 64. 71. 80. 81; 3047, 24.

2. Adverbia in *ι* leguntur *ἀσυλί* et *ἀσπονδί* Cauer² 131, 11.

3. *τόκα, πρόθθα, πρόθα* cf. § 1, 1.

4, Adverbia in -*θεν* leguntur: *ἔνδοθεν* leg. Gort. III, 27; *ἄνωθεν* Bull. 1885, 11, 12; mus. it. II p. 171 n. 1, 1; *Λάππαθεν, Κνώσσοθεν, Λατόθεν, Γορτύναθεν* cf. supra.

5. *ἀνποτέρωσ'* mus. it. II p. 190 sqq. n. 81, 6.

6. Adverbia modi in *ᾳ* saepissime exstant in omnis aetatis titulis:

ᾱͅ CIG 2556, 10; ᾱͅ ἐγράτται leg. Gort. III, 29; IV, 30. 48; VI, 15; VII, 47; VIII, 25. 35. 40; X, 46; XI, 19. 28; XII, 18. 21; IX, 15; leg. Gort. fr. A 11; B 6; mus. it. II p. 190 sqq. n. 82, 7; ᾱͅ ὄκ' V, 4;

ᾱͅπερ IV, 45; X, 44. 50; mus. it. II p. 157 n. 10, 8;

ὁπᾷ CIG 3053, 11; Cauer[2] 132, 20. 39; leg. Gort. II, 35; XI, 21; XII, 32; Bull. 1885, 11, 10;

ταυτᾷ CIG 2554, 76;

ἀλλᾷ leg. Gort. VI, 14. 37; VIII, 54; mus. it. II p. 190 sqq. n. 81, 5 ἀλᾷ dicitur, quod fortasse etiam n. 70 exstat;

ϝιδίᾳ mus. it. II p. 131 n. 1. 2, l. 8; saepius ἰδίᾳ, κοινᾷ in recentioribus titulis.

ὡς et ὅπως ab antiqua dialecto prorsus aliena sunt. Usus autem adverbii ὁπᾷ non minus late patuit quam ὅπως apud Atticos. Enuntiata finalia introducit CIG 3053, 11; Cauer[2] 132, 20. 39; de verbo curandi dependet Bull. 1885, n. 11, 10.

7. Adverbia locum ubi significantia haec leguntur:

ῃ̄ leg. Gort. VI, 31; IX, 23, quibus locis dicitur μωλῆν ὀπῇ κ' ἐπιβάλλῃ πὰρ τῷ δικαστᾷ ῃ̄ ϝεκάστω ἐγράτται. Explicationes editorum mihi non placent. Censeo ὀπῇ κ' ἐπιβάλλῃ continere subiectum verbi μωλῆν, ut significent verba idem ac si dictum esset μωλῆν ὅτιμι κ' ἐπιβάλλῃ μωλῆν aut μωλῆν τὸν ἐπιβάλλοντα; ῃ̄ ϝεκάστω ἐγράτται idem est ac πὰρ ῷ̄ ϝεκάστω ἐγράτται. Contra VIII, 18 qui ἐν ταῖς τριάκοντα ῃ̄ κα ϝείπωντι scribunt verum non intellexisse mihi videntur. Illud dubium non est, quin etiam de tempore dici possit ῃ̄, sed ἐν ταῖς τριάκοντα ῃ̄ nihil aliud potest significare nisi ἐν ταῖς τριάκοντα ἐν αἷς κα ϝείπωντι. Hic sensus autem ad nostrum locum non quadrat. Habemus potius, ni fallor, enuntiatum temporale quod introducitur particula condicionali ῃ̄, ut hoc fere modo in sermonem Latinum verti possit: intra triginta dies postquam pronuntiaverunt i. e. post pronuntiationem.

In recentioribus inscriptionibus ῃ̄ semel legimus in mus. it. p. 145, l. 58 ῃ̄ αἰ θῆκαι ἐντί.

ὀπῇ praeter leg. Gort, VI, 29 et IX, 23 legitur ibd. I, 42 ἐπὶ τῷ ναῷ ὀπῇ κα ναεύῃ; XII, 25; leg. Gort. fr. B 11;

ϝεκατέρῃ Bull. 1885, 8, 18 τὸνς νόμονς τὸνς ϝεκατέρῃ κειμένονς; ἑκατέρῃ CIG 2556, 20. 26. 28; mus. it. I p. 144, l. 35. 42.

Nonnunquam falso a lapicidis ι additur, ut scribatur ὀπῇ CIG 2554, 56; mus. it. I p. 144, l. 33; ἑκατέρῃ CIG 2554, 76; ibd. 2556, 77; denique saepius hyperdoricum quod dicitur ᾳ invenitur; ᾇ „ubi" Bergm. inscr. 20. 25; CIG 2554, 111. 141. 144. 146; mus. it. I p. 145, l. 51. 61. 65.

